Giunij


BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
13
26
39



LVCVBRATIONVM CANONICALIVM BIBLIOTESSERA,

Hoc eſt, LIBRI QVATVOR.

In Quibus agitur
DE CANONICORVM PRÆCEDENTIA,
DE EORVM OFFICIO IN CHORO,
MINISTERIO IN MISSÆ SACRIFICIO,
AC POTESTATE MAXIME IN CAPITVLO.

Opus ſatis ſtudioſum, Eccleſiaſticis Omnibus præſertim Collegialibus per-vtile, ac neceſſarium.

AVCTORE
FRANCISCO CECCOPERIO
Sac. Iur. Doct. Prothonotario Apoſtolico, Vicario Foraneo, & Inſignis Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Ciuitatis MASSÆ in prima erectione Canonico.





LVCÆ, Apud Hyacinthum Pacium, &c. M. DC. LXII.
DE SVPERIORVM LICENTIA.

Per Illustri, & Reuerendissimo D.

D. IOANNI IACOBO BRVNETTO,

I. V. D. Prothonotario Apostolico, Cathedralis Ecclesiæ Vratislauiæ, & Insignium Collegiatarum Ecclesiæ S. Crucis, ibidem, ac SS. Iacobi, & Nicolai Nissæ Canonico, Consistorij Episcopatus Vratislauiensis Assesori, & Archiducis LEOPOLDI GVLIELMI Episcopi Vratislauiensis Consistoriali Consiliario.

FRANCISCVS CECCOPIERI F. P.



Vi fit, Reuerendissime Domine, vt mihi hasce meas Canonicales lucubrationes nūc editurо, tibi in primis, licet tāto locorum interuallo à patrio cœlo remoto, eas occurrerit nuncupare? Plura quidem; nec parui pendenda, ad id consilij capiendum valdè excita-

runt. Primum, quod Principem sibi locum vindicat, rerum huius Bibliothesseræ argumentum, quod cùm penè totum respiciat Canonicos, aptiùs tibi trium Canonicatuum, quàm alij vnius prærogatiua decorato, congruebat; idq. eó consultius perficiendum existimaui, quò virtutum insignibus potiris potiore in celeleberrima ista Cathedrali Vratislauiensi, cuius primordia cùm septem Itali Antistites primi ita piè, & religiosè excoluissent, vt ab Ethnicismo ad Christianam Silesiæ Prouinciam conuerterint Religionem, par erat, vt ex eadem Natione aliquis adesset, qui obsequijs Diuinis in eadem Ecclesia adscriptus, tantorum Patrum, memoriã veneraretur, quod non solùm tibi in præsentia honorificum existit, sed in omnem etiam tuam illucescet posteritatem. Hæc proximè constans accedit familiaritas, necessitudoq. nonnullis ante annis ab huius Insignis Collegiatæ erectione mihi cum Iosepho Canonico patruo tuo instituta cuius vt ad

nostros

nostros quoq. successores aliquod corriuaret monumentum, hanc meam, qualiscumq. sit, Opellam tibi ęquè sanguine, ac mente coniunctissimo censui dirigẽdam, fore certo confidens, hac vt etiam ratione id muneris fronte excipias porrectiori. Postremò me tua obstrinxit identidem de quibusdam istic obortis dubijs consulendi dignatio, de quibus, quæ mea erit sententia, cum latiùs in his libris pręter tradita responsa explicetur ne ego honoris gratia consultius viderer pressiùs, aut perfunctoriè tibi Viro consultissimo respondisse, qui in nobilissimo Pisarum Licęo in legum studium incumbens, toties tuarum virtutum publica præstiteris experimenta meam Bibliotesseram, vti non modò erga tua promerita mei affectus tesseram, sed vti etiam illorum quorundam disceptationem cõplectentem, vltra montes hoc commodiùs traducendam putaui, quó foris pulcrius, quám domi secum, agendũ ariolor. Sæpe enim contigit, vt in alieno solo, quæ

nata

nata sunt in Patria, maius accipiant decoris incrementum. His ergo ductus nominibus non sum veritus tibi huius meæ tenuitatis credere patrocinium, quàm sicut amore, ac beneuolentia, vt spero fouere non dedignabere, ita ex varijs Codicibus hæc coagmentata (si cuius tamen sunt artificij, vt certè sunt industriæ) tua ingenij face velim facias conspectiora. Vale, Deus teq; tuaq; omnia ex voto fortunet. Massæ die 12. Octob. Anno Dñi M. DC. LXII.

AVCTOR

Auctor ad candidum Lectorem.



OC te monitum esse cupio Amice Lector, in Collegiatæ Massæ primordijs, quàm plures circa honorificentiam, onus, & munus Canonicorum ortas fuisse controuersias, & dubia, quibus mihi cæterorum Collegialium minimè opus fuit respondere; Et ecce scribendi occasio, Hec vtcunque resoluta magis ordinatè, quàm potui vna cum alijs, quæ in Cathedralibus, & cęteris Collegiatis occurrere solent, in quatuor Libris pro meo studio, & profectu restrinxi, præclarè agere existimans, si apud me suppressa remanerent; & nunquam ab Amicis vinci potui, vt prælo committerem, idquè metu inurendæ notæ, animaduertens hæc mea scripta satis debilia; Tandem coactus sum manus dare, dũmodo iudicio præstantis doctrinæ viri, in hac materie versati prius perlegenda, & corrigenda traderentur. Selegi ergo non ex mea tantum, sed ex doctissimorum hominum opinione perillustrem, & Excellentiss. Dñum Laurentium Pettininum Canonicum Pisanum I.V.D. moralis Theologiæ professorem Sac. Can. ordinaria Lectione pronectum, omnium scientiarum cognitione, atq; officiorum administratione præclarum, qui his visis, ac perlectis, humanissimam ad me misit Epistolam, cuius exemplar hic ad verbum exarare visum fuit, vt constet me voluisse hos meos quales quales conatus in eruditissimi patrocinij clientula conquiescere. Vale.

Per-

Perill. ac Reuerendiss. D. Obseru. Dño FRANCISCO CECCOPERIO Massa.

Perill. ac Reuerendiss. Dñe.

TVas editas lucubrationes ad me humanissimè missas, vt eas admirari possem, prout mihi persuadeo, libentissimè, non semel, vt dicebas, sed pluries perspexi, ac eas typis tradendas, & aeternitati commendandas omninò dignas iudico. Opus hoc tuae Biblioteßerae fateor maximam continere eruditionem, & plurimum vtilitatis omnibus Ecclesiasticis afferre posse non dubito; Vnde indefexo pede per ora eruditorum Canonistarum percurrere potest; teq. oro, vt post earum impressionem me illis iterum dignum efficias, vt ipsis meam valeam Bibliotecam ditare. Vale mihiquè tuam beneuolentiam, quaeso, elargiaris. Pisis Nonis Ianuarij 1661.

D. tuae Reuerendiss.

Obsequentiss.

Laurentius Pettininus Can. Pis.

LIbrum hunc Lucubrationum Canonicalium Biblioteßerae inscriptum à Dño D. Francisco Ceccopieri Canonico Massensi eruditissimè conscriptum iubente Reuerendiss. Dño D. Flaminio Nobili Vic. Generali Eminentissimi Cardinalis Bonuisij Episc. Luc. non sine voluptate, & fructu perlegi, dignumq. iudicaui, qui typis excudatur, vt ea, quae ad Canonicorum ius, ac pietatem pertinent in vnum collecta videantur, & alieni operis, ac laboris fructus constet.

Lucae ex aedibus nostris S. Mariae Curtis Rolandinghae

Marcus Grossius Luc. Congreg. Matris Dei Sacerdos, & Rect. Prid. Id. Aug. 1661.

HVnc Librum diligenter ego perlegi Laurentius Mansius, & quia totum plausibilem reperij ideò libenter me subscripsi. Die 28. Nouembris 1661.

DEL SIGNOR CANONICO
GIO: LVNARDO DALLI
In Lode dell'AVTORE

SONETTO.



I maestoso Tempio altri le mura,
Per sormontar le nubi, erga dal suolo;
Onde l'Alma rapita, in breue volo,
Nel seno del suo Dio posi secura.

Con più feruida fè, mente più pura
Altri pien di desio, carco di duolo
Porga Preci, offra Incensi, e pensi solo
Del Diuin Culto, à sostener la cura.

Che tù gran CECCOPIERI haurài pensiero
Spiegare i Sacri Riti in dotte carte
Perche più piano al Ciel si apra il sentiero;

Così mentre distingui à parte à parte
De i Canonici tuoi l'vso, è l'impero
Segni la via del Ciel con più bell'arte.



 EIVSDEM

EIVSDEM AD AVTHOREM.

Anagramma.

FRANCISCVS CECCOPIERI VICARIVS MASSENSIS.

Anagrammatismus.

SIC FERS PACEM CANONICIS TVIS? EIS CARVS ERIS

O D E.

ALcides ſuperis editus, inclitæ
Moſtris edomitis robore dexteræ.
Mæſtis ſæcla viris reddidit aurea,
Hinc victor petijt lucida ſydera.

FRANCISCVS Calamo fortior, & nouus
Alcides, rabidam litigij Feram,
Claris ne moueat bella Canonicis,
Scriptis edomuit (Quis neget?) editis.

FERS FRANCISCE TVIS SIC ne CANONICIS
PACEM? Crede mihi CARVS EIS ERIS
Et cum ſis liquidum raptus ad æthera
Diuum dignus eris tu quoque laudibus.



DEL

DEL SIGNOR DOTTORE
MICHEL' ANGELO
BENDINELLI.

Alludendo al Titolo dell' Opera.



Entre à gloria immortal FRANCESCO aspiri,
E'l sonno à gli occhi, e gli occhi al sonno togli,
E vergando d'inchiostro i dotti fogli,
De le notti più longhe accorci i giri.

Apri gli occhi à la Fama, onde ti miri,
E le sue lingue à le tue lodi sciogli,
Così nobili applausi in te raccogli,
E fai che tue VIGILIE il Mondo ammiri.

Già da notti sì illustri è vinto il giorno
Emulo antico, e'l nero vel stellante
Apporta al Sole vn tenebroso scorno.

Fortunate VIGILIE! à voi d'auante
Teme ogni luce homai di far ritorno,
E la lucerna sua cede CLEANTE.

EIVSDEM

Idem argumentum.

NAscitur obscura vigilata noctis in vmbra,
Et tenebras inter nobile crescit opus.

Crescit, & è tenebris lucem sibi nominis haurit,
Parturit illustrem noctis, & vmbra diem.

Nil timet inuidia sumptas à nocte tenebras,
Cui nox, & tenebra parturiere diem.



DEL


DEL SIGNORE
FABIO MARCHINI
Dottore di Filosofia, e Medicina.

ALL' AVTORE.





Rama desire immondo
Premer con dotto piè di Pindo il giogo
Sol per far noto al Mondo,
Che nutre in sen d'impure fiamme vn rogo;
Mà Tè FRANCESCO all'onde
De le Castalie sponde
Guidò Sacro Destin, Fato immortale;
Quindi il tuo dire è tale
Che i decreti d'vn Nume illustra, e fregia,
E dell'alte tue lodi il Ciel si pregia.



AD

AD LECTOREM
In Libri inscriptionem Liber loquitur.

EPIGRAMMA.



I petis, ò Lector, cur Biblioteßera dicor,
Accipe, &, arridet si tibi, facta proba.
Vllo vt nescit opus quadratum tempore labi,
Si iaceas, faciem monstrat vbique suam.
Sic ego quadratam paßim dum gesto figuram,
Vaticinor labi haud tempore, fronte patens.
Ergo quicquid ages, vnquam ne corruat optas?
Me cape, fortunam fors capiendo capis,
Non pede, non vultu tamen instabili; aspice inhaeret
Nunc fixa, vt quadro labilis ante rota.

Iosephi Brunetti Canonici Massensis.

Ad Authorem in laudem Operis.

HEXASTICON.

HIC honor effulget, laus, ritus, atque potestas;
Nil his materijs gratius esse potest.
Me liber instituit, verum decus vnde paretur,
Vnde immortalem vitam homo semper agat.
Grates sint superis; te incumbam Authore labori,
Ne Consanguineo degener esse ferar.

Fiuizanus Ceccoperius Authoris Pronepos.

INDEX



INDEX.

Rerum magis notabilium, quæ in hoc Opere continentur, per Libros, & Numeros remissiuus. Primus Character Librum, posterior ipsius Libri numerum indicat.

A

Baculum

B

C

Canonicus ad Presbyteralem præbendam institutus,& si iunior præcedit Canonicũ antiquiorem ad Diaconalem. 1. 166.

Canonici



nistæ

canonici



giatæ

Deno.

totius

I

L

M

INDEX.



grauis.

inter

Sacristia

S

T

V

Voces


LAVS DEO.



DE

DE CANONICORVM PRÆCEDENTIA:

Liber Primus.





1 RATA nouitas, vulgari fertur adagio, & inquit gloss. *in proem. ff. vet. in sec. vers. Noua.* Verũ omnis rerũ nouatio non caret perturbatione, vt cecinit Corn. Gallo;
2 *Euentus varios res noua semper habet.* Quod plerũq; etiam accidit, quantumuis res noua sit bona *Extrauag. inter cuncta, tit. de priuil.* & notat Guido Papa *in cap. cũ consuetudinis nu. 2. de consuet.* Et quis ignorat, nato Christo Domino, Mundi Saluatore, ob hoc nouum, & summum bonum turbari Herodẽ Regem, & omnem Ierosolymam cum illo? Matth. *cap. 2.* Hæc perspeximus, & manus nostræ contrectarunt, mutato statu huius simplicis Parocchialis Ecclesiæ in celebrem Collegiatam; ex huiusmodi enim noua Ecclesiæ qualitate quàm plures, & diuersæ subortæ sunt, ac excitatæ controuersiæ, & contentiones inter Canonicos, & aliquos de Clero Sæculari, & Regulari, nec non quosdam de populo, & exinde inter ipsosmet capitulares; idq; euenit non causa, sed noui Collegij occasione, quæ differt à causa *ex cap.*
3 *1. de maior. & obed.* Nam causa est materia, seu origo negotij, Zabar. in Clem. Dudum *nu. 4. de sepult.* infertq. necessario suum causatum. Et mala sunt, quæ mali præbent causam *cap. ex parte de consuet.* Occasio verò cõprehendit quãlibet causã sine ratione.
4 Dec. *in cap. cognoscentes n. 7. de constit.* Abb. *in cap. vt nostrum n. 10. vt ben. sin. dom. conf.* Consonat illud; Occasionem quærit, qui vult ab amico recedere; Quærit iste, vt ait Tusc. *l. c.* causã irrationabi-
5 lem, remotam, & non verã, de qua non est curandum. Vt inquiunt Zabar. *in Clem. causã n. 3. de elect. potest:* Sperell. *dec: 176. n. 87. p. 2.*
Collegiata Massæ dicitur noua, quia non fuit prius. cap. Non

autem 5. q 1. Cumq. sit erecta ad diuini cultus augumentum, ideò bona. Nec desinit esse pium, & iustum opus, licet propter eam altercationum occasiones acciderint ex *Nau. in Com. de orat. cap. 18. nu. 12.* & *Monet. de distrib. p. 1. quæst. 5. nu. vlt.* In eadem Collegiata munus Chori, & Diuinorum Abbati, & Canonicis tantùm modo à Papa in Bullis fuit iniunctum, nihilominus simplicium beneficiorum eiusdem Ecclesiæ Cappellani, ac duo Sacerdotes, qui ab Abbate deputantur in auxilium animarum curæ, Abbatię annexæ, nec non alii simplices Presbyteri, Choro non addicti, diebus Festis quandoq. in Chorum conuenientes ad decantanda s vna cum Canonicis Missas, & Vesperas prætendere cæperunt ibidem in Superiori Luna cum capitularibus sedere, & in cœteris de quibus infra, pari honore affici, ac tractari, prout Canonici: Immò eorum aliqui asserentes se in ordine Presbyteratus anteriores, nitebantur in omnibus actibus ciuilibus, & promiscuis extra Ecclesiam Canonicis anteferri. Eandem prætensionem pariter habuerunt suburbium Parochi quoad actus ciuiles. Quibus prætensionibus vti iniustis, & indebitis Canonici pro posse obstiterunt,
6 non ignorantes præcedentiæ causas haud esse leues, prout enunciare solent, qui ad pauca respiciunt, sed valdè graues, cum statum personarum concernant. Cassan. *in Cath glor. Mund par. 1. consid. 2:* Puteus *decis. 449. nu. 4. lib. 2.* Sperelli *decis. 76. nu. 2. vol. 1.* Præce-
7 dentia enim est maioritatis recognitio in certis actibus debita vni personæ supra aliam. Preposit. *in cap. Si quis ægrotans. s. q. 3.* Quod ius est adeò preciosum, vt Bald. *in l. obseruare ff. de pro-*
8 *consf.* & Cassan. de consuet. Burgund. *rubr. 6. nu. 7.* non dubitent affirmare, armata manu posse defendi ab his, quibus ea clarè cōpetit. Explica de sæcularibus inter se, vt innuunt Monet. *de distr. par. 2. q. 12. n. 66.* Ant. de Pret. *in Clip. Past. cap. 8. n. 11.* Roman. *singul. 394.* Barbach. *v. Protector,* & alii. Siquidem Ecclesiasti-
9 ci sunt milites, cœlestis, non armatę militiæ, & horum arma sunt Breuiarium. *cap. Petro. 16. q. 4. cap. Conuenientior 23. q. 4.* (Et
10 quamuis pro defensione Patriæ ipsis liceat męnia, & portas Ciuitatis armis custodire, quando imminet præsens periculum, & ad id non sufficiunt Laici, vt obseruant Innoc. Host. & cœteri scribētes *super cap. 2. de immun. Eccles.* quos sequitur Gra. *de effec. Cler. effe c. 3. nu. 212.* omninò videndus, ex hoc non infertur ad defendendum armis ius eorum præcedentiæ, qua esto indebitè in functionibus Ecclesiasticis quis priuetur; nam habet paratum iuris remedium, Iudicis officium implorando, petendo inhiberi, ne alter Superiori loco sedeat in Choro, & Processionibus, ne prius cantet Antiphonam,

Antiphonam, Suffragijs respondeat in Capitulo, subscribat, & similia faciat, sed relinquat hæc cui de iure debentur. Campanil.
11 *rubr.* 12. *cap.* 12. *nu.* 7. atq; potest agere ratione Iniuriarũ; Iniuria enim afficitur is, cui locus competens adimitur. Bald. I C. & Gerald. de Petrasan. *sing.* 33. *nu.* 3. quos sequitur in com. Bull. bon. reg. Cohell. *cap.* 31. *nu.* 153.
12 Præcedẽtia spectat ad ius publicũ, & prouenit â Deo, â natura,
13 â lege. A Deo, nã ea, quæ sũt ordinata â Deo sũt. A natura, quia ipsi naturæ repugnat, omnes de vniuersitate eodem gradu consistere. *cap. vlt. q.* 89. Turrecr. *ibid.* & Decian *cons.* 67. *num.* 25. *vol.* 2. Vndè si primus homo non peccasset, adhuc inter homines reperiretur maioritas, & præcedentia. ita D. Thom. quem refert Leonel. *de praecd. q.* 5. *art.* 1. Ratio est, quia animus hominis generosus de se tendit ad honores. Denique præcedentia est â lege humana, quę in honoribus iubet quarumlibet personarum ordinem, gradumq. esse seruandum: & proprium est legis, rationabiliter, & ordinatè statuere *C. vt dignior. lib.* 11. Natta *cons.* 637. *num.* 1. *vol.* 3. Quod si â lege non daretur præcedentia maiori, non daretur ordo,
14 sequeretur confusio. *glos. in cap.* 4. *dist.* 22. Neuiz. *in Silu. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 9. Ordo est parium, dispariumq. dispositio, sua cuiq. loca tribuens, ex D. August. de Ciuit. Dei *lib.* 19. & tunc dicitur adesse ordinem, quando minores maioribus cedunt, vt benè adnotarũt
15 Iacob. Ben. *par.* 3. *priuil.* 1. & Rebuff. *in repet. cap. postulasti n.* 194. Peccat qui præcedentiam, sibi non debitam, propria authoritate assumit; ita notabiliter dicitur Nauar. *in cap. inter verba* 2. *cons.* 1. *num.* 12. & talem sacrilegij reum dicunt Bald. *cons.* 337. *vol.* 1. Boer. *de ord. grad. par.* 1. *nu.* 8. & Menoch *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 32. & istum insolentem appellat Felin. *in rubr. de maior. & obed. nu.* 30. Huicque in pœnam vltimum locũ dari â Iure statutum esse referunt Abb. *cons.* 21. *par.* 1, Cassan. *in Cath. glor. Mand. par.* 1. *consid.* 39. quæ coadiuuantur doctrina Christi apud Lucæ Euangelium cap. 14. ibi Da huic, nempè honoratiori, locum, & recumbe in nouissimo, loquens de quodam inuitato ad nuptias, qui alienam sedem sibi vsurpauit, & certè, qui in locum maioris se introducunt iniustum committunt. Ambitiosa vana, & inordinata res est sibi velle honorem, & locum non debitum, vel maiorem quam conuenit cap Iamdudum *de preb. & cap. fin. de translat. Epis.* Et
16 hunc ignarum esse ostendit Plato *lib.* 12. *de repub.* Dum vero quis iuris authoritate alteri præferri prætendit, & locum sibi debitum custodit, ac cum moderamine defendit, non est dicendus ambitiosus, vt considerant Aut. de Butr. *in rubr. de maior, & obed. num. vlt.*

 Imol.

Imol. *ibid. nu. 3.* Caiet. 22. *quæst. 13. art: 1.* nam merita excusant ab
17 Ambitione. *gloss fin. in cap. Miramur 61. dist.* Ambitio enim est in-
ordinatus appetitus gloriæ, & honoris terreni. *cap. Miramur 6. dist.*
Holed. *de incomp. ben. par. 1. cap. 3: num. 3.* & propterea honorem
appetere sibi â Iure debitum nullam esse culpam post Nau. quem
allegat, tradit Teoph. *lib. 7. v. bonor nu: 1.* & fauet Cherub. *in comp.
Bullar. lib. 3. fol: 3.* vbi dicit Virtute, & iustitia licet ambire, non
18 fauoribus, et fraudibus. Non debet homo suum honorem, et fa-
mam, â Virtute procedentem, negligere, vt pluribus auctorita-
tibus, & rationibus comprobat Barb. *in vot. decis. Can. vot. 93. nu.
14.* nec pati, vt honor suus respectu gradus parui pendatur. Grat:
cap. 110. nu. 24. Hinc Lotther. *de re benef. lib: 1. q. 16. nu. 29.* insipi-
entem vocant eum, qui suo loco cedit in publico, & Ross. *in comit.
mor. v.* præcedentia inquit, quod publicè permittens diminutio-
nem præcedentiæ, quę sibi de iure debetur, est indignus accipere
in ea augumentum. Hic aduertendum est, quod & si quis gradum,
& dignitatem, quam retinet, ęstimare debeat, humilitatem tamē
in corde retineat, & propriam personam parui pendeat, gloriam,
quę â solo Deo est, semper optando. Matt. *cap. 5.* Vti primis locis,
vocari Rabbi nulla culpa est, cœterum hęc amare pro se ipsis tan-
tum peccatum est. inquit Emin: Caiet. *in exposit.* Matt. Euang.
cap. 23.

Veruntamen si honor, & præcedentia ex re bona secundum or-
dinationem iuris moderatè appetantur, nullum erit crimen, quo-
niam ex se est obiectum indifferens propriè accedens ad rationē
honesti, vt aliis citatis tradit Banc. *in opusc. tract: de Martyr. q. 2.*
At verò cum in hac noua personarum varietate instari dicatur, vt
debitus honor maiori, ac digniori gradatim tribuatur iuxta dispo-
19 sitionem iurium, quę ita statuerunt, vt ex ordine statuum, officio-
rum, graduum exornetur militantis Ecclesię Monarchia, & vnita-
tis concordia seruetur, imitando pulcherrimum illum ordinem cō-
stabilitum in Ecclesia triumphanti, vbi nouem sunt Angelorum
Chori, alius alio superior, & honoratior, & in Sāctis sūt ordines di-
gnitatum, & vnus alium præcellit Gloss. *in cap. singula d. 89.* Bel-
lem. *super cap. statuimus de maior. & obed.* Non est pro parte Cano-
nicorum censenda vana, & peccaminosa insinuata prætensio, siuè
defensio precedentiæ, sed potius rationabilis laudabilis, ac neces-
saria ad ciuilem politicam conseruandam, ad tradita per Decian.
l. c. cons. 20, num. 2. Natta *cons. 637. nu. 1. vol. 3.* quod debuit fieri
â Canonicis non tantum pro se, sed & pro suis successoribus
Bord. *de præced. quæst. 1. num. 4.* Nec debent Laici scandalum
sumere

sumere dum cernunt, vel audiunt Ecclesiasticos in, & desuper
praecedentijs contendere, nanq; id est opus sapientiae, ac Iusti-
tiae, non ambitionis, vt probat Lael. Altogr. *consil.* *num.* 8. *par.* 2.
& dixit Leonell. *l. c. q.* 1. *artic.* 5. Insuper consideret etiam sub
20 humillimo Christo Redemptore diuersos gradus extitisse, scilicet
Discipulos, Euangelistas, & Apostolos quorũ gradus excellentior
erat. Ita aduertit Mars. *de red. Eccl. cap.* 10. *nu.* 30. & inter ipsosmet
Apostolos vnus erat maior altero, sic de Euãgelistis, & Discipulis,
& maiores pręcedebant minoribus, Genuen. *qq. pract. q.* 36. *nu.* 3.

Non solum praecedentiae sunt licitae, vt ostendimus, inter Cle-
rum Secularem, sed etiam inter Regulares Ordines, qui sic appel-
lantur, quia in his omnia debent esse ordinata. Vnde inter ipsas-
met Religiones oriri solent plures de pręcedentia controuersiae;
patet ex multis S. R. C. declarationibus, & Summorum Pontifi-
cum Constitutionibus, quarum meminere Tamb. *de Iur. Abb.*
tom. 1. *disp.* 25. *q.* 1. Farin. *par.* 2. *decis.* 26. Penott. *in Hist. tripart.*
lib. 2. *per tot.* Portel. *p.* 2. *cas.* 51. *& seqq.* De Praecedẽtia tractat
Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* 13. vbi iunctis declarationibus S. C. super
eod. cap. datur facultas Episcopis summarie de plano sine strepi-
tu, & figura Iudicij, breui manu componendi, & terminandi om-
nes, & singulas controuersias de praecedentia, quę in Processioni-
21 bus oriuntur inter personas Ecclesiasticas, tam Saeculares, quam
Regulares amota omni appellatione, intellige, quoad effectum su-
spensiuum, non deuolutiuum, siue lis fuerit in acquirendo, siue in
recuperando, siue in conseruando Nouar. in lucer. Reg. V. praece-
dentia. Vrsell. *Hyst. par.* 2. *concl.* 128. *nu.* 88. & ampliatur huiusmo-
di facultas Episcoporum in deferenda Vmbrella in Processionibus,
in sessionibus oblationibus, & alijs actionibus Ecclesiasticis. Lara
de Cappell. *lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 25. Sanchez *lib.* 6. *cons. cap.* 9. *d.* 2. *tom.* 2.
Cancer. *Var. par.* 3. *cap.* 10. *num.* 105. & Piasec. *in Prax. p.* 3. *cap.* 3.
nu. 40. & non solum inter Ecclesiasticos, ac Confraternitates dis-
ciplinatorum, sed etiam inter Laicos nobiles circa praedicta.
Barb. *in suis Vot. decis. Vot.* 66. *nu.* 84. Vulp. *in Prax. cap.* 11. *nu.* 10.
Nam actus praecedendi vt supra, est actus spiritualis, *cap.* 2. *de pact.*
Grat. *dec.* 203. *num.* 5. Vnde in congressibus Ciuilibus non potest
22 Episcopi, vel alterius Iudicis officium implorari, si minor recuset
dare praecedentiam maiori, vt post Fely. & alios docent DD. apud
Tiraq. *de nob. cap.* 20. *nu.* 57. quos sequitur Leonell. *de praeced. q.* 1.
art. 17. *in fin.* [Ratio est, quia huiusmodi honor solum debetur de
congruitate Host. *in sum. tit. de Off. archid. §. si quis*, Graff. *pp. de-*
cis. lib. 2. *cap.* 56. Dan. de Nob. *disp.* 75. *nu.* 56.

Secus

Sacbs dicendum, si inferior ex Clero Sæculari renueret etiam in actibus Ciuilibus locum cedere Superiori, quia ad id tenetur non solum de honestate, sed de Iustitia, D. Thom. 2. 2. q. 104. art. 3. Ricc. decis. 31. par. 1. & propterea ad talem reuerentiam, siue honorificentiam potest cogi, & compelli Gerald. singul. 35. Mart.
23 *de Iurisd. par. 2. cap. 53. nu. 31.* Adde ius esse Episcopo compellere Ecclesiasticos minores ad salutandum maiores publicè obuiantes, dum contrafacientes scandalum ob id populo afferrent, vt deducitur ex Nau. *cons. 7. de off. Iud. ord.* nam pro scandalo euitando receditur à regulis iuris, Fely. *in cap. Nihil de præscript. nu. 2.*

Prætensiones de præcedentia non sunt nouæ in hoc sæculo, vt constat de Iacob, & Esau, qui Matris in vtero de Principatu con-
24 tenderunt, eruntq; quamdiu Mundus durabit, vt ait Anton. de Præt. *in Clip. loco cit.* ex quo similes differentias in dies conspicientes non oportet scandalum pati, aut admiratione affici, ita admonet Dan. de Nob. *disp. 44. nu. 2.* Post extremum diem, quando Deus erit omnia in omnibus cessabit omnis lis de præcedentia; quoniam quiuis pro sua capacitate gloriosus erit, vt post Theolo-
25 gos docet Surd. *de alim. tit. 4. q. 18. nu. 72.* sed non desinet maioritas, & ordo mansionum. *cap. in domo dist. 4. de pæn.*

Vt autem ad nostrum institutum deueniamus, incipiendo à quæstione illa An Canonici sint præferendi Cappellanis, dico hoc
26 esse clarum, & dubitatione indignum, & propterea nullus, quem viderim scriptorum id in concertationem ponit; & meritò; Nam in his, quę trita sunt, superfluum est laborare. Vt dixit Abb. *in cap. Si diligenti de for. comp.* Discussione olim opus fuit; Numquid Canonici nuper erectæ Collegiatæ sęcularis in Ciuitate Bononien. deberent præcedere Plebanos, & Rectores eiusdem Ciuitatis; & conclusum fuit à Rota Rom. dictos Canonicos esse anteferendos tam de iure, quam de consuetudine cum expressa declaratione, hanc prærogatiuam eis absolute competere in omnibus locis, & Con-
27 uentis publicis, & priuatis ad instar Canonicorum aliarum Collegiatarum. Ita referunt Seraph. *par. 2. dec. 1225.* Ricc. *collec. 1069. par. 3.* Eamdem decisionem in alia simili causa canonizauit Rot. apud Buratt. *dec. 488. nu. 2.* & sic seruandum apud nos pluries asserere non dubitaui; quod vt euidentius appareat, sequentia pono enunciata, in quibus aliæ Canonicales prærogatiuæ pariter controuersę connectuntur, & Laconicè dissoluuntur.

Primum enunciatum.

28 Canonicorum præcedentia deducitur ex eorum antiquitate, maiorique; perseuerantia in bono, quibus multum defertur, vt passim

tradunt

tradunt DD; & pro clariori notitia opus est aduertere, quòd in principio nascentis Ecclesiæ omnes, qui Christianam amplexabantur fidem, propria bona vendebant, preciumq; ad Apostolorum pedes ponebant, vt omnia essent simul communia, vt videre est in Act. Apost. *cap.4. & habetur in cap. futuram cap. dilectissimis 12. q. 1.* & notant Turrecr. *in cap. sint ead. caus. q. 1.* & Card. Tolet. suę Instruct. *lib.5. cap.76. nu.2.* quę communio breui permansit, teste Valen. *tom.3. d.10. q.3. p.7.* magis enim expedire visum fuit, vt loco precis prædia, & bona stabilia Episcopis traderentur; qui de eorum fructibus necessaria fidelibus ministrarent; *cap. Videntes 12. q.1. cap. decimæ ibid.* Abb. *in cap. 1. de priuileg. laym. mor. lib.4. tract.2. cap.2.* & Put. *decis.361. nu.5. lib.1.* Duo

29 tunc temporis erant, prout modò sunt, Christianorum genera, alterum erat emancipatum diuino muneri, hiq; omnes aliquo Ecclesiastico ordine gaudebant, & dicebantur Clerici, hoc est in sortem Domini vocati, *cap. si sententia de sent. excom. lib.6. Archid. in cap. quod 6. dist. nu. 1.* Vndè Simoni Mago dictum fuit. *Act. cap 8. Non est tibi sors in sermone isto.*

Alterum genus erat eorum, qui appellabantur Laici, à Græco vocabulo, quod Latine dicitur popularis, *cap. duo 12. q. 1. glos. in cap.2. de hæret. in 6.* Hi à cōmuni vita cū Clericis defecerunt tēpore Syluestri Papæ primi, ac separatim habitare cæperunt, propria bona retinendo, Barb. *in cap. quia tua 12. q. 1. nu.9.* & Marsil. vbi supra cap.5.

Non multò post nonnulli ex ipsis Laicis arctiorem vitā eligendo profecti sunt ad habitandas Syluas, ne populari accessu eorum

30 deuotio impediretur, qui dicti sunt Monachi, hoc est, solitarij. *cap. si cupis 16. q.1.*

Et quia de communi Clericorum consilio Ecclesię gubernabantur, melius iudicatum fuit statuere, (prout decretum fuit,) vt vnus ex Presbyteris maioribus per partes crearetur Episcopus, idest superintendens, ad quem cura suæ Diœcesis spectaret *cap. legimus 93. d. cap Episcopi dist.80.*

31 Diœcesis nil aliud est, quam diuisio indè Episcopus dicitur Diœcesanus. *cap. cum olim, de præscript.* tuncq; Diœcesis tota pro vna Parrochia accipiebatur *c. Apostolica de donat. & habetur in dist.80. per tot.* Atque præfati Episcopi subrogati fuerunt loco Apostolorum; vt recenset Barb. *in cap. in nouo dist. 21.*

32 Crescente in dies Religione Christiana, creuit, & numerus Clericorum; & quidam ex his non satis periti Sacerdotali ordine initiabantur, vnde, Episcopi matura deliberatione & Hierarchia Ecclesiastica.

clesiastica magis peritos selegerunt, qui, vt collaterales, cum eodem Antistite in Cathedrali residerent; parati ad omne munus Ecclesiæ, ab Episcopo demandandum, vbi communi habitatione, ac mensa vtentes, Diuina officia cum magno deuotionis feruore simul explebant. *cap. omnibus de consecr. dist. 5.* Anchar. *in cap. quoniam nu. 2. de vit. & hon. Cler.* Sed quia sub gubernio Episcopi pluros consistebant Ecclesiæ, pluribus consequenter indigebant Operarijs. Quam ob rem eodẽ instanti ab Episcopis peracta fuit altera electio de Clericis Doctoribus, qui pariter essent Operarij, & Consiliarij Episcopalis solicitudinis.

33 Ex ijsdem Clericis peritioribus alia Collegia in Ciuitate, & locis insignibus Diœcesis fuerunt ab Episcopo instituta, & hi in certa domo, nuncupata Canonica, cibum sumebant, dormiebant, diuinasq; laudes in Ecclesiæ Choro vnanimiter persoluebant *cap. Præter. d. 32. in omnibus de consecr. dist. 5.* Monet. *de distrib. 6. p. 1. q. 5. nu. 17.* Spond. *in Annal,* Baron. *anno 1063.* Ipsimet selecti Clerici tam Cathedralium, quam Collegiatarum erant absq; præbẽdis; vt notant Innoc. *in cap. vlt. de Cler. non resid.* & Abb. *in cap. cum*
34 *M. de const.* & recipiebant ab Episcopo alimenta, & de vno ærario vestimenta. Monet. *vbi supra.* Brancat. *in Epit. V.* Canonici quo ad victum.

Statimq; appellati fuerunt Canonici. Spond. *vbi supra,* quo no-
35 mine ab alijs Clericis discernebantur Azor. *par. 1. lib. 12. cap. 22. q. 2.* & Comit. *lib. 1. q. 61.* Residente Episcopo apud Cathedralem: vnus ex memoratis Canonicis respectiuè constituebatur Prior, siuè Præpositus, aut Decanus in Collegiatis Ecclesijs, vbi vice Episcopi præsidebant, & imperabant Canonicis habentes authoritatem despoticam, & iudicialem; Molan. *de Canon. lib. 2. cap. 2.*

Abbas, eius origine attenta, erat proprium nomen Capitis Monachorum; quorum supra meminimus Campanil. *rub. 7 cap. 6. nu. 92.* Abbas idem sonat, quod Pater; Vrsell. *l. c.* & Abbatia Pa-
36 ternitas; Conc. Meld. *cap. 10.* eiusq; officium tantummodo erat onus, ministeriũ, & sollicitudo super Monachos, *cap. fin. de renũc.* Panorm. *in cap. tuam nu. 3. de ætat. & qualit.* Pasqual. *dec. 25. num. 4.* Postea creuit in nomen Prælaturæ, & Dignitatis Regularis, *cap. 2 de Iudic.* Rodriquez. *qq. reg. tom. 1. q. 12. art. 1.* & fusè docet Moscon. *de Maiest. Mil. Eccles. lib. 1. cap. 9. per tot.* Deinde hoc nomine denominata fuit quæuis Ecclesiæ Collegiatæ sæcularis prima dignitas, Marc. Mant. *de Conc. §. Statim nu. 121.* Molan. de Canon.
37 *cap. 5.* & Ciarl. *contr. for. par. 2 cap. 120. num. 57.* Vbi dicit hoc nomen Abbatis competere omnibus Collegiatarum Præpositis, siue

Decanis,

Decanis, aut Prioribus; siquidem differentiæ vis non consistit in nomine, nec attenditur quomodo vocentur, sed consideratur potestas, nempè; An habeant iurisdictionem, qua olim gaudebant in Canonicos sæculares; Qui, vt diximus, cum suo Capite in comuni domo viuebant in primordijs eorum institutionis, quamuis cœteri de Clero desierint uiuere de eleemosynis, hisq; permissum fuerit vitam communem deserere in proprijs ædibus commorari, & bona patrimonialia possidere *cap. certo* 12. Marches. *p.* 3. §. 1. *de comis. admiss.* Decursu temporis, cum magis augeretur fidelis
38 Populus à Dionysio Papa diuisa fuit Diœcesis per Parochias, *glos. in cap.* 1. *d.* 90. Quæ commissæ fuerunt pro administrandis Sacramentis aliquibus Presbyteris, qui dicti sunt Parochi à Parochia,
39 idem denotante, quod partitio curæ populi: Archid. *in cap. Ecclesias* 13. *q.* 3. & ab alijs appellati fuerunt Rectores à regendis Ecclesijs, & animabus, sibi concreditis 13, *q.* 1. *cap.* 1. *& extra tot. tit. de Paroch.* Hi Parochi, siue Rectores desumpti fuere ab Episcopo, ex illis Presbyteris, quibus comunionem vitæ cum Canonicis seruare non placuit; Vt post alios obseruat Carol. Bass. *de Can. cap.* 18. *pag.* 155. Atq; cuilibet Parocho assignati sunt redditus de præfatis bonis, & oblationibus, ut supra porrectis: Rodoan. *de spol. q.* 3. *num.* 26. & Ceuall. *contr. q* 388. *num.* 27.

Canonici, vt superius prælibauimus, antiquitatis tenacissimi in prima communione perseuerarunt: & quamuis nostræ atatis Canonici communi mensa, vt plurimum non vtantur, sed singulis pro victu, & vestitu propria assignetur præbenda, ac quisque in paterna domo inhabitet, suadente ad hanc relaxationem temporum varietate; Vt innuunt Abb. *in cap. Accedentes num.* 5. *de præscript.* & Francol. *de Hor. Can. cap.* 24. *num.* 23. Nihilominus quoddam primitiuę Ecclesiæ institutum præseferunt: Vt inquit Conc. Colon. *cap.* 4. Atq. regulas priscorum patrum, à quibus continuatam originem traxerunt, in maiori parte conseruant, quotidie cõuenientes in Ecclesiam ad diuina officia persoluenda. Colleg. Bonon. *cons.* 1. *num.* 42. Et existentes vniti ad tractanda, & seruanda
40 sui Capituli iura dicũtur in vnum habitare, licet in ędibus separatis, & dispersis consistãt Dani. *l. c. V. habitare*; Et faciunt, vnũ corpus cum suo Capite, cuius auctoritas modo est tantum fraterna, & charitatiua, siue simul inhabitent, siue non gloss. *in l.* 3. §. *à municibus ff. de bonorum possess.* & Nic. Bes. *de Iur. Uniu. cap.* 2. *num.* 55.

Pręterea, si ad præsens Canonici ab eorum Ecclesia longe habitatione distarent, ideoq. Ecclesia in Diuinis pateretur, ab Epis-

41 scopo essent compellendi, vt in loco apto ad munus suum præstãdum habitarent Compost. *in cap. Quoniam nu.* 1. *de vit. & hon. Cler.* Abb. *ibid. num.* 2. Nec tali casu ab Episcopo habenda est ratio cõmoditatis Canonicorum: Quia magis prouidendum est Ecclesiæ, quam personæ; vt benè Guido Papa *in rubr. ne sed. vac. nu.* 4.

Cum autem ex præmissis liquido appareat, non Canonicos, sed alios Clericos antiqua, & bona instituta deseruisse; meritò hi postponuntur Canonicis: Tum quia Canonici, vti perseuerantes in maiori bono debent esse melioris conditionis, *cap. Si ex bono de pænit. d.* 4. Imol, & Boich. *super cap. Institutimus de maior. & obed.* Inter omnes enim Christianæ reipublicæ functiones Diuinus cultus apicem tenet: Et propterea nonnulli, vt magis Canonicos nobilitarent, eosdem Ecclesiæ militantes Angelos nuncuparunt: Et
42 non immeritò, cum imitentur in terris Cœlestis militiæ Choros. Tum quia Canonici dicuntur habere officium publicum, & continuum, vt ostendunt Socc. *in cap. Sacris num.* 63. *de sent. excom.* & Abb. *in cap. Cum non liceat, not.* 3. *de præscript.* Atque vti in prolixiore labore versantes plus sunt honorandi. *Ita arg. l. Nemo, C. de offic. Mag. docent,* glos. *in cap. fin. d.* 17. *in cap. Dilectus de elect.* Paris. *cons.* 36. *par.* 4. *Colleg. Bonon. l. c. num.* 12. Ecclesia magis colit Laurentium Diaconum, quam Sixtum Sum. Pont. quia illius martyrium plurimum eluxit.

Secundum enunciatum.

43 Istud nomen Canonicus est titulus gradus, & prærogatiuę, sic tradunt, Mol. *de Can. lib.* 1: Carol. Bass. vbi supra *cap.* 2. & Rota Rom. *de præb. decis.* 26. *nu.* 5. *id nou. confirmat* Fusc. *de Visit. lib.* 1. *cap.* 15. Diciturq. Canonicus à Canone, hoc est regula rectè, & benè viuendi, sub qua recipitur: Abb. *in cap. Causam de iudic.* Ripa *in rubr. de constit. num.* 26. & Rebuff. *in prax. par.* 1. *tit. de Collegiatis.* Bonum, & amabile est habere bonum nomen, ut firmant Cened. *in collect. ad decret. Coll.* 24. Lara. *l. c. lib.* 2. *cap.* 4. *num* 137. Et facit, quod dixit Deus ad Moysem *exod. cap.* 23. *Inuenisti coram me gratiam, & te ipsum noui ex nomine.* Ita notat Zabar. *in Clem.* 1. *de verb. sign. nu.* 3. Et licet non valeat argumentum à nomine proprio, cum hoc imponatur ad beneplacitum, *l. si quis in fundo ff. de legat.* Valet argumentatio ab Ethimologia nominis appellatiui. *Eucrald loc. cit.* Ab Ethimologia quia sumitur à professione, quę exercetur. Ant. de Butr. *in cap. Dilecta num.* 12 *de exceß. prælat.* Nullus Præbendatus est puro nomine appellandus, sed proprio nomini præponendũ est

nomen

nomen Canonicus. Ad tradita per D.Bern. *in Spec. discipl. cap.6.* Ex quo iniuria à quibusdam ambitionis ęstu notati sunt Canonici, qui se se proprio ore Canonicos appellabant: benè sic loquuntur proferentes nomen, in quo eorum professio exprimitur. *cap. Cum secundum tit. de preb, gloss. ibid.* Deci. *in cap. Quod vult num. 108. de Iud:* & Henriq. *in sum. lib. 14. cap. Si iuncta gloss. ibid. ly. g.*

45 Iam plurium Ecclesiarum Canonici dicebantur Cardinales, vt de Ecclesiæ Siracusanæ habetur *in cap. Quorumdam dist:74* & Neapolitanæ *in cap. Fraternitatem dist. 71.* & de Aurien. Rauen: Mediolan. & aliarum Ecclesiarum Canonicorum, qui dicebantur Cardinales meminit Castr. Palao. *tom:2. tit: de benef. tract:13. d. 2. pun: 22. §. 4. num: 10.* & ante eum antiquus Doctor Io: a Capistr. *in cap. Quia num. 5. de Cler. non resid.* & alij apud Compost. *in cap. Cum accessissent de constit: in addit.* Et ita appellati sunt vsq; ad Paulum III. qui abrogato, quod ad Canonicos, nomine Cardinalis, eos iuxta proprium, nomen Canonicos appellari voluit, idem confirmauit Pius V. teste Nald: *in Sum. V. Cardinalis num: 1.*

Ecclesię tantum Compostellanæ Canonici ad hæc vsq; tempora nomine tenus ex peculiari Summi Pontificis indulto, Cardinales appellantur. *gloss: super Clem. dignum de celebr: miss.* Vital. ibid. *n. 13* Canonici habent quandam comparationem cum Episcopo, sicut Cardinales cum Papa: sunt illi Episcoporum Consiliarij, veluti hi Sum. Pont: Moscon. vbi supra *cap: 15.* Card. Tusç: *Ly. c. con. 95.* Canonici iam pridem nominabantur electionarij; Quia ad Cano-

46 nicos Cathedralium, exclusis alijs Beneficiatis, Episcopi electio pertinebat, *cap: Sacrorum §. ex his dist: 43. cap: Cum in veteri de elect. gloss. in cap. Quamquam eod: tit:* Abb. *in cap. Scriptum de elect. num. 4.* Et ad Canonicos Collegiatarum spectabat electio Prælati, & capitis habentis iurisdictionem in ijsdem; *cap. Qua propter de elect. gloss: in cap. Præsentium de test.* & permanserunt Electionarij vsque ad tempus Clem. V.

In Germania verò vsq. ad pręsens, Canonici suum Prælatum eligunt, vt prius: ita scribunt Fran. Zip. *in comp. iur. Pont. lib. 1 tit. de elect. nu. 1.* & Viuian: *de iur patr. lib. 3. cap. 1. nu. 36. par. 2.* Canonici nuncupantur Primarij inter oēs alios Ciuitatis, ac Diœcesis Clericos. Conc. Aquisgr. apud Hom. *in com. p. 3. tr. 14. res. 6.* Ca-

47 nonicatus in pluribus Ecclesijs adnectitur Episcopali digni atj; vt tradunt Io: Andr. *in cap. Cum Ecclesia de preb. in 6* Fely: *in cap. Ex litteris num. 1. eodem tit.* Purpur. *cons. 491. num. 5. par. 2.* Et sic seruari Capuę, vbi Archiepiscopus Metropolitanæ Ecclesiæ est simul Canonicus, testatur Rague. *de voc. quæst. 6. num. 1. in fin.*

48 Hispaniarum Rex ex Priuilegio Apostolico non dedignatur Canonicatu potiri in Ecclesia Legionensi, vt scribit Petr. Henriq. *cons. 9. num.* 11. *par.* 1. Pariter Rex Franciæ in pluribus sui Regni Ecclesijs ex indulto Sum. Pont. fit Canonicus; Selu. *de benef. p.* 2. *q.* 23. *nu.* 39. Molan. *de Canon. lib.* 1. *cap.* 5. & signanter Ecclesiæ S. Hilarij Pictauen. vt enarrant Ricc. *par.* 3. *dec.* 66. *in fin.* & Rodoan. *l. c. par.* 2. *cap.* 13. *nu.* 5. Quinimò ipse Imperator antequam coronetur, recipitur in Canonicum, & fratrem à Reuerendiss. Canonicis S. Petri de Vrbe, quos omnes, & singulos stans ante Altare Deiparę Virginis recipit ad osculum Pacis. Ita disponitur in Cœrem. Rom. *lib.* 1. *cap.* 3. *sect.* 5. & notant Duran. vbi supra *lib.* 2. *cap.* 8. *fin.* Et post coronationem rursus assumitur in Canonicum, & fratrem Ecclesiæ s. Io: Laterani: vt habetur in Pontif. Rom. *tit. de Cor. Imperat. fol. mihi* 89. & scribit Moscon. *de maiest. mil. Eccl. cap.* 2. *fol.* 670.

Capitulares quarumcūq. Ecclesiarum ex eorum primæua insti-
49 tutione consueuerunt vocari non solum Canonici, sed Domini Canonici. Non quidem ob dominium prębendarum suarum, vt quidam opinati sunt, sed honorificentiæ ergo, in quem sensum Sarra vocabat Dominum Abraam virum suum. Genes. *cap.* 18. dicens Dominus meus vetulus est; de quo laudatur à D. Petro 1. *cap.* 3. Mos semper fuit nuncupandi Dominum, quem quis honore vult afficere. glos. *in l. cum quis §. secum in v. dominum de leg.* 3. Huiusmodi nomen, Dominus, Canonicis competere pluribus rationibus comprobat Penott. *l. c. lib* 11. *cap.* 39. §. 3. & sequitur Molan. vbi supra *lib.* 3. *cap.* 1. Vbi tamen monet hoc non esse à Canonicis affectandum, aut in eo complacendum, neque per semetipsos tribuendum, iuxta illud Prou. *cap.* 27. *Laudet te alienus, non os*
50 *tuum.* Plebanis quoque, & Ecclesiarum Rectoribus competit iste titulus Dominus; ad tradita per Dan. de Nob. *disp.* 44. *nu.* 21 Non autē Cappellanis, qui nec gradum, nec officium obtinere dicūtur, præsertim, qui non sunt titulares, & purè nuncupādi sunt Cappel-
51 lani, sic dicti à D. Martini Cappa, quam olim deferebant ad Castra, & sub tentorio collocabant, ac sub ea Missam celebrabant, dum Gallorum Reges præsentes erant in bello. Ità Alberic. Trot. *de perfect. Cler. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 3. Filliuc. *lib.* 3. *tract.* 41. *cap.* 1. *num.* 15. Indè deductum est nomen Cappellaniæ; quæ accipitur modo pro Altari in Sacra æde constructo; cui institutus dicitur Cappellanus; Rebuff. *in Prax. p.* 1. *§. seculare.* Dan. de Nob. *Lo. modo cit.* Lotther vbi supra *quæst.* 13. *num.* 40. Qui verò his Cappellanis ab antedictis Cappellanis deputātur pro celebrādis Missis, abusiue

dicuntur

dicuntur Cappellani, propriè enim dicendi sunt Altaristæ, seu Officiatores ab officiando, Bald. *cons.* 18. *ad fin. lib.* 2. Lara *de Cappell. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 35. Prout etiam impropriè nuncupantur Cappellani, Curati, illi Sacerdotes, qui à Parocho assumuntur ad sibi au-
52 xiliandum in cura animarum, propriè isti appellandi sunt conductitij; Less. *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 39. *d.* 4. *num.* 17. & nullatenus possunt dici simpliciter Curati. Dec. *in cap. Ex parte de rescript.* Abb. *ibid.* Verall. *decis:* 340. *nu.* 4. *p.* 3. Bald. *cons:* 18. *lib.* 5. Gem. *cons.* 86. *nu.* 3. Ricciul. *de iur. pers. lib.* 1. *cap.* 13. *nu.* 60. Fragos. *l.c. lib* 10. *d.* 21. *nu.* 15.

Curatus absolutè dicitur, qui curam nomine proprio exercet, non alieno; Genuen. *q.* 231. Gomes. *de litt. grat. fol.* 88. Rot. *p* 2. *diuer. dec.* 52. *num.* 16. Vidal. *in Oper. mor. inq.* 4. *num. eod. in addit.* In vna Ecclesia Parrochiali vnus tantum Curatus, potest institui, veluti Arca Noe vnicum tantum habuit Curatorem, *cap. Sicut in Vna* 2. *q.* 24. *cap. Cum ignores de præb.* & notat Petr. de Anchar. *in d. cap. Extirpandæ.* Nec dicti Cappellani possunt dici Vicecurati, nisi quando Parochus abest à loco residentiæ. Zabarell. *in d Clem.* 1. *num.* 4. Ant. de Butr. *cons.* 51. *num:* 3. Et quia nullum habent titulum, etiam sine causa à Parocho ammouentur. Rot. apud Buratt. *p.* 2. *decis.* 382. *num.* 4. & Coccin. *decis.* 18. *num.* 43. Presbyteri propriè
55 dicuntur, qui Sacerdotali ordine sunt insigniti, & est nomen Græcum, quod Latinè Senior interpretatur ob iudicij maturitatem, quæ huiusmodi ordini opus est. Turrecr. *in cap. Mulier d.* 32. *n.* 2. Et potius videtur nomen ætatis, quàm gradus, & officij, aut qualitatis. *cap Legimus* 93. *d. & glos. in cap. Quamquam* 2. *quæst.* 7.

His sic præmissis, & simul attentis, honorificentius nomen, æstimatio, & titulorum multiplicatio, quibus, vt vidimus, refulgent Canonici, ipsorum præeminentiam supra Parochos, Rectores, Cappellanos, & simplices Præsbyteros satis ostendunt; vt firmant Abb. *in cap. Cum accedentes num.* 2. *de præscript.* Decian. *cons.* 61. *n.* 46. *vol.* 1. *cons.* 67. *nu.* 10. *vol.* 2.

Tertium Enunciatum.

51 Soli Canonici constituunt Capitulum: Innoc. super *cap* 2. *de instit.* Ant. de Butr. *in cap. Relatum num.* 5. *de test. cap. Eam te de rescript.* Fely. *in cap. Olim de re iud.* Verall. *decis.* 84. *p.* 1. Caual. *decis.* 57. & 91. id constituendum sufficiunt Ant. de Butr. *in rubr. de elect. nu.* 2. Innoc. *cap.* 1. *eod. tit.* Abb. *cons.* 25. *p.* 2. & *super cap. Nullus de*
58 *elect:* Capitulum est congregatio collegarum, in vno honore ad

inuicem

inuicem positorum; ita docent Io. Andr. *in cap. Capitulum de rescript.* Sylu. *in Sum. eod. V. num:* 1. *Card: Paleot. de administr. Bonon. Eccles. par.* 1. *cap.* 5. Diciturq; Capitulum, quia constat ex Canoni-
59 cis; qui dicuntur capita, nempè minora, ad differentiam Episcoporum, qui sunt capita maiora; ut tradunt Raguc. *de voc. q.* 5. *nu.* 5. & Lotther. vbi supra *quæst.* 15. *nu.* 11. Capitulum olim nominabatur dumtaxat in Ecclesia Cathedrali, & in Ecclesia Collegiata dicebatur Collegium, à colligendo, quasi plures in vnum collecti. *cap. primo, dist.* 15. Nunc verò dicitur Capitulum propriè, vel Collegiata, *cap. Cum non liceat de præscript.* Io. Andr. *in cap. Nisi essem num:* 3. *de præb.* & Abb. *in cap. Cum terra de elect.* Idque liquido apparet ex lectura Bullæ erectionis huius Collegiatæ, in qua pluries repetitur, *Abbas, & Canonici constituunt Capitulum.* Quod satis esset ad probandum capitulum, ad tradita per Host. *in d. cap. cum Ecclesiarum,* & Farinac., *decis.* 201. *nu.* 5. *part.* 1. quia agit Papa de facto, coram se gesto. Rota apud Cenc. *de censib. par.* 2. *decis.*
60 130. *nu.* 5. Capitulum ex Bulla fundationis Cathedralis, vel Collegiatæ satis probatur, *cap. Porrò de priuil. Fusc. de Visit. lib* 2. *cap.* 1. *num.* 4. de qua si non constaret, probari posset per sequentes coniecturas.

Primò, per communes tractatus fieri solitos à canonicis, canonicè coadunatis, *cap.* 3. *de prob.* Rot. apud Buratt. *decis.* 455. *nu.* 2 *cum alijs.*

Secundo, per sigillum commune, *cap. Significauit de appellat.* Ludouis. *dec.* 482. *num.* 4. quod capituli sigillum est authenticum, &
61 publicum. Vulp. *in prax. cap:* 18. *nu. eod.*

Tertiò per Camerarium, quem eligunt Canonici, *cap: Vnic. de sindic.* & post alios notat Fenzon. *ad Stat: Vrb. par. pr. cap.* 72. *num.* 5.

Quartò per locum capitularem, *glos. in cap. Statutum de elect. in* 6. Alex. *cons.* 75. *num.* 2. *lib.* 4.

Quintò per distributiones, Arcam, & Massam communem; Innoc. in *cap. Cum olim de sent. & re iudic.* Duar. *dec.* 29. *n.* 2.

Sexto per propria statuta à Canonicis condita, ita post alios docet Card. Mant. *decis.* 175. *num. pr.*

Septimò, & vltimo dicitur signum Capituli, quando Canonici in Ecclesia, in qua inseruiunt, habent vnam dignitatem pro eorum capite, Massobr. *in prax. prælud.* 2. *dub.* 1. 2. 6. Selua *de benef. p.* 2. *q.* 16. *num:* 14. Nec est necessum, ut omnia supramemorata argumenta simul concurrant, sed sufficit vnum ex illis extare, Mascar. *de prob. conf.* 584.

Quodcumque

62 Quodcumque Capitulum sæcularis Ecclesiæ est vere, & propriè dignitas. Lotther. *de re ben. l. c. quæst.* 14. nu. 47. & dixit Ant. de B. *in cap. Cum non ignores num.* 4. *de præb.* Imò non est dicendum simplex dignitas. Abb. *in cap. de multa num.* 24. *eod. tit.* & *DD statim ci-*
63 *tatı.* Idcircò in odiosis non venit nomine dignitatis, *cap. Graue extra de præb.* Abb. *ibid.* & Nald. *in sum: V. Capitulum nu.* 9. Neque in materia stricta comprehenditur appellatione personarum. Ad tradita per Put: *dec.* 84. *nu.* 2. *par.* 1. Gonzal. *l. c. gloss.* 37. *nu.* 1. Et ita dispositio Clem. 1. *de Iud.* Dum dicit *quibuscumque personis*, non includit Capitulum; atque derogatio priuilegiorum, quibuscumque personis concessorum, non comprehendit priuilegia concessa capitulo. Farinac. *decis.* 398. *nu.* 6. *par.* 2. *in posth.* Capitulum
64 aliquando in specie est maius Episcopo, vt quādo est in Capitulo vti Canonicus. *gloss. in dicta Cap. irrefragabili*, Gemin. *in cap. Non putamus de consuet.* Quia eo casu est de capitulo, quod est maius omnibus, & singulis ipsorum; Grass. *pa.* 1. *dec.* 3. *num.* 1. *de rescript.*
65 Zerol. *par.* 2. *V. concilium*. Huiusmodi capitulum non possunt constituere Parochi, nec Cappellani, alijq; simplices Presbyteri. Ant. de Butr. *in d. cap: irrefragabili num.* 9. Abb. *in cap. Ad hoc nu. vlt. de Cler. non resid.* Gonzales *l. c. gloss.* 19. *num.* 16. Vulp. *in prax. cap* 44. *n.* 2. Ratio est, quia hi nō faciunt vnum corpus, vt Canonici, sed in Ecclesijs considerantur, vt singuli. Rot. *par.* 1. *diuers. decis.* 455. & *par.* 7. *decis.* 136. & 351. *nu.* 2. Ratio rationis est, quia nequeūt sibi caput efficere. Abb. *antiq. in cap. Dilecta nu:* 1. *de excess. prælat:* & Mart. *Digest. nouis. par.* 6. *tit. Canonicus cap:* 25. Neque possunt liberè sese congregare, sed quando occurrit id agere, ob eorum negotia, tenentur licentiam petere ab Episcopo, vt non ignoret, quid isti agant, Rot. *par:* 5. *diuers. decis.* 32. *nu:* 1. & *in add. decis:* 112. *n.* 7
66 Ijsdem Parochis, & Cappellanis non conuenit commune sigillum; Caputaquen. *decis.* 42. *n pr p. pr.* Prout competit Capitulo habere non tantum vnum, sed plura ad diuersos effectus, & actus destinatos: nempe sigillum magnum pro signandis negotijs Capituli, & paruum, pro sigillandis litteris missiuis quotidianis. Io: Bertach. *in tract. de Episc. lib.* 3. *nu.* 33. Et quia prædictis considerabilibus præfati de Clero sunt ex pertes, meritò postponendi sunt Canonicis; Feder. *de Sen. par: pr. cons.* 34. & Grass. *decis.* 131. *num:* 6.

Quartum enunciatum.

67 **Illustrior, & excellentior est Ecclesia Collegiata qualibet simplici Parrochiali.** Abb. *de Vit* & *honest. Cler. num:* 12. **Colleg. Bo-**

non-

non: *conſ.* 1. *nu*:7. Feder. de Sen. *l.c. conſ*:132. *nu*:2. Card Tuſc. *ly-D. concl.* 419. *nu*:13. Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 578. *nu.* 16. Paſqual. *qq. mor: cent. pr. q*:79. *num*:17. Collegiatæ ſunt ſecundariæ poſt
68 Cathedrales. Conc. *Colon.* 1. *par.* 3. *cap.* 2. Brancat. *in Epit. Can. V. Eccleſiæ Collegiatæ*; atque de iure communi, Cathedralis etiam dicitur Collegiata; Monet, *de Com. cap*:11. *nu*: 36. & Corrad. *in Praxi lib.* 2. 2. *cap.* 6. *num.* 34. Eccefiæ Collegiatæ maiores ſunt titulo, quam Parrochiales; ex tex. *in cap: fin. de offic. Archid.* Hoſt. & Io: Andr. *ibid*: Et proinde ab Epiſcopo primum viſitantur Cathe-
67 drales, & poſtea Collegiatæ; denique Parrochiales Eccleſiæ, & hæ poſsunt per alios inferiores ab Epiſcopo viſitari; Collegiatæ verò per Epiſcopum tantum. *cap. Romana de cenſ*: Abb. *in Theſ. ſing. V. Eccleſia Collegiata*. Homob. *in Com. par.* 3. *tr.* 15. *cap*:4. *nu.* 6 Parrochialis non ſolum in Ciuitate, ſed & in Villis, & Pagis qui-
68 buſcumque inſtituitur; At Collegiata non conceditur niſi in Ciuitatibus, vel oppidis, aut Terris inſignibus, in quibus habitant homines ciuiles, & Populus numeroſus; quod fit ne Collegiatæ dignitas vileſcat, prout conſiderant gloſs. *in extrau. Sedes Apoſtolica de offic. delegat.* & Anton. de Butr. *in cap. Epiſcopalia nu.* 2. *de priuil.* Simplex Parrochialis interdum nuncupatur Cappella. Bellem. *in cap. Concedimus d. de conſecr*: Gonzal. *gloſſ*:5. *nu*:62. & Azor: *tom*:2. *lib*:3. *cap.* 1. & ſic dicitur, quædam ſupra Eccleſiam Parrochialē Serauiziæ, quā ſimul pluries de commiſſione Epiſcopi viſitaui.

Collegiata verò ſemper appellatur Eccleſia; per Abb. *in cap. Expoſuiſti nu.* 6. *de Præb.* Quinimmò in odioſis appellatione Eccle-
71 ſiæ Parrochialis non includitur Collegiata, licet in ea exerceatur Cura animarum, *cap: Suſceptum de reſcript: in* 6. Abb: *conſ.* 47. *nu.* 4. *par*:2. Gallett. *V. Parrochialis*, Nald. *V. ordo. nu.* 2. Ratio eſt, quia habet qualitatem collegij ſupra curam: vt benè obſeruant Io: Andr. *in cap. Statutum de elect. lib*:6. & Selu: *de benef. par.* 1. *q.* 3. *num*:24. Quę collegij qualitas, tàm conſiderabilis eſt, vt ſi Eccleſia finalis, dependens à Parrochiali Baptiſmali, (quæ dicitur matrix, eò quod ſicut mater generat filios, ita ipſa regenerat per Baptiſmum, Dan. de Nob. *l.c. diſp.* 44. *nu*:2.) erigatur in Collegiatam; anteponenda ſit in prę eminentijs ipſi Baptiſmali matrici. Seraph. *deciſ*:1445. & Farinac: *deciſ*:3. *num*:6. *par*:2. *in poſth.* Atque illa regula de non tollendo iure quæſito, non procedit in noua erectione Collegiatę Mart. *Digeſt nouiſſ: tom.* 6. *tit: Eccleſia cap*:25. Eccleſia Parrochialis non paruum recipit honorificentię incrementum, ſi erigatur in Collegiatam. ex Rebuff: *l.c. de erect. Colleg.* & Rot. *de ſepult: deciſ. vlt. in antiq.* Quod facilè ſuadetur ex eo, quod Epi-
ſcopus

72 ſcopus poteſt inſtituere Parochialem, non verò Collegiatam; Dec. *conſ.563: num.pr. Mandoſ: de ſignat. grat. V. erectio.* Rebuff: *l.c.num.14. Fuſc. de viſit.lib:2. cap.pſimo,num.4. Viuian.de iurepat. lib.1.cap.1. nu.212.* Azor. *par.2.lib.6. cap.30.quaeſt.4.* Nec poteſt deſtruere Collegiatam,& de Collegiata facere non Collegiatam; Nam qui non poteſt inſtituere, non poteſt deſtituere. Flam. *de reſig. lib.7.q.10.nu.11.* Lotter. *de re ben. lib. 1. quaeſt.14.num: 106.* Quòd ſi Eccleſia Collegiata fuerit diruta abſque facultate Summi Pontificis, ſtatim reædificata continuat priuilegia Collegiatæ: *gloſ.in cap.ſtatutum de elect: in 6.*

Quinimmò Eccleſia, quæ olim fuit Collegiata, quamuis in præſentiarum ob eius paupertatem non habeat actu Collegium: Nihilominus, ſi non conſtet, fuiſse Pontificia authoritate deſtructam, nuncupari poteſt Collegiata. Maſcar. *de prob. concl. 584. num.5.* Atque ſi venerit ad pinguiorem fortunam, vti poterit iuribus Collegij vti prius; quia numquam fuit extincta habitu. Abb. *in cap:de multa n4. de præb.* Rot. *p11. recent. deciſ. 163.n: 4.*

Collegiatæ prælatio cum Parrochiali eo magis emicat, vt ait Molan. *l.c.lib.1. cap.4.* ſi fuerit inſignis; cum hæc præferatur nõ 73 inſignibus, etiã prius inſtitutis, licet fuerit erecta abſq; præiudicio alterius ſimplicis Collegiatæ. Ita declarauit S. R.C. apud Barb. in Sum. Apoſt. *deciſ.collect.* 181. *nu.4.* Ratio eſt, quia qualitas inſignitatis attenditur; quamobrem obtinens in forma Primam dignitatem Collegiatarum inſignium, quam talem non expoſuit S. Pontifici, gratia eſt nulla; vt reſoluit Rot. *par. 2. diuerſ. deciſ.29.* 74 *per totam.* Collegiata dicitur inſignis dum pro tali fuerit à Papa enunciata, prout de Maſſenſi legimus in priuilegio conceſſo cantãdi Miſſam Pontificalem, vbi Sum.Pontifex eam geminatis verbis pronunciat; quæ verborum repetitio maiorem firmitatem oſtentat. Mar.Ant. *Var: lib.3. reſp. prima, num.32.* Farinac. *deciſ:14. nu.2. par.2.* & operatur, quod nil poſsit opponi. Pariſ. *conſ.19. lib.5.* Appellatur etiam inſignis ea Collegiata, quæ retinet eas qualitates, quæ ipſam talem reddunt ex fama, ſiuè communi hominum opinione, ac æſtimatione, licet de huiuſmodi inſignitate nullum fuerit factum verbum à Papa in eius Diplomate; Eu erald. *loc. ab opinione vulgi.* Barb. *ſuper Cap. transmiſſæ num. 3. de verb. ſignif. Gauan in man V. Eccleſia Collegiata nu. 2. in addit.* Antonell. *de regim. Eccleſ. Epiſc. lib.3. cap.8. num.5.* Quapropter Eccle- 75 ſia Collegiata Maſſæ Altarium ornatu per pulchra precioſa ſupellectili, liberalitate Principum onuſta, pluribus Beatorum corporibus decorata, in qua adſunt Abbas prima dignitas, inſignitus

Mytra, & Baculo, quæ iure Priuilegiario ad decorē, magnificētiam, & honorem Ecclesiæ conceduntur, Abb. *in cap. Inter de sen. & re iud.* Et bis seni Canonici solemnia munia præstantes, redditur cū effectu celebris, & inclyta Mant. *decis. 175. nu. 2.* Rot. *par. 2. diuers. decis. 29 num. 5.*

Pariformiter insignis per se dicitur Collegiata, quando est in loco non parum conspicuo constituta. Ita resolutum fuit à S.C. teste Gauan. *loc. prox. cit. num. 3. in addit.* Et quia Massa
76 vetustissimum oppidum: & vt perhibet Philipp. Chiuē. in sua Geograph. *lib. 3. pag. 236.* iam Herculis Fanum, nunc sub pijs Principibus ex vetustissima, & Nobilissima Cybea familia Ciuitas Imperialis, Cœli clementia mitis, situ, & aspectu satis iucunda, in qua Principes sibi Sedem elegerunt viteq. domicilium, quorum Palatium est valdè spatiosum, ac superbum, ibique inter cætera inest Sacellum tam decori operis, vt nulli alteri priuato Maximorum Principum, sit secundum: Omni ex parte conspicitur Vrbs mœnibus benè clausa, Arce propemodum inexpugnabili roborata, variarum Ecclesiarum, Cœnobiorum virorum, & Sanctimonialium, quam plutimo Ædium ædificijs non parum est conspicua. Præter suburbium, & Pagorum domos à quibus non obscurum recipit ornamentum. Gaudet numeroso Clero, Doctorum copia Illustribus familijs, Populi multitudine in concordia tranquillam vitam ducentibus: Qua Subditorum pace consistit, & honor Principis. Cassan. *l. c. p. 7. consid. 16:* Atque prædicta omnia Collegiatam satis insignem reddunt, ex Alber. *in Dict. V. insignis,* Ricc. *in Prax. l. c. res. 576.* Nau. *cons. 1. de verb. signif.* Rot. *par. 7. diuers. decis. 357. num. 4. cum alijs cit.* Vndè si de ea, vel simili fiat mentio in scriptis exprimenda est Collegiata insignis, cum tales
77 æquiparentur Cathedralibus. Rot. *par. 2. diuers. decis. 29 num. 8.* & Ricciul: *de iur. person. lib. pr. cap. 13. num. 56.* alias intelligeretur de simplici. Mant. *decis. 215. num. 3.* Quæ est minor insignitate gaudente: quamuis quælibet vulgaris Collegiata sit præclarior, quacumque simplici Parrochiali: vt diximus cum DD. quibus adde Io: Andr. *in dicto Cap. Statutum,* & Bellett. *disp. Cler. p. pr. tit. 18. num 33.* Et, ante dicta maioritate attentâ, benè infertur, quoscumque Canonicos vti maiores in administratione, quia administrant actus Ecclesiæ Collegiatæ, esse præferendos Plebanis, & Rectoribus Parrochialium Ecclesiarum: ita Colleg. Bon. *cons. 1.* Abb. *cons. 21. num. 3. par. pr.* Card. Tusc. *ly. p. V. præcedere concl: 477.* Rodriq. *qq: reg. l. c.*

Quintum

Quintum Enunciatum.

78 Præbenda Canonicalis est ius percipiendi prouentus in Ecclesia competens vni de Collegio. Molf, *in sum. tract.6. tit.de benef. cap. 2. num. 33.* & honorabilior est Cappellanijs, & Benificijs curatis, Menoch. *de arbitr. lib. 2, cent.3. cas. 216. num:6.* Anguill. *cons. 98. nu:4.* Colleg. Pad. *cons. 1. nu: 59.* Selu. *de benef. par. 1. quæst. 3. num. 5.* Quamobrem Canonicatus, & præbenda non veniunt sub
79 nomine Beneficij in materia odiosa. *cap.pr. de fil. presb.* Abb. *in cap. Nostra, num. 1. de rescript:* vbi Addit. *ly. c.* Rot. *par. 1. diuers. decis. 343. num. 1.* Hinc si Papa mandaret conferri beneficium alicui in certa Ecclesia, non includitur prębenda Canonicalis; Innoc. *cap. Sedes de rescript*, Feder. de Sen. *l.c. cons. 21.* Filliuc. *lib. 3. tract. 41. cap. 6. num. 18.* Canonicatus, & Beneficium differunt, vt species, & genus; Zabarell. *in Clem, dispendiosam num. 4. de Iud. Rot. de consuetudine decis. 6. in nouis.*

In Canonicatu duo diuersa iura concurrunt scilicet Canoniæ, & prębendę Host. *in cap.pr. de præb.* & Zabar. *in Clem. fin. eod. tit.* Cano-
80 nia est quædam peculiaris prærogatiua, ex qua quis consequitur receptionem in fratrem, Stallum in Choro, locum in circuitu, vocem in Capitulo, facultatem participandi de distributionibus, & ius ad prębendam; quæ in fauorabilibus venit sub nomine Beneficii, quod est quædam portio fructuum; quæ datur Ministro Ecclesiæ pro seruitio, Bald: *in cap. Cum M. num. 170. de const.* Moscon. *l. c. tit. de ben.* & quamuis Beneficium non in Canonicatu, sed in prębenda consistat: Bellem. *in cap. Apostolicæ num. 8. de præb.* Nil secius Canonia est dignior præbenda; vt docet Dec. *in rubr. de Iud.* & eò magis aliis Beneficiis ob tot prærogatiuas, ex ea prouenientes Seraph. *par. 2. decis. 1495. num. 24.* Et quia Canonia in omnibus Cathedralibus, & Collegiatis Italiæ est annexa præbendæ ratione connexionis, corpus incorporale, & indiuiduum censetur, quod duobus communicari non debet *cap. Dilectus de præb.* Abb. *ibidem, & in cap, Adeò de rescript.* & nomine Canonicatus accipitur præbenda, & è contra; sicq; prębenda existit magis qualificata portio, quam Cappellania, & Beneficium curatum. Ricc. *in Prax, resol. 72. num. 6. par. 4. cum alijs.*

Sextum Enunciatum.

Alimenta, dubio procul, distinguuntur ex conditione, & qua-
81 litate personarum, quibus præbentur; *cap. Et si quæstione de Simon.*

cap. Non cogantur, 41. d. Hinc pro victu Cappellani regulariter assignantur viginti quatuor Ducati, teste Monach. de Vest. cap. 12. num. 13. At viginti quinque ducati de Camera computatis distributionibus non constituunt præbendam congruam, ut obseruant Caputaq. par. pr. decis. 65. & Marta ff. nouiss. tit. Beneficium cap. 76.

82 Canonicalis præbenda, dicitur à præbeo, quia præbere debet Canonico fructus, ex quibus possit comodè viuere. Io. Andr in rubr. de præb. num. pr. Abb. in cap. Ex parte de instit. & latius est alendus, quàm dicti inferiores de Clero: Bero. in cap. Cum omnes num. 90. de const. & congruunt tradita in prax. Neap. cap. 64. Nec in hoc est arguendus Canonicus, quia non qualitas ciborum, sed appetitus noxius, & gulosus reprobatur. Host in sum. de vit. & hon. Dixi commodè, quod idem sonat, quod decenter, congruè, competen-

83 ter, honestè, & laudatè, quæ omnia differunt à viuere sine penuria. Abb. in d. cap. Postulastis, & cap. 1. de stat. reg. & latè Campanil. rubr. 8. cap. 2. num. vltimo. Potest enim Canonicus cum scutis triginta sine pecunia vitam degere, at iuxta sui status qualitatem non potest etiam cum quinquaginta similibus se commodè substentare: Ex Nauar. de Orat. Miscell. 52. in fin. Abb. super dicto cap. Postulastis, vbi Dec. num. 7. & cons. 555. num. 14. par. 2 & sequitur Em. Lugo de iust. & iur. par. 1. disp. 4. num. 54. & seq. Affirmans id procedere, licet aliquis Canonicus ex humili fortuna, in quaparcius viuebat, ad Canonicatum fuerit elatus. Et quia alimentorum nomine veniunt pariter, & vestes, vt ex l. Legatis ff. de alim. tradunt Sylu. in Sum. V. alimenta Host. in sum de vit. & hon. Cler. & Zacch. de Salar. & merc. quæst. 7. num. 2. Plus etiam assignari debet Canonico pro vestitu, quam Cappellano. Abb. in cap. cum omnes num. 9. de const. Bero. ibid. num. 90. & clarius Monach. l. c. cap. 12. nu. 15. Quod redditum discrimen in Canonicos, & alios de Clero inferiores ordinatum censeo: Tum ex ratione superius allata; tùm quia his possibile, & licitum est rus proficisci, & ibi labora-

85 re cap. Presbyter 91. dist. vel alio artificio sibi victum quærere, cap Clericus victum ead. dist. Barb. ibi, & dixit Io. Capistr. Quæ peragere nequeunt Canonici, cum teneantur ad residentiam, & assistentiam in choro ferè per totam diem implicari in persoluendis diuinis laudibus: Pro quibus Sanctis laboribus etiam naturali Iure debent congrua alimenta recipere de patrimonio Christi. gloss. 1. in c. vnic. de sent. excom V. labore Anchar. in cap. Tua de præb. Selu. l. c. par. 3. quæst. 7. num. 5. & Castr. Palao. par. 2. tit. 13. pun. 10 num. 4. Vltra, quod si Canonici pro pane lucrando adirent rus, vel aliquod artificium pro mercede incumberent, essent ludibrio

ciuibus

Ciuibus, & Populo, & afferrent dedecus gradui Canonicali, cui valdè necessaria est honestas, & grauitas personarum. Farinac.
86 *par. 1. decis. 437. nu. 3. & par. 3. decis. 167. num. 2. ac dec. 607. nu. 6. in posth. par. 2.* Vndè Episcopus debet attendere, vt Canonici habeant præbendas sufficientes ad victum. Conc. Arelat. 3. *cap.* 9. Atque pro substinendo decenti Canonicorum gradu tam Collegiatæ insignis, quam Cathedralis potest præbendas tenues vacantes in mensibus non reseruatis, ad pauciorem numerum deducere, vel
87 simplicia beneficia ijsdem vnire, Ita prouisum fuit à Sac. Conc. Trid. *sess. 24. cap. 15. de reform*: & declarauit Sac. Congr. apud Pasqual. *cent. 1: q. 42. num. 3.* Certè qui pannosa, aut lacera, vel sordida veste opertus progreditur floccipenditur Monach. *de vest.*
88 *cap. 16. num. 4.* & Io: And. *in cap. 1. tit. de priuil. nu. 4.* vbi recenset exemplum de quodam Theologo, qui veste ordinaria comparens in Capitulo Generali, prima sessione non fuit benè tractatus, & altera die ipso redeūte cum preciosa Cappa, honorificè receptus, Cappæ gratias retulit: Hic aduertendum, si eueniat, Cappellanos, & Parochos ex eorum Beneficijs vbertiores percipere redditus, quā
89 Canonici, non propterea his anteponuntur. Gomes. & Staph. *loco cit. tit. de prærog: nu. 24.* Ratio est, quia redditus sunt, quod accidētarium, quod non mutat substantiam. Cassan. *par. 8. consid: 22.* & Curtell. *de libert. Eccles: lib. 2. q. 31. num. vlt.*

Septimum Enunciatum.

Ex qualitate extrinseca Ecclesiastici ornamenti maior personæ honorificentia efformatur. *cap. Quoniam de vit. & hon. Cler. cap. Vt Apostolicæ de priuil. in 6.* vbi Gemin. & Anchar. *num. 2.* & clarius docent Colleg: Paduan. *cons. 1. num. 25.* Boer. *de auct. mag. nu. 29.* Monach. *l. c. cap. 17. num. 57.* Menoch *de præsumpt. lib. 3. præs. 64. nu. 3.* Purpurat. *cons: 540. num. 17. par. 2.* Daoyz. *V. Dignitas*
90 *num: 6.* & Card. Paleot. *de admin. Eccles: Bonon. p. 1. cap. 5.* Dum antiquitus Canonici res diuinas celebrabant Mytris, & alijs Episcopalibus ornamentis vtebantur; vt testantur Molan. *l. c. lib. 3. cap. 9.* & Lauren. *in suo magn. Theatr. vit. hum. litt. I. fol. mihi 3271.* Ad præsens etiam vtuntur Mytra ex priuilegio, quo lætantur Canonici Cathedralis Lucæ in Hetruria, necnon Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolis, vt refert Pyrr. Corrad. *in Prax. Dispens. Apost. lib. 4. cap. 2. n. 33.*

Ordinarius Canonicorum habitus modernus choralis est Al-
91 mutia, siue Mantellettum, vel Cappa violacei coloris, aut Moz-

zetta,



zetta, quæ insignia conceduntur tantum Canonicis à Summo Pōtifice Ricc. *par. 3. decis: 332. nu. 2.* Quorum antiquior habitus est Cappa, vt notat Vghell. *de Episc. Ital. tom. 3. pag. 634.* Et quandò Papa concedit Cappas, intelligitur concessus vsus Rocchetti; Atq. addendo gestari solitas per Canonicos Principis Apostolorum, & ad eorum instar, huiusmodi Clausula idem sonat, quod, ad veram, propriam, & adæquatam imitationem tám in forma, quam in colore, prout eis datum fuit. Nauar. *in Com. de iubl. not 26. nu 2.* Bald. *in l. omnia C de Episc. & Cler.* ac declarauit S.R.C. *die 21 Maij 1634.* Quo indulto gaudentibus liberum est æstiuo tempore huiusmodi Cappas deponere, quas alijs temporibus deferunt opertas pellibus Agnorum, aut Cuniculorum, aut Armelinorum, & assumere Coctam supra Rocchettum, prout seruatur in Vrbe Roma, vel remotis pellibus, æstate gestare easdem Cappas absque pellibus, holoserico Blatteo coopertas, complicatas, vel iusta consuetudinem explicatas, vsque ad talos ad formam Cœtem. cap. 3.

Et hæc delatio Capparum, licet per plures annos continuata, non tollit Canonicis supradictis libertatem æstiuo tempore gestādi, quando placuerit Cottam supra Rocchettum; Ità ad preces Canonicorum Taurinen. habentium simile indultum deferendi Cappas ad instar illorum S. Petri Romæ declarauit S.R.C. *die 23. Decembris 1634.* Ratio huius determinationis esse potest, quia

92 Priuilegium non tendens in aliorum grauamen, nunquam perditur per non vsum, Fely. *in cap. Cum accessissent nu. 3. de const. Mar. Ital. de immun. lib. 1. cap. 6. §. 1.* Castr. Palao *tract. 3. de leg. tit de pun. 18. num. 3.* Ante dicta insignia Canonicis impertita possunt ab ijsdem deferri in functionibus Ecclesiasticis, etiam extra Diœcesim;

93 Dummodo non occupent proprias Sedes illius Ecclesiæ Beneficiatorum, vt deducitur ex decreto S.R.C. *die 19. Augusti 1634.* Ratio est, quia est priuilegium personale, quod persona secum vbicumque defert, & non restringitur in loco gloss. *in cap. Priuilegium de reg. Iur. in 6.* & ibi DD. & quos sequuntur Castr. Pal. *loc. prox. cit. pun. 6. num. 1.* & Bonac: vbi supra *punct. 5. nu. 1.* & alij; Tum quia huiusmodi habitus non denotant Superioritatem, vel potestatem, ad tradita per Decian. *cons. 8. num. 243. vol: 1.* & Gostred. *in rub. de vsu Pal. num. Vlt.* sed duntaxat perfectionem, grauitatem, & ornamentum personarum, & quod non sint simplices Presbyteri: Bellamer. *super cap. à memoria tit. Vt lit. pend. num. 3.* & sic, vt adnotatur in Magn. *Thetr. Vit. hum. ly. I. fol. 327.* decernuntur ab alijs de Choro, qui non habent dignitatem, quorum habitus Choralis

est

94 est Cotta, vt obseruant. Molan, *l.c. in præfat.* & Petr. de Anch. in *cap. vt Apostolicæ nu. 2.* ex quibus ornamentis Ecclesiasticis; quibus gaudent Canonici, suadetur ipsorum præcedentia super alios de Clero sæculari, quos innuimus. Dec. *conf. 19. nu. 32. Vol 3.* Deciam. *loc cit. conf. 67. nu. 33.* Constat etiam dicta Canonicorum pręeminentia ex eorum vestimentis ordinarijs vsualibus, quę olim in totum erant violacei coloris, vt habetur in *Theat. loc. mox cit.* & ad præsens per Conc: Trid: *sess: 24. cap. 12. de reformat.* Nigri coloris assignantur Canonicis Cathedralium, & Collegiatarum insigniũ, sed decentiora, quam Plebanis, & Cappellanis. Moscon. *l. 1. cap. 15. & 16.* Aspirat doctrina Baldi *in l. si quid §. sufficit, num. pr. dicen-*
95 *tis,* Operepretium esse, vt aliter vestiantur milites, aliter Senatores, quales appellantur Canonici glos. *fin. cap. Ecclesiæ 16. q. 1.* Daoyz *l. c. V. capitulum,* & in puncto Conc. Trid. *loc. statim cit.*

Octauum Enunciatum.

Ex ordine sedendi distinguuntur prærogatiuę glos. *in cap. Tua de consuet. in 6.* Lotther. *de re ben lib. 2. q. 530. num. 45.* Farinac. *decis. 865. nu 2. par. 4.* & elicitur ex cœrem. Rom. *lib. 3 sect. 2. cap. 1.*
96 Locus nobilior in choro est assignandus Canonicis, Rot. *par. 6. diuers. decis. 252. & 288.* Atque his sedes eminentiores sibi competunt; nempe in superiori Luna; Curati autem, Cappellani, & alij Clerici, cum sint inferioris Ordinis, sedere debent in secunda Luna; Hoc est in subsellijs inferioribus, ac disiũctis à Canonicalibus; incongruum est enim, vt ordines confundantur Rot. *par. 7. decis. 309. num. 2.* Marches. *de commiss. appell. in caus. pens. par. 1. §. 1. fol. 553.* Grass. *decis. 55. nu. 4. de preb.* Franc. Marc. *decis. 881. num. 1. q. 1.* Farinac. *part. 2. in posth. decis. 62. num. 4. decis. 423. num. 3. & decis. 606. num. 1.*

Et quando contingit fieri Chorum pro solemnizando aliquo Fe-
96 sto in certo situ Ecclesiæ, in quo non adest distinctio primæ, & secundæ Lunæ, & interuenerit Episcopus: pro eodem debet ibi parari Sedes Episcopalis, ac propè eam paratur locus pro Canonicis; ita censuit S. R. C. *die 18. Maij 1606.* cæteris verò de Clero non paratur locus, sed ibi sedeant in nudo scamno remotiori ab Episcopo, ex quibus corruscat gradus Canonicalis. Citad. *de Iurepatr. par. 4. num. 2.* Imol. *in cap. Solitæ de maior. & obed. num. 11.* Ant. de Butr. *ibid nu. 19.* Et dum Episcopus solemniter celebrat in Cathedrali, vel Collegiata tenetur assumere Canonicos, vti nobiliores, qui ei seruiant. *S. C. penes Barb. coll. 202. num. 13.* Idem in prima

erectione

erectione saltem duodenarius Canonicorum numerus constituendus est, vt docet Moscon. *de Maiest. Mil. Eccles. lib. 1. cap. 15. & seq.* Quod si non reperirentur tot Canonici, quot opus sunt pro celebrandis Missis Pontificalibus, (vt accidit in quibusdam Ecclesijs Sardiniæ) assumendi sunt ab Episcopo alij honestiores de Clero, qui inseruiant, & assistant, vt supra, Ita in puncto docet Io: Andr. *in cap. 1. de his, q. f. à præl.* Et qui à honor consideratur in se-
98 dendo cum Episcopo tàm in functionibus Ecclesiasticis, quàm in ciuilibus. Ricc. *in Prax. part. 3. res. 555. nu. 1.* Nouar. *par. 1. gr[...]nam. 115. nu. 7.* In referendis negotijs ad aures Eminentiss. Card. Episcopo in sua prima Visitatione, circa regimen Spirituale, Canonici recto capite sedentes loquuti sunt, at Cappellani, aliique simplices Presbiteri stantes dixerunt ad terminos resolutionis iam in simili casu factę per Rot. Rom. apud Mart. *ff. nouiss. tom. 6. tit. Canonicus cap. 51.* Et quis ignorat honorabiliorem esse, quem talem ostendit Princeps? *cap. Redemptor 12. q. 2.* glos. *in cap. Qui autem 17. q. 3. in V. dignus.* Rocc. de Curt: *l. c. par. 3. num. 26.* Petr. Rauen. *sing. 81.* Vndè legitur in libro Ester cap. 6. *Hoc honore condignus est quemcunque; voluerit Rex honorare.*

Nonum Enunciatum.

Digniora sunt præferenda minus dignis, *l. 1. & 2. de alb. scrib:* Penia *decis. 541. num. 3. par 2.* Abb. *in Thes. singular. V. digniora.*
99 Dignior autem reputatur ille, à quo digniora tractantur Crauett: *cons. 489. num. 9.* Bursatt. *cons. 343. num. 11.* Et quia satis honorificum munus est inseruire Episcopo Pontificaliter celebranti, vt ostendunt Ciarl: *contr. For. tom. 2. cap. 208. & alij.* consequitur, si Episcopus, vt supra, celebraret in Ecclesia Plebania suę Diœcesis, ibique conuenirent Canonici Collegiatæ eiusdem loci, ad hos spectaret, (si vellent,) Episcopo ministrare, non ad Plebanum, & Presbyteros eiusdem Ecclesię Campanill. *rubr. 7. cap. 6. num. 107.* & ita declarauit S. C, relatore Andan. apud Barb. *Coll. 292. nu. 13.* Quòd si non adessent Canonici, & Episcopus ad id assumeret alios de Clero; Nihilominus dignoscitur Canonicorum prerogatiua: Etenim Plebani, Rectores, Cappellani, & ceteri inferiores de Clero in Missis Pontificalibus ministrantes genuflexi cantant *Confiteor*; Canonici verò capite tantum inclinato; Itá habetur in Pont. Rom. & Cœrem. Episc. *lib. 2. cap. 2.* Atque in fine Missæ Pontificalis illi genuflectuntur ad Benedictionem, hi caput aper-
100 tum profunde inclinant; Canonici capiunt cineres de manu

Episcopi

Episcopi caput, humiliando, Cappellani, & alij de Clero genuflexi; & regulariter quandocunque Canonici transeunt ante Altare, vel Episcopum caput, & humeros inflectunt, & alij de Clero genuflectunt Grass. de Cærem. *lib. pr, cap. 22.* Quæ omnia seruata sũt in Missis, & in functionibus Solemnibus, hic peractis per dictum Eminentiss. Card. Episcopum, quo toti functioni Veneris Sancti, assistente, descenderunt Canonici post ipsum ad adorationem
101 Crucis, fimbrias posteriores eorum Cappæ ad terram trahentes secundum nonnullarum Ecclesiarum consuetudinem, & post Canonicos ad osculandam Crucem accessit Excellentiss. Princeps cũ eius familia, exinde alij de Clero ad formam Cœremonialis Episc. *lib. 2. cap. 26.* Iamque in Dominica Palmarum idem Eminentiss. Palmas à se in eadem Collegiatã Benedictas primum porrexit Canonicis, sibi inseruientibus, & assistentibus, postea suo Vicario Generali, qui in Presbyterio permanebat habitu Prælatitio indutus, vti Prothonotarius Apostolicus, vt disponit Rot. Rom. *par. 2. diuers: dec. 316.* Exindè alij Canonici non parati de manu Præ-
102 lati stantes receperunt ramos Oliuarũ Crucibus, & flocculis compositis ex Palmarum folijs speciosiores alijs, quos cęteri de Clero genuflexi habuerunt iuxta dispositionem cęrem: *l. prox. cit.* & sequitur Rot. *in addit. ad 5. par. dec. 459. num. 5.* ex quibus benè arguitur Canonicorum præeminentia.

Decimum Enunciatum.

Iuris Diuini naturalis Pontificij, & Cęsarei est, maiorem in
103 honore anteferri minori, quod desumitur *ex cap. Quia 50. dist. & l. vt gradatim ff. de mun. & honor.* & docent glos. *in cap. Sedes de rescript. & in Clem. 1. de relig. dom. V. humilitatis;* Signa, maioritatem denotantia, sunt prius vocari, & respondere. Zabarell. *cons. 30. num. 7. Præpos. super cap. Episcopus d. 17.* Petr. à Mont. *de Monarch. Conc. §. pr.* Ex quibus in Diœcesana Synodo, quam primum habuit Illustriss. ac Reuerendiss. D. Prosper Spinula Episcopus noster, omni virtutum, scientiarumq; genere eminentissimus, Canonici huius Collegiatæ ante Plebanos, & Rectores prius vocati responderunt, & eiusdem Synodi Processione eos præcesserunt, prout Iuris esse dicunt, Leo in *Thes. Eccles. par. pr. cap. 9. nu. 4.* & Henriq. *de Synod. par: 3. cap. 9. num. 4.* Et sciendum, quod incedere, sedere, vocari, primo. aut loqui sunt prærogatiuæ, quę à pari procedunt; & data vna, aliæ sequuntur pro seruanda vniformitate: quæ omnia, & singula Canonicorum maioritatem præseferunt: Boni de Curt.

in tr. de Nobil. cap. 3. Tiraquell, *eod. tract. cap. 2.* & Cassan. vbi supra
par. pr. consid. 11. atque in materia præcedentię plurimum atten-
duntur. Leonell; *h. c. quæst. 3. art. 7.* Barb. *in cap. Concilia ead. dist.*
num. 7. & in cap. Certum num. vlt. de maior. & obed. & Læl. Altogr:
cons. pr. num. 38. par. 2. Quibus de Iure, & de facto consistentibus,
quia maior infert minorem Io: And. *in cap. Licet nu. 3. de transl. Epi-*
sc. Canonici, vt maiores anteponendi sunt dictis de Clero, vt mi-
noribus, in omnibus iis, quæ sunt magis honorabilia Gerald, *sing.*
33. in addit. Post. *de manuten. obseru. 45. num. 12.* Esset contra Iura
Diuina, humana, & naturalia, quod maior debeat reuerentiam
104 exhibere inferiori. Bellett. *l. a. tit. de fauor. Cler. num. 20.* Ideò non
potest fieri lex, vt minor præcedat maiorem Host. *in cap. pr. de ma-*
ior. & obed. Decian. *cons. 21. num. 4. vol. pr.* Nec officit, in quibus-
dam Ecclesiis Cathedralibus de consensu Superiorum statuto dis-
poni, Cappellanos in Sacris anteponi Canonicis in minoribus or-
dinibus dumtaxat constitutis; Nam hoc ibi permissum fuit in
odium Canonicorum Sacros ordines, vt tenebantur, suscipere ne-
gligentium. Ita obseruat Rot. apud Mart. *Digest. nouiss. tom. 6. tit.*
Canonic. ut cap. 5.

Vndecimum Enunciatum.

105 Magis priuilegiatus minori priuilegiato præfertur, glos. *in cap.*
Accusatus §. sane de priuil. in 6. Monach. *de exerc. in vest. cap. 14. n.*
83 Bellem. *in d. cap. Statuimus n. 6.* Hinc Episcopus, habẽs vsum Pal-
lij, eminet alijs Episcopis etiam antiquioribus: Cassan. *par. 4. con-*
sid. 26. & Grat: *discept. for. cap. 298. num. 63.* Pariter Abbas infu-
latus præfertur alii Abbati, vel antiquiori his insignibus non gau-
denti: Nau. *cons. 5. num. 5. tit. de maior. & obed.* Say. *in flor. dec. 1.*
eod. tit. Leo in *Thes. p. pr. cap. 19. num. 4.* Vrsell. vbi supra *concl. 1.*
nu. 15. Immò Abbas, cui concessus est vsus Mytræ aurifrigiatæ
est dignior Abbate, cui tantum vsus Mytræ simplicis fuit conces-
sus: Nouar. *in lucer. Regul. V. Mytra;* Vbi alios concordantes addu-
cit: At que Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ Pisarum, eò quia
habent priuilegium deferendi Cappam more Cardinalium rubei
coloris, vt notat Vghell. *de Episc. Ital. tom. 3. fol. 582.* anteponun-
106 tur aliis Canonicis similium Ecclesiarum, quibus in Cappa color
rubeus non est permissus: Mãriq *de pręced. q. 10. num. 14.* & con-
sonant tradita per Grat. *discept. for. cap. 319. num. 26.*

Similiter Canonici, habentes vsum Cappę violacei coloris, præ-
feruntur, aliis Canonicis, qui tantum deferunt Almutiam: quod
procedit, si tam illi, quam hi sunt Canonici Cathedralis. Alias

Canonici

Canonici Collegiatæ, quibus fuit datus vsus Cappæ violacei coloris, non propterea anteponuntur Canonicis Cathedralis, qui tantum gaudent Almutiis, Ricc. *par:4. resol.393. n. 5.* Veruntamen non est necesse narrare Papæ à quo petitur delatio Cappatum in Collegiata eas non deferri in Cathedrali. Rot. *par. 7. diuer. 257. num.19.* Preterea Canonici non autem Cappellani ad osculum pacis ab Episcopo solemniter celebrante recipiuntur; Quod est signũ magnę nobilitatis, & præeminentiæ Canonicorum, vt *ex cap. Dilecto de præb.* notat Zipęus *l.c. tit. de rescript. num:4.* Insuper citra Canonicos non potest fieri receptio in fratrem. Rot. *par: 6. diuers. decis:221.* quod ius considerabile dicit Put. *decis.85. n.3.* Possuntq; Canonici statuta condere, vt infra lib. 4. quæ, & alia Priuilegia non competunt Plebanis, Rectoribus, Cappellanis; vt considerãt Calder. *cons.9. de reb. Eccl. non alien: nu: 2.* Mantic. *decis.215. nu. 5.* Cassan: *par.4. consid.32.* Io. de Mont. *l.c. diuis.1. nu.12.* & Garc. *l.c. par. 3. cap. 2. num:84.*

Duodecimum Enunciatum.

Prior descriptus, & nominatus à Summo Pontifice, honoratior, & dignior inter descriptos, & nominatos præsumitur, atque præcedere debet subscriptos in eadem littera. *cap. Mandato de præb. in 6. cap. Quorundam de elect. lib. 6. in glos. in cap. Benè dist. 96.* Boni de Curtil. *l. c. cap. 3. num. 21.* Vital. *super Clem. in proem. num. 11.*
107 Optimumque esse argumentum in tali materia ab ordine litteræ, ac denominatione desumptum autumant Bellam. *in cap. pr. de ætat. & qual. ordin. num:1.* Fely. *in cap. Dilecta de rescript:* Siquidẽ à nobilioribus semper est inchoandum. Imol. *in rubr: de consuet.* At verò satis compertum est, quoti escunque in Sacris Canonibus, Bullis, & Constitutionibus Pontificijs fit mentio de prænarratis personis Ecclesiasticis, Canonici Cathedralium, & Collegiatarũ anteponuntur in litterã Plebanis, Rectoribus, Cappellanis, & alijs Presbyteris, in dignitate non constitutis; ex quo manifestò apparet illorum super his precedentia. Abb. *in cap. Sedes num: 5. de rescript, in Clem: præsenti nu.4. de Bapt.*

Decimumtertium, & vltimum Enunciatum.

Qui est in dignitate Ecclesiastica positus, præcedit cæteros dignitate non fulgentes, *cap. Statutum de rescript.* & docent ibi Canonistæ, Azor. *lib.3. cap:13. quæst. 2. par. 2.* At Canonicatus, & dignitas
108 æquiparantur: Verall. *decis.257. num.3. par:1.* & quod larga, & generica significatione Canonicatus Cathedralis possit dici di-

D 2 gnitas:

gnitas; patet ex traditis per glos. *penult.in cap. Si Canonici de off: ordin: in 6. & in cap. Si quando de rescript.* De Iure antiquo etiam Canonici Collegiatarum dicebantur in quasi dignitate cõstituti, eisq. delegabantur cõmissiones Iustitiæ, quæ dũtaxat in dignitate positis, vel quasi *ex cap. Statutũ de rescript. in 6*, cõmitti solẽt *glos. in d. cap. Statutum*, & Massobr. *de Synod. cap. 4. d. 10. nu. 5.* Quod ad
109 hæc vsque tempora seruatur in Germania, vt post Rebuff. notat Manriq. *l. c. q. 10. num: 5.* Et vbique terrarum ex certa scientia dictæ commissiones committuntur potius Canonicis Collegiatarũ, quàm Plebanis, & Cappellanis, qui nunquam fuerunt habiti in quasi dignitate constituti: vt obseruat Dan. de Nob. *disp. 44. n. 21* cui doctrinæ non refragantur verba collectę Missalis, scilicet *Deus,*
110 *qui N. fecisti Sacerdotali dignitate vigere, &c.* Quoniã ibi accipitur pro ornamento, reuerentia, potestate, cõditione, & munere, non pro illa dignitatis qualitate, de quã in dicto *cap. Statutum*, & in aliis Iuribus Pontificiis, glos. *in cap. Denique dist. 4.* Host. *in cap. Ex gestis num: 2. de Cler: non resid.* Cassan. *l. c. p: 1. consid. 66.* Rebuff: *in Prax: par. 1. §. Seculare Beneficium, & Quintanaduen. par. 1. singul: tit. de sub. tr. 8. d. 7. & in append. tr. 3. d. 7.* Vt autem clarior appareat præfata Canonicorum maioritas supra Curatos, Beneficiatos, & simplices Presbyteros, ac simul ne intacta remaneant cætera, quę in hac materia fuerunt in praxi, sciendum est; In Hierarchia Ecclesiastica duo esse consideranda personarum genera; Alterum dignitatis, vel officij, aut qualitatis considerabilis: alterum temporis, siuè Ordinis.

111 In primo, non attenta ordinis anterioritate, pręfertur, qui est in maiori Dignitatis, Officii, vel qualitatis considerabilis gradu. In secundo, qui maior est ordine; & data ordinis paritate, qui prior est tempore; Ità colligitur *ex cap. Cleros d. 21. cap. Laicis 16. q. 7. & ex l. 1. C. de consul. lib: 10. in fin. glos. in cap. Placuit 16.* Cassan. *l. c. consid. 78.* Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 26. num. pr.* Petr. à Mont. vbi supra *§. ordo nu. 4.* Moron. *l. c. resp. 5. num. 6.*

Hinc Papa nomen dignitatis Paris. *l. c. lib. 2. quæst. 1. num. 23.*
112 citra controuersiam præcedit omnes in qualibet dignitate, vel ordine constitutos, est enim stupor Mundi non Deus, non homo, sed vtrumque, glos. *in proem. Clem.* Cardinales præcedunt Episcopos, & Archiepiscopos quamuis hi quoad ordines sint illis maiores: Paul de Castr. *cons. 420. num. 2.* Bald. *in cap. Bonæ 1. de Postul. Prælat. nu. 1.* Archiepiscopi Episcopos, & hi anteferuntur Abbatibus,
113 qui in tres scinduntur species. Alij nulli subsunt Episcopo, & habent Iurisdictionem ordinariã, qui sunt propriè Prælati, & dicũtur

Abbates

Abbates magni. Boss. *de Iubil. sect.* 3. *cas.* 26: §. 3 *num.* 62. Barb: *vot.* 57. *num.* 3. *lib.* 2. & de his loquitur *cap. Adrian.* 2. 63. *dist:* Ex propria dignitate vtuntur insignibus Pontificalibus, & præcellunt.

Secundæ speciei Abbates; sũt qui quo ad suã personam tantum sunt exempti à Iurisdictione Episcopi; *cap. Cum Episcopus de off. or-*
115 *din. in* 6. Hi verò præferuntur non exemptis ob priuilegium exemptionis. Fely. *in rubr. de maior. num.* 8. Massobr. *de Synod. cap.* 4. *d.* 6. *num.* 5. Tamb. *de Iur. Abb. l. c: d.* 25. *num,* 1.

Tertiæ speciei Abbates sunt omninò Episcopo subiecti, & ab aliis Dignitatibus non discrepant, etiamsi ex priuilegio habeant vsum Pontificalium; Ratio est, quia hæc insignia istis non competunt ex propria dignitate, nec ad aliquid significandum, sed in
116 his remanent sterilia; vt obsceno verbo exemplificant. Io. And. *in cap. Vt Apostolicæ de priu in* 6. *nu.* 2. Gemin. ibid. *num.* 6 Port. *cons.* 165. *num.* 8. & Marc. *decis.* 1074. *num.* 1. Veruntamen, si huiusmodi Abbates minores existant Capita Collegiatarum, respectu Capituli Canonicorum appellantur Prælati *glos. in Clem. vt hi de ætat. & qualit. ord.* Put. *decis.* 210. *num.* 3. *lib.* 3. Azor. *par.* 2. *cap.* 25. Et
117 præcedunt de per se quamlibet Dignitatem Cathedralis Ecclesiæ; Bald. *in cap. Pastoralis de off. deleg.* Gau. *l. c. V. præcedentia num.* 17. Marzill: *l. c. tit.* 2. *de const*: Quod procedit, etiamsi tales Abbates forent capita Collegiatę Diœcesis; Lotther. *de re benef. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 18. Secus dicendum, si dignitates, & Canonici capitulariter progrederentur, vel consisterent; quia tunc Abbates cuiuscunque generis sint illis postponuntur. Dec. *in cap.* 2. *de Iud.* Nau. *de maior. & obed. cons.* 3. *num.* 1. Nouar. *QQ. for. p.* 1. *q.* 24. *num:* 18.
118 Inter ipsos Abbates, vt supra, respectiuè consideratos, antiquior præfertur, vt docent scribentes super *cap.* 1. *de maior. & obed.* & Cassan. vbi supra *par.* 4. *cons.* 48. Intellige cœteris paribus, vt dictum est supra Enunc. 11. In aliquibus locis simplices Rectores Parochialium dicuntur Abbates: Abb. *in cap. Transmissa num.* 5 *de renunc.* Quibus nulla competit prærogatiua super Canonicos, vel singulos. cum sic vocentur corrupto vocabulo. Lotther. *de re ben. l. c. q.* 25. *num:* 36. Idem asseuerandum de Abbate Beneficiatorum
119 in simplici Ecclesiã, quæ non concedenda est Collegiata, eò quia in ipsa cantantur Missa, & Horæ Canonicę, vt aduertit Massobr. *in Prax. par:* 7. *dub.* 10. *num.* 106. & Dignitates non constituuntur, nisi in Cathedralibus, & Collegiatis; ad tradita per Penia *dec.* 1163. *nu.* 6. *par.* 2. & consequenter, ob nomen Abbatis impositum, nulla ei debeatur antelatio, etiam de per se super Canonicos Collegiatarum

giatarum

giatarum, vt decisum refert Penia *dec.* 1603. *num.* 2. *& decis.* 1671. *nu* 2. Multò magis cedere debent Canonicis cæteri simplices Beneficiati, qui multis in locis intumescunt hoc nomine Abbatis, præsertim in Hispania, & Neapoli: vt refert Campanill. *rubr.* 7. *cap.* 6. *nu.* 106. Hoc loco agendum, videtur de Protonotarijs Apostolicis, quorum duo sunt genera.

Primum est illorum, qui Protonotarij participantes, siue Ordinarij appellantur, qui sunt verè Prælati, quibus etiam in Choro,
120 & Præsbyterio datur locus ante omnes Canonicos, Dignitates, & Abbates quoscunque. cœrem. Episc. *lib.* 1. *cap.* 13. *& cap.* 23.

Secundum genus est eorum, qui vocātur Prothonotarij in partibus, siuè non participantes, uel extraordinarij, aut supranumerarij, siue honorarij, vel titulares, aut de priuilegio, qui honoris gratia creantur à Summo Pontifice, & sub eadem forma à Cardinali-
121 bus Legatis de Latere, necnon à Collegio Protonotariorum de numero participantium. Buratt, *decis.* 540. *num.* 24. *in addit.*

Huiusmodi Protonotariatus confertur Clericis per Breue, quo recepto, tenetur electus fidelitatis Iuramentum prestare, ac professionem Fidei emittere in manibus personæ, in dignitate Ecclesiastica constitutæ, de quo fit instrumentum. Rot. in addit. *ad* 5. *par. diuers. decis.* 213. *num.* 11. nec prius, liberum est se induere habitu prælatitio. Ricc. in *Prax. For. Eccl. par.* 4. *resol.* 114. *num.* 13. Isti Protonotarij sunt propriè in dignitate collocati. Massobr. *de Synod. cap.* 4. *dub.* 12. *num.* 8. Monet. *de distrib. lib. pr. q.* 19. *nu.* 40. Penia *decis.* 56. *num.* 10. *par. pr.* Pytt. Corrad. in *Prax. disp. Apost. lib.* 5. *cap.* 6. *num* 47. Sperell. *decis.* 167. *num.* 24. *par.* 2. Dan. de Nob. vbi supra *in addit. ad quæst.* 29. *num.* 97. Vbi dicit, se recede-
122 re à sua contraria opinione, ob declarationem S.R.C. & ideò possunt deputari in Conseruatores alicuius Religionis: Gauan. *in Nau. hoc Ver. num. vlt.* & eligi Iudices Synodales, Massobr. *de Synod. cap.* 4. *dub.* 12. Ciarl. *contr. for. cap.* 120. *num.* 135, *tom.* 2. Atque constitui Collectores Apostolici, Bellen. *l. c. quæst.* 108. *nu. pr.* Quæ officia non conceduntur, nisi personis, dignitate Ecclesiastica decoratis, Grat. *decis.* 170. *num.* 4. Monet. de decim. *cap.* 9. *quæst.* 9. *num.* 202. Et licet Protonotarius non sit dignitas ex illis, quæ esse solent in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis, neque de eo nulla fiat mentio *in d. cap. Statutum, & cap. fin. de off. de leg. in* 6.

Est tamen dignitas Ecclesię Romanæ, quæ est aliarum Ecclesiarum Mater, & Magistra, *cap.* 2. *de sum. Trinit.* & propterea horum
123 Prothonotariorum Beneficia vacantia per obitum sunt Papæ re-

seruata; vt obseruant Farinac. *decis. 298. num. 2. par. 2. in posth.* Pute. *lib. 2. decis. 309.* Caputaq. *dec.* 407. *par.* 2. Buratt. *decis.* 706. *num. 4. par. 2.* Coccin. *decis.* 349. Intellige, nisi Beneficium sit de Iurepatronatus Laicorum; vt aduertit Massobr. *in prax. prælud. 7.*
124 *d. 20. num. 158.* Isti Protonotarij honorarij habent facultatem ponendi super suę familiæ Stemmatibus Pileū nigrum cum Cordulis, & ornamentis solitis eiusdem coloris S. Congregatio apud Pyrr. Corrad. *in Prax. disp. Apost. lib. 5. cap. 6. num:* 52. Et gerentes cōtinuo habitum prælatitiū remanent exempti à Iurisdictione Episcopi: Ant. de Præt. *l. c. num.* 17. Brancat. *in Epit. V. Protonotarij.* Quod si communi tantum habitu Clericali incedant, licet Ecclesiæ non inseruiant, ac tonsuram non deferant, adhuc Fori priuilegio gaudent: Marchin. de Sacr. Ordin. *tr. 2. par. 1. diff. 9.* Atque sunt exempti, si libuerit à Iurisdictione Ordinariorum in causis Ciuilibus excedentibus summam viginti quinque aureorum de Camera. Ita ex *Bulla* 10. *Leonis X. resolutum fuit à S. Congregatione Conc. teste* Pasqual. *decis.* 109. *num.* 5. & Cherub. *in Comp. Bullar: p. 1. Schol. 1. ad eandem Bullam;* Possuntque gestare per Vrbem Subtaneam violacei coloris; vt declarauit S. Congregatio apud Pyrr. *loc. prox. cit.* Vltra priuilegia, & exemptiones, quas innuimus, lætantur & alijs, de quibus, ne posit dubitari Collegium Participantium solet litteras suarum facultatum expressiuas concedere, quarum meminit Barb. *de Iur. Eccl. vniu. lib. 1. cap. 23. nu.* 15.

Sed quia memorati Protonotarij titulares nunquam, & nusquā
125 constituunt Capitulum, aut Collegium; idcircò semper considerantur, vt personæ particulares: atque vt tales semper debent cedere præcedentiam Canonicis, tàm Cathedralium, quàm Collegiatarum Capitulariter incedentibus. Antonell. *de regim. Eccl. Episc. lib* 3. *cap.* 18. *num.* 10. & Rub. *sing. par. 4. tit. de Proton. nu.* 46. Ratio est, quia quodlibet Collegium Ecclesiasticum, est dignius persona sæculari, etiam in dignitate posita, *cap. Statutum de elect. in 6.* Decian. *l. c. resp.* 56. *num.* 8. & Grat. *discept. for. cap.* 111. *n.* 8. Quandò verò aliquis Canonicus Cathedralis, vel Collegiatæ conuenit de per se in aliquam functionem Ecclesiasticam tàm publi-
126 cam, quàm priuatam simul cum aliquo ex dictis Protonotarijs habitu Prælatitio indutis, pręfertur in honoribus Protonotarius; Cutill. *l. c. de praeced. d.* 11. Cassan. *l. c. par. 4. consid.* 29. Postponun-
127 tur verò dd. Protonotarij alijs dignitatibus antiquioribus etiam de per se. Cantellor. *de praeced. num.* 47. & 52. Nàm prior est in honore, qui prior est in dignitate, *l. qui balneum ff. qui potiores.* Inter
128 ipsos autem Protonotarios potiores esse, qui in eorum Priuilegijs

Data

Data sunt Priores, censeo cum Ricc. *in Prax. par. 4. resol. 114. nu. 3.* Non attenta opinione Castald. *l. c. lib. 1. cap. 10. in fin. & lib. 2 sect. pr. cap. 3. num. 8.* vbi vult, Protonotarios creatos à Papa præcedere creatos à Legatis, quòd solum est verum, quando eodem die, & anno instituuntur, vt colligitur ex Gemin. *in cap. statutum de rescript.* Ant. de Butr. *in cap. Per tuas de maior. & obed: num. 2.* & in puncto tradit Corrad. vbi supra Cōsideratè dixi deberi præcedētiam super Canonicos Protonotariis habitu Prælatitio indutis: in habitu enim communi nulla his debetur præcedentia super Canonicos, aut simplices Præsbyteros in Sacerdotio antiquiores: si
129 quidem tunc considerantur dumtaxat, vt personæ Ecclesiasticæ; Ità Leo in Thes. Eccles. *p. 1. cap. 2. num. 35.* Vulp in prax. *cap. 34. num. 23.* & Manriq. *de præced. quæst. 42. nu. 3.* Huiusmodi Prothonotariatus iàm pridem non conferebatur, nisi Clericis Nobilibus, aut Doctoribus: Pyrr. Corrad. *l. c. num. 62. in addit. 2. adit. sup Prax:* Et consonant notata per Perand. in suis Epist. *fol. 165.* sed ad præsens creantur, etiam si generis nobilitate, aut Doctoratus gradu careāt; Masobr: *de Synod. cap. 4. d. 12. num. 6.* Ricc. *in Prax. par 4. resol. 113. num. 3.* Ant. de Præt. *in Clip. past. cap. vlt. num. 17.* Ciarl. *contr. forens. p. 2. cap. 45. num. 2.* De quo sum testis ocularis.
130 Iam non tot procreabantur Prothonotarij honorarij, prout modo, ob quorum numerositatem eorum Dignitatem vilescere inquiunt Mandos. *de signat. grat. § Prothonotarij*, Ant. de Butr. *in cap. E-*
131 *piscopalia num. 2. de priuil.* Cassan. *l. c. par. 1. consid 79.* Egò verò arbitror, id euenire, quia quam plures huius officij dignitatem, & grauitatem non seruant, & vice habendi seruum ipsi alijs inseruiunt, & quandoque Laicalia munia exercent, prout se vidisse testatur Dan. de Nob. *l. c. disp. 30. num. 5.* Quapropter priuilegio abutentes, eius virtute priuantur: Abb. *in cap. Gratum num 4. de præscrip.* Sic Viri nobiles vilem artem exercentes, reputantur ignobiles. Soccin. *par. 2. cons. 247.* Selu. *de ben. par. 3. quæst. 2. num. 11.* Et quidam Comites, eo quod Agrestium more viuunt, perdunt nobilitatem. Menoch. *de arbitr: lib. 2. cas 68 num. vlt.* Et ita aliquando seorsim consideratur Dignitas: quandoque consideratur dumtaxat persona, interdum considerantur copulatiuè ex Fely. *in cap. Mandata num. 2. de prescript.*

Sed vt à diuerticulo in viā, quā cœpimus redeamus, Dignitates, & Canonici Cathedraliū parati præcedunt in Choro, & Processio-
132 nibus Vicario Generali Episcopi præsentis, vel absentis; Rota Rom. *par. 2. diuers. decis. 316.* Quod si non sint parati, Vicarius Generalis tàm in Choro, quàm extra, anterfertur Dignitatibus

Canonicis,

Canonicis, & Capitulo Ecclesię Cathedralis in functionibus Ecclesiasticis publicis, & priuatis, ac in omnibus actibus, vel ciuilibus Itá Mastrill. *decis.* 130. *num. vlt.* Caputaq. *dec.* 307. *num.* 5. Vrsell. *l. c. concl.* 137. *n.* 23. Leo *in Thes. p.* 1. *cap.* 10 *n.* 11. Verum est, quod si in aliquibus Ecclesijs adesset præscripta consuetudo, quod prima Dignitas in Choro, & Processionibus anteponatur in præstantiori sessione, & loco eidem Vicario, esset valida, & seruāda. Nau. *cons.* 1. *num.* 3. *de maior. & obed.* & innuit cœrem. Episc. *lib.* 1. *cap.* 3. *tit. de Sed. Episc.* vt obseruat Mar: Italia *de Immun. lib.* 1. *cap.* 6. *s.* 1. *nu.* 15.

Dixi in Choro; Nam in actionibus ciuilibus, dum Archidiaconus, vèl aliæ Dignitates deambulant, vti singuli, cum Vicario Generali, semper præstantior locus debetur Vicario, & contraria consuetudo non esset attendenda, quia repugnaret Iuri naturali Abb. *cons.* 21. *par.* 1. Sbroz. *de off. Vic. q.* 1. *cap.* 1. *num.* 5. *lib. pr.*

Dignitates Cathedralium præcedunt Dignitates Collegiatarum,
133 & Canonicos Cathedraliū. Monet. *de opt. c.* 4. *q.* 8. *n.* 150. & alij cōmuniter; Est verò quæstio, satis cōtrouersa. Num Dignitates Collegiatæ, quæ non sint primæ, & capita, debeant præcedentiæ locum cedere Canonicis Cathedralibus vti singulis; Et consulendum ar-
134 bitror in fauorem huiuscemodi Dignitatum; etenim is anteponendus est, qui maiorem obtinet Dignitatis gradum, siuè honoris prærogatiuam: *cap. Episcopos, vbi glos. de maior. & obed.* Buratt. *decis.* 903. *num.* 18. At clarum est Canonicos, vel Cathedralis de per se latè tantum, non propriè esse in dignitate constitutos, prout verè sunt Collegiatarum Dignitates. Cassan. *l. c. consid.* 38. Abb. *antiq. in cap. Quisquis de elect.* Bald. *in cap. Pastoralis de off. deleg.*

Nec prædictis obstat decisio Rotæ Rom. in vna Lucana *sub die* 24. *Ian.* 1628. quam refert Dan. de Nob. *disp.* 45. *num.* 5. In qua resoluitur. Præcedentiam in casu, de quo loquimur, deberi Canonicis Cathedralis, quia id determinatum fuit in vim consuetudinis Ciuitatis Lucæ, alias Dignitates Collegiatarum bonum Ius fouere, ac pro se Iuris assistentiam habere; Innuit eadem Rota, vbi supra. At verò circa Dignitates Cathedralium inter se primæ Dignitati super cœteras debetur præcedentia.

De iure Dignitas Prima post Pontificalem est Archidiaconatus. Alex. *cons.* 172. *num.* 4. *lib.* 6. Marc. *decis.* 1365. *num.* 5. *par.* 1.
135 & Gram. *decis.* 64. *num.* 2. Et præcedit, licet non sit Sacerdos tàm in Ecclesia, quam extra Archipresbyterum Sacerdotio insignitum; Vrsell. vbi supra *concl.* 137. *nu.* 5. Et itá fuit decisum à Rot. Rom.

vt refert Theod. Rub. *singul. p. 4. tit. de praeced.* Ratio est, quia Archidiaconus est maior ratione administrationis, licet sit minor ordine. Ludouis. *decis.* 411. *num.* 5. Farinac. *decis.* 244. *num.* 3. *par.* 3.

136 Plures eiusdem nominis dignitates in eadem Ecclesia esse possunt. Filliuc. *tract.* 41. *cap.* 1 *nu.* 27. *par.* 5. *in addit.* inquit, In Cathedrali Tholetana reperiri sex Archidiaconos.

Ad primum, tamen, ne proueniant confusiones semper spectat inseruire in his, quae ad eius officium pertinent, & eo impedito, antiquior in possessione supplet. Ant. de Butr. *in cap. Ex parte nu.* 8. *de off. deleg.* Dixi de Iure, quia de consuetudine; quae attendenda est; Buratt: *decis.* 473 *nu. Vlt. par.* 2 In nonnullis Cathedralibus prima Dignitas est Decanatus; in alijs Archipręsbyteratus; in alijs Prępositura. Marc: *l. c. decis:* 365. *num.* 8. Paris. *cons.* 31. *num:* 40. Et qui primam Dignitatem retinet, quocunque nomine vocetur,

137 vbiquè praecedit alias eiusdem Ecclesiae Dignitates, etiam Archidiaconum, licet ipse de Iure pręcedere debeat Archipręsbyterum, & Archipraesbyter Decanum, Decanus Praepositum, Praepositus Primicerium, siuè Thesaurarium, vel Sacristam, de quibus vide Moscon. *de maiest. mil. Eccl. lib.* 1. *cap.* 16. Alex. *cons.* 77. *n.* 5. *Vol.* 2.

138 In Collegiatis verò, firma semper remanente Praeeminentia primę Dignitatis, inter caeteras eiusdem Collegiatae dignitates, deficiē-

139 te consuetudine, vel Statuto, vbique pręfertur, qui prior dignitatis possessor extitit pacificus, siuè nuncupetur Archidiaconus, siuè alijs nominibus, quorum statim meminimus; Ita docet Manriq. *de praeced. q.* 5. *num.* 5. Ratio est, quia hę Dignitates nullam habēt Iurisdictionem, vel administrationem, aut officij exercitium; Abb. *in cap.* 1. *de Cler. non resid.* & Gorgon. *lib.* 8. *q.* 1. *cap.* 2. sunt tamen verę Dignitates, vt diximus, & latè probat Menoch. *de arbitr. iud. cent:* 1. *cas.* 168. *num.* 53.

Canonicis Cathedralis tàm collegialiter, quā singulariter respe-

140 ctiuè maior debetur praeeminentia, quàm Canonicis Collegiatę, non obstante quacunque consuetudine in contrarium. Penia *decis.* 1603. *num.* 2. *par.* 2. Azor. *par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. Immò si Collegialiter cum Episcopo accederent ad Ecclesiam Collegiatam pro peragēda aliquā functione Ecclesiastica, anteponuntur in sessionibus, & Thurificationibus non solùm Canonicis Collegiatae, sed eorum Praeposito. Vrsell *concl.* 137. *num.* 18. Barb. *super cap. Non licet nu.* 4. *de praescript.* Grat. *l. c. cap.* 111. *num.* 11. Buratt. *decis.* 903. *num.* 16. *tom.* 3. Videatur Tamb. de Iur. Abb. *tom. pr. d.* 25. *in fin.* Vbi disponit loca Canonicorum Cathedralis, & Collegiatae in hoc casu.

An vero Collegiatae Prepositus sit praeferendus Vicario foraneo; cum

cum distinctione respondeo. Quod in Congregationibus, quæ ab ipso mensatim fiunt, præfertur Vicarius foraneus, Ita de mente S.R.C. tradit Cutill. *de praced. dub.* 13. In alijs autem actibus Col-
141 legiatæ Præpositus anteponitur Vicario foraneo, secundũ Ricc. in *Prax. par. pr. tit. Praxis praecedentiarum resol.* 562. Qui mouetur ea ratione, quoniam Præpositus est verè in Dignitate Ecclesiastica constitutus, & Vicarius foraneus propriè non dicitur obtinere Dignitatem, sed officium : glos. *in cap. pr. de off. ordin. in 6.* Castr. Pal. *par. pr. tr. 3. d. 4. pun. 16. §. 7. nu. 16.* Aliud apud nos emersit dubium; Nunquid idem Vicarius, qui simul est Canonicus sit anteponendus eiusdem Collegiatæ simplici Canonico æuo maiori? & respondi, In Choro, Processionibus, ac alijs actibus capitularibus illum esse considerandum vti Canonicum, & consequenter in his non posse prætendere præcedentiam à Canonico antiquiori in Canonicatu, at extra dictas functiones competere Canonico Vicario, non refragante quoddam Sac. Congr. Decreto, quod ostentat quidam in sua senectute glorians in quo habetur priorem in Sacerdotio præponendum esse Vicario foraneo in Ecclesijs, & extra,
142 prout ab ea pluries fuit decisum: Circa quod aduertendum, insinuata decreta in multis Prouincijs, quarum vnaquaque abundat in suo sensu, *ex cap. Certificari de sepult.* non fuisse recepta etiam in functionibus Ecclesiasticis; Refert Gauant. *Sac. Rit. Congr.* consultor in sua Prax. de Synod. *par. 1. cap. 9.* Vicarium foraneum in Processionibus Synodi incedere cum Pluuiali, ac præcedere Clerum Diœcesis. Et in his partibus á centum annis, & vltra per Synodicas Sanctiones antiquas, & recentiores decernitur, vt omnes de Clero eius Vicariæ honorabiliorem locum vbiquè cedant Vicario foraneo, demptis functionibus, Parochi officium in propria Ecclesia concernentibus, quod cum á tempore immemorabili fuerit in more positum, non solum apud nos, sed infinitimis Diœcesibus, non tollitur á S. C. Decreto quamuis cantaret, non obstante consuetudine. Couar. *var. lib. 3. cap. 13. num. 5.* Gonzal. *l. c. glos. 33. num. 9.* Nec vinces dicendo, Episcopum non posse statuere con-
143 tra declarationes S.C. cum inferior tollere nequeat legem Superioris. *Clem. Ne Romani de elect.* glos. *in Clem. sepè de verb. signif.* Sot. *in 4. dist. 33. q. 1. art 2.* Galer. *de renunc. lib. 3. cap. 1. num. 51.* & clarum est, S. Congregationem esse Superiorem quocumque Ordinario, ad tradita per Pellizzar. de Mon. *cap. 5. sect. 4. num. 184.* Nam vel in opinione eorum, qui tenent, has declarationes esse leges, respondetur, eas non obligare, quando ab initio non fuerunt
144 receptæ, vt in casu nostro: Ita Vidal. *loc. cit. tit. de Can. inq. 1. n. 10.*

E 2 Bos.

Boss. *de tripl. Iub.* & de Matrim. *tom.* 1. *cap.* 1, *num:* 75. Valer. *de diff. vtr. for. V. absolutio num.* 20. Manriq. *de praeced. q.* 52. *num.* 4. *& qq. mor: par.* 1. *cap.* 15. *nu.* 14. Fusius docet Verruell. *tract:* 2. *q.* 6. *&* 52. *num.* 10. *tract.* 8. Id amplians; etiamsi fuerint solemniter publicatæ, & sequitur Leotard. *de vsur. q.* 44. *num.* 5. Quamplures apud Barbos. Gauan. & alios apparent S. C. declarationes, quæ si non existentes acceptatæ, non obligant; Sed concedamus, absque ueri iniuria, memoratum decretum, in quo dicitur, deberi præcedentiam Præsbyteris senioribus in Ecclesijs, & extra, esse receptum: certè non loquitur in congressibus ciuilibus, vt in accubitu ad mensam, deambulationibus per vias, & plateas, & similibus prophanis actis, circa quæ S. R. C. nunquam se intromittit ad
145 decidendas lites præcedentiæ, cum sit tantum instituta pro Sacris Ritibus, vt elicitur ex nomine, ac notat Brancat. *in Epit.* 5. *Congr. Rit.* Nec his contrariatur illa particula, extra, relata in eodem decreto, quæ interpretatur secundum subiectam materiam scilicet
146 in Ecclesijs, & extra, hoc est in Processionibus, quæ fiunt extra Ecclesiam, ac in alijs actibus Ecclesiasticis. Videte Card. Tusc. *ly. V. concl.* 95. Gozadin. *cons.* 30. *num* 16. & Barbos. *axiom.* 167. *nu.* 6. Quod euidentius patet ex ipsius Decreti sequentibus verbis, nempè, *vt aliàs pluries fuit decisum*: Quandoquidem insinuatæ declarationes solummodo tractant de functionibus Ecclesiasticis; vt videre est apud Barb. qui eas omnes recenset de *Can. & Dign. cap.* 18. *num* 59. & clarum est, quod relatio semper restringitur ad
147 illud, quod in relato duntaxat. Grat. *discept. for. cap.* 501. *num.* 16. Mar: Ant. *var. lib.* 2. *resol:* 59. *cas.* 19. His præmissis; quia in factibus ciuilibus competit præcedentia ei, qui habet maiora merita, glos: *in cap: à multis de ætat. & qual. ord. V. obseruare* Leonell. *de praecedentia quaest.* 6. *art.* 6. Mar. Ant: *l. c. lib. pr. resol.* 81. *num.* 2. & alij passim; non erit dubium in his actibus præcedentiam deberi
148 Vicario foraneo; tum quia ob publicum Officium, quod gerit, in maiori sollicitudine, & administratione versatur, *cap: Per singulos* 2. *q.* 3. *& arg. text. in cap. Cum illis de praeb. in* 6. obseruat Samuell. *l. c. contr.* 2. *num:* 15. Tùm quia duas retinendo qualitates considerabiles ad præcedentiam Vicariatus, & Canonicatus habet ius potentius, cum retineat istud plus, quod præponderat, nempè Vicariatum, Viuian. *super cap. Duobus de rescript.* Menoch. *cons.* 51. *num:* 31. *Vol. pr.*
149 Duo enim vincula sunt fortiora, quàm vnum; Vt in hunc sensum scribit Tiraquell. *de Nob. cap.* 5. *num.* 8. Sic Prælatus Referendarius Canonicus extra functiones, quæ fiunt in Ecclesia, præcedit alios

Canonicos,

Canonicos, etiam antiquiores, vt notat Cantell. *de praeced: q. 1. n. 5.* Et Episcopus retinens Officium in Curia, anteponitur caeteris Episcopis antiquioribus; Cassan. *in Cath. glor. Mund: par. 5: consid 37.* Menoch: *cons. 126. num. 14. par. 2.* Pariter inter Saeculares Comes, & Marchio praefertur simplici Marchioni. Mol: *cons. 167. num. 80.* Dec: *loc. cit. cons. 161.* Vbi asseuerant Militem, & Doctorem anteferri in honoribus Doctoratus tantum gradu honestato. Prout Iuris vtriusq; Doctor antecellit vnica solum facultate decoratum; Roman. *cons. 333:* Ceuall. *quaest: 693. num. 36.* Sylu. *in sum. V. Doctor.* Atque secundum omnes dupliciter qualificatus antefertur alteri simpliciter qualificato: quando vt ait Cohell *l. c. cap 31. nu. 153.* adiuncta qualitas est considerabilis vt in praesenti casu; namque hoc Officium Vicarij foranei est aliquid, & non parum aestimationis: Ita his formalibus verbis scriptum reliquit doctissimus
150 Bordon. in suo Theat: de praeced. *quest. 396. num 535.* eiusque nomen non est inane inter dentes, vt dixerunt quidam despicientes, que consequi nequeunt, ex Ghiac. *de Sind. sub num. 390.* Sed, teste Boss. *de Matrim. tom. 1. cap. 4. §. 26. num. 68.* proprietate sermonis nuncupatur Vicarius foraneus Episcopi glos. *in Clem: & si tit. de rescript.* Vidal. *in oper. mor tit. de Vicar. inq. 1.* Quia in multis gerit vices Episcopalis Dignitatis: quae cum non debeat repraesentari à vili
151 ministro; glos. *in cap. Statutum de rescript.* Castr. Pal. *tom. 1. tr. 3. disp 4. pun. 16. §. 8. nu. 2.* Ad id Vicarij munus eligendam esse ab Episcopo personam non vulgarem statuit D. Carol. *in Conc. Prou. hoc tit. par. 2.* Et dicitur foraneus, quia foris in illa parte Dioecesis proprium Tribunal facit, Vitalin: *in dicta Clem. & si num. 2.* Lazzar. *can. qq. quaest. 6. num. 9.* Vidal: *l. c.* Quamobrem suum retinet Cá-
152 cellarium, qui gaudet fori Ecclesiastici priuilegio, vt probat Ciarl. *contr. for. cap. 86. num. 60. tom. 2.*

De iure antiquo Archipresbyter Ruralis possidebat iurisdictionem ordinariam in determinando minora; referendo grauiora ad Episcopum, glos. *in cap. Vt singuli de off. Archipraesb.* vbi Abb: Alagon. & alij Canonistae, & firmat D. Anton. *in sum. par. 3. tit. 19.*
153 *cap. 7. circa fin.* Ordinaria iurisdictio dicitur illa, quando quis agit virtute illius, Delegata regulariter loquendo dependet à delegante: dum iurisdictio alterius alicui committitur. Vidal: *in append. inq. 50. nu. 114.* Insinuata Archipresbyteris Ruralis Ordinaria iurisdictio modo extincta est, & ipsius loco, testibus Bero. vbi supra *num. 4.* & Barb: *de Can. & Dign: cap: 6. num. 28:* suffectus fuit Vica-
154 rius foraneus, qui in modicis causis, quas innuunt *gl. s. in Clem: & si principalis V. foraneos de rescript. & in cap. pr: de off. ordin. ac in cap*

Romana

Romana eod. tit. Vener. *de exam. lib.4. cap.12. num.5.* reputatur veluti ordinarius; quia huiusce modi causas minores ex proprio officio decidit, & quia Episcopus non potest commorari in omni Territorio suæ Diœcesis, tenetur habere Vicarios foraneos, ne Clerici Diœcesani ob quamlibet leuem causam, Episcopum adeundo, nimium fatigentur laboribus, & expensis, vt habetur in Archiepiscop. Bonon. hoc tit. & fusius docet Guazzin. *in tract. de defe. Anim. lib.2.cap. vlt nu.24. in addit.* In his causis ad suum
155 Auditorium vocat, citat, ac mandata executiua in ciuilibus relaxat, quæ Superioritatem, ac iurisdictionem ipsius super Clerum suæ Vicariæ ostendunt. Ber.Greu. *conf.58. num.2.* Viuian. *in cap. Qualiter de Cler. non resid.* Par etenim non citat parem, sed requirit. vt notat Card. Tusc. *ly.P. con.89. num.16.*

In Criminalibus per se processus informatiuos fabricat. Gauan. *in Man. Episc. V. Vicarius num.3.* Facit præcepta pęnalia pro noui operis nunciatione, vel pro tollēdo aliquo scādalo, & in graui crimine deprehensos detrudi mandat in carcerem: Atque in alijs grauibus contingentibus expedito remedio indigentibus prouidet. Videatur Molf. *l. c. tr.3. cap.10. num.24.* Cum causa inhibet Con-
156 fessario ab Episcopo iam approbato ne audiat Confessiones. Nau. *lib.5. conf.29. de sent. excom.* Say. *in flor. eod. lib. & tit. decis 30.* Vulp. *in Prax. cap.35. num.5.* Ad ipsum spectat piorum locorum computa reuisere. Mosçon. *l. c. tit. de societ. fol.360.* Quod nil aliud importat, quam reliquum soluere. Ricc. *in Prax. par.2. res 2.* Super cibis vetitis attenta Medicea fide, dispensare, ac opera seruilia exercendi in Festis cum causa licentiam dare. Guazzin vbi supra Possen. *de off. Cur cap.12. num.59.* & determinauit Sac. Conc. Cong. relatoribus Gau. *l.c. V. festi dies num.1. in addit.* Moron. vbi supra *resp.8. num.11.* Et ita Sac. Cong. Episc. & Reg. iam scripsit Archiepiscopo Materæ *sub die 12. Nouemb. 1599.* In causa vertente inter Vicarium foraneū, & Parochum. Alia consulto subticeo de iure, & de consuetudine, quæ secundū omnes dāt iurisdictionem Oldrad *conf. 11. & 128.* Ambros. *de imm. cap.14. num.11.* Ac vigore Constitutionum Synodalium eidem Vicario competentia. In nostris mandatur, vt omnes de Clero suę Vicariæ in eius Officio ei obediant. Idem statuit D. Carol. vt refert Brancat. *in Epit. Can. V. Episcopi Vicarius.* Nec ab huiusmodi obedientia Sacerdos Sæcularis eximitur, etiam si esset Offitialis Sac. Inquisitionis, vt tradit Ciarl. *contr. for. par.2. cap.120. per tot.* & cui debetur obedientia ab his debetur præcedentia, vt resoluit Abb. *in singul. V. obedientia.*
157 Ministri Principis Sæcularis de rigore ab alijs sunt honorandi,

vt

vt pluribus rationibus probat Ricciul. *l: c. cap. 16. num. 4.* Multò magis ab Ecclesiasticos suæ Vicariæ in communibus congressibus honorandus est Vicarius foraneus, non solum quia est Officialis Episcopi *ex Clem 2. de rescript* Bero: *in rubr. de pot. Iud. deleg.* Couar. *pract. qq. lib. vnic. cap. 4. num. 8.* Syl. *in sum. V. Vicarius nu. 4.* Grat. *cap. 225. num. 4.* Sed ob insinuatam eius talem qualem iurisdictionē à præfatis eidem debetur memoratus honor præcedentiæ, vt carpitur ex Dec. *cons. 161.* Menoch. *par. 2. cons. 126. num. 17.* Pasqual. *decis. 105.* & concordant omnes, vt inquit idem Doctor in suis *cent. p. pr. q. 79.* Data in ceteris paritate, vt sequitur inter Vicarium foraneum Canonicum, & ceteros Concanonicos de sua Vicaria, horum quippe ratione Vicariatus cum sit superior, erit
158 quoque maior. Prout his præcisis verbis concludit Bordon. *de praced. q. 196. nu: 535.* Secus dicendum de Canonicis Cathedralis, qui vbique præcedunt Vicarios foraneos, & cœteros de Clero Ciuitatis, & Diœcesis. Abb. & Fely. *in cap. Cum non liceat n: 4. de præscript.* Inter Canonicos Cathedralium diuersarum Ciuitatum debetur præcedentia ei, qui Canonicatu potitur in satis nobiliori Ciuitate,
159 veluti Ciuis supremę Ciuitatis pręcedit Ciuem inferioris Ciuitatis. Gomes. *loc. cit.* Leonell. vbi supra *q. 10. ar. 7.* Sperell *dec. 67. num. 20. Vol. 2.*

Et quia omnes Ciuitates, quantumuis eximię reputantur Minores respectu Vrbis Romæ, vt post alios scribit Archid. *in cap. Omnes nu. pr. d. 25.* Non obstante regula supradicta ob honorem Romanę Curię Canonici Collegiatarum Almæ Vrbis in omni Ciuita-
160 te, & loco præcedunt Canonicis quarumcumque Cathedralium aliarum Ciuitatum Zerol. *in Prax: V. Canonia.* Verall. *par. pr. decis. 257.* Et quia inter Ecclesias Vrbis pręstantior est Basilica Lateranēsis vt declarauit Greg. XIII. sua Const. incipien: *Cum sicut. edita Anno 1577.* Hi Canonici præcedunt omnes alios Canonicos Romæ; etiam S. Petri Io: And. *in cap. Licet num. 4. de elect. in 6.* Inter Canonicos autem cuiuslibet Ecclesię tam Cathedralis, quàm
161 Collegiatæ respectiuè præcedit, qui prior fuit in possessione Canonicalis Prębendæ. Innoc. *in d. cap. Statuimus,* Felyn. *ibid. num. 5.* Maran *in Proem. suæ Prax. num. 9.* Quod sequitur etiamsi alter fuerit prior in Data, & prouisione: Grat *decis. 17. num. 6.* Nouar. *QQ. for. par. 2. q. 47. num. vlt.* Farinacc. *par. 2. decis. 410. num. 4.* Et in hac materia vnius horæ prioritas attenditur; immò vnius puncti, vniusque momenti. Abb. *in cap. Dilecto de præb.* Mar. Ant. *var. lib. pr. resol. 48. num. 7.* Ferrett. *cons. 21. num. pr. vel. pr.* Nec habetur ratio, quod aliqui sint Canonici Instituti ad prebendas Pœnitentiariæ,

tiariæ,

tiariæ, vel Theologiæ: Nisi ſtatuto aliud ſit cautum, vt reperitur in Metropolitana Eccleſia Mediolani; teſte Monet. *de com. vlt. cap.8. q.2. num.*152. Sepoſito ſtatuto, attendenda eſt Antianitas. Nauar. *conſ.*1. *&* 5. *num* 8. *de maior. & obed.* Quæ numeranda eſt à die, quo quis admiſſus, vel admittendus erat in poſſeſſionem, & per ipſum non ſtetit, quin admitteretur, ſed per impedimentum iniuſtè illatum à poſteriori Canonico. Gonzal. *l. c.* §.3. *proem. nu.* 38: & Ludouiſ. *deciſ.*341. *num:*1. & ſciendum eſt, punctum, de
162 quo modò diximus, eſſe quartam partem vnius horæ, & momentum decimam partem vnius puncti Io: Andr. in *cap. pr. num.* 7. *de cau. poſſeſ.* Vnde hora continet quatuor puncta, & quadraginta momenta, ut notat Rodof. *q.*35. *num:*6. & Petr. de Anchar. *in cap. Suſcepti, num.*7. *de cauſ. poſſ.* Hic expedienda eſt illa quæſtio: Quid agendum, ſi Canonici in ipsa prima Cathedralis, vel Collegiatæ erectione inſtituantur? cui reſpondi; Primùm nominatos à Papa in
163 Diplomate eius erectionis eſſe præferendos, *ex cap. Si quis iuſto §. verum in fin. vbi gloſ. V. nominatus de elect. in 6.* Abb. *in cap. Cum clim num:*7. *de conſuet. &* *in Clem Si præſenti. num.*4. *de Bapt.* Dec. *conſ.* 16?. *num.*2. Graff. *par.*2. *conſ.*3 *lib. pr. de temp. ordin.* Dan. de Nob: *diſp.*45. *num.* 11. Rot. *par:*6. *diuerſ. deciſ* 322. *num* 5. Nam quod prius eſt in voce, præſumitur, eſſe prius in ſenſu. Abb. & alij ſcribentes *ſuper cap. Quoniam de off. deleg.*

Et videmus Cardinalem prius nominatum præcedere ſubſequentem eadem vice in ſcriptis datos à Papa, dicente, habere iſtos in fratres. Quod non ignorantes Fratres minores, quibus, (vt ſcribit Felyn *in cap. Cum dilecta num.*4. *de reſcript.*) Vrbanus Papa dixit, vt ſibi darent in ſcriptis nomina trium fratrum doctorum, volens vnum ex nominatis creare Cardinalem: illi deſcripſerunt nomina, non recto ordine, ſed in ſcriptura ſpherica, ne poſſet agnoſci, quis eorum eſſet dignior. Idem refert Eueral. *loc. arg. ab ord.* Quod ſi in prima electione nullus fuerit nominatus in Bulla, ſed tantum inſtituti e. g. duodecim Clerici in Canonicos, & vniuerſi extite-
164 rint ſimplices Præsbyteri, arbitrantur Ricc. *in prax. l. c. reſol.*270 *num.*2: Cutill. vbi ſupra *dub:* 10. illis competere prælationes, qui fuerint priores in Sacerdotio. Si verò inter eos adfuerint aliqui Doctores, hi præferuntur alijs Canonicis non Doctoribus. Maſtrill. *p.* 2. *dec.* 130. Farinac. *l c. deciſ.*144. *num.* 2.

In Eccleſijs Cathedralibus iam erectis, quibus præbendæ in tres
165 gradus ſunt diſtinctæ: nempè Præsbyterales, Diaconales, & Subdiaconales, prouiſus de Præsbyterali, licet nouiter in Canonicorum numero ſit receptus, præcedit omnes, & ſingulos Canonicos

ad Diaconalem, vel Subdiaconalem Prębendam iam admissos.
166 glos. *in cap. fin. V. antiquiores de consuet.* Verall: *decis.* 357. *num:* 2. *lib.* 3. Seraphin: *decis.* 437. *num:* 3. Similiter Diaconalem Præbendam nuper obtinens, antecellit Canonicum, qui Subdiaconalem Præbendam iam diù obtinuit. Innoc. & alij *super dicto cap. Statuimus*; Atque iuxta alia resoluta instante Illustrissimo, & Reuerendissimo D Episcopo nostro S.R.C. in vna Sarzanen. 24. *Ian.* 1640. ità obseruari mandauit, non obstante contraria consuetudine; quæ potius erat abusus. ad tradita per Mart. *Digest. tom:6. tit. Canonicus cap:* 38. In illis Ecclesijs, vbi omnes præbendæ sunt Sacerdotales, præcedunt Canonici inter se iuxta suam receptionem, dummodò sint actu Sacerdotes: vt notat Barbos. *de Canonicis cap.* 18. *nu* 9. Etenim si in eadem Ecclesia fuerit receptus in Canonicū aliquis Clericus nondum Sacerdotio insignitus, & paucis interiectis diebus installatus fuerit alter actu Sacerdos; Iste secundariò
167 receptus antefertur dicto Canonico non Sacerdoti, cui tamen ad Prasbyteratum promoto, recedenda est pręcedentia ab illo, qui post ipsum in possessione Canonicatus immissus fuit. Ita declarauit S.R.C. teste Sellio penes Barbos. *collect.* 91. & 228. *num:* 5. & *ex dicto cap. Statuimus*, notat Vener. *in exam. Epist: lib* 4. *cap,* 15 *n.* 11. Ratio est, quia tunc est æqualis cum collega, eoque maior ob tempus receptionis. Sic in quibusdam Ecclesijs Regularibus Sacerdotes præcedunt alios fratres, nondum Sacerdotio initiatos, qui postea Sacerdotes effecti illis anteponuntur professione iunioribus. Ita refert Monet. *de option. cap.* 7. *q.* 3. *num:* 38.

In Ecclesijs Collegiatis Sęcularibus, quibus Prębendæ trifariā, vt supra, distinguuntur, uel omnes singulæ sunt Sacerdotales, idem seruandum circa præcedentiam, quod de Cathedralibus mox diximus, vt docet Vener. vbi supra *cap.* 21. *num.* 12.

In illis autem Collegiatis, vbi Prębendæ non sunt distinctæ in diuersis ordinibus, sed omnes, & singulę sunt Clericales, & sine disparitate conferuntur cuilibet minorum Clerico, cui statim instituto incumbunt omnia munia, quę ad alios Canonicos spectant per se, vel alium Cōcanonicū, vt innuit Bertach *l. c. V. Canonicus*, & sequitur hic apud nos, dubitatum fuit. Num Sacerdos nouiter in
168 Canonicum receptus, sit præferendus alijs in inferioribus ordinibus constitutis, qui iamdudum ibidem Canonicatu potiebantur? Casus fuit in praxi, & quamplures afferebant, Præsbyterum, in Canonicorum numerum nuper redactum, esse anteponendum duobus Canonicis Diaconis iam in possessione Canonicatus existentibus.

Primò e *cap: statuimus de maior: & obed.* cuius specifica verba sunt, *Statuimus, vt Præsbyteri primum locum, Diaconi secundum, Subdiaconi tertium habeant, & sic de reliquis obseruetur ordinatim, etiāsi posterius admittantur.*

Secundo, ex S R C. Decreto in vna Vrbis emanato die 30. Augusti 1632. tenoris, ut infra, *Canonici Collegiatæ antiquiores tempore, licet non sint ordine Præsbyteri Præferendi sunt Præsbyteris, vbi viget talis consuetudo.* Qua apud nos non existente præscripta, deducebant, dictos Diaconos postponendos esse præfato Præsbytero. His non obstātibus scribere non dubitaui, ad fauorem Diaconorū, & Clericorum Minorum Ordinum priùs in possessione Canonicatus existentium, motus infrascriptis rationibus.

169 Primò, quia huius Ecclesię Prębendæ, non sunt distinctæ, nullumq. Sacrum requirunt ordinem, prout de Iure procedere in Collegiatis, tradunt Ant. de Butr: *super cap 2. de iust. Abb: ibidem* Sperell. *decis. 76. num. 181.* Grat: *discept. for: cap: 482. num. 4.* Itaque potest quis esse Canonicus, quin Sacerdos: & diuisio in non Sacerdotem, non est generis in species, sed subiecti in accidentia, quæ non attenduntur, *l. qui habet ff de tutel.* Tamb. *de iur. Abb. disp. 25. q. 1. num: 217.* Ratio est, quia illa qualitas Sacerdotij non est connexa essentialiter Canonico Collegiatæ, nec ordinata ad ministerium Canonicale, nec ad actum præcedentiæ, de quo agitur, siquidem iste non eligitur vt Sacerdos, sed vt Clericus, ut obseruant Abb. *in cap. Postulastis de conceß. preb. num. 8.* Moron. *l. c. resp. 5.* Verricell. vbi supra *q. 23. num. 15.* & fauet Rot. *in vna Albiganen. 20. Iunij 1653.*

Secundo, Præeminentia in Choro est fructus Prabendę, & datur ob seruitia præstitā Ecclesiæ secundum anterioritatem in possessione inter habentes ordinem, quem requirit sua Prebenda. *glos. in cap. Vlt. V. antiquiores de consuetudine in 6.* Et sedes in qua capta

170 fuit possessio, dicitur propria ipsius Canonici Roman. *cons. 481.* Caualli *decis. 198. nu. pr.* qua Canonicus absque culpa non est spoliandus: Nam in Ecclesia Dei quis prouehitur de minori ad maius in honore. glos. *in cap: Legimus 93. dist.* Vitall. *in Clem. quodsi num. 10. de elect.* & ascendere reputatur honor, descendere dedecus. Altograd. *l. c. num: 8.* Quę confirmantur argumento *cap. Licet, & cap. Quanto de transl. Præl.* & traditis per Abb. *in cap. Ad hæc de Relig. domib.*

Et pro huius doctrinæ corroboratione addidi in Bulla huius Collegiatæ concedi, Canonicos in antelationibus vti posse consuetudinibus aliarum Italiæ Collegiatarum, & notorium est, Romæ, Floren-

Florentiæ, Lucæ, alijſque Ciuitatibus, in quarum Collegiatis Prębendæ non ſunt diſtinctæ, Canonicos primò receptos, licet minoribus tantum initiatos, præcedere in Choro, & Proceſſionibus alios Canonicos poſtea receptos, & ſi in Sacerdotio conſtitutos.

Ad ea, quæ ex aduerſo fuerunt allata, reſpondi, allegatum *cap. Statuimus*, & ſuper eos ſcribentes, non loqui de Collegiatis, vbi Præbendæ non ſunt diſtinctæ, nullumque Sacrum requirunt ordinem, ſed de illis Eccleſijs, vbi adſunt, tres gradus Sacrorum Ordinum diſtincti; vt poſt alios innuit Verricell. *QQ. mor. tract. 8. q. 23. num. 14.*

Ad ſecundum, nempè S. C. Decretum dupliciter reſpondeo;
171 Primò, propriè non eſſe legem; vt cum alijs tenet Bonac. *de leg. diſp. pr. q. p: pun. 8. num. 4.* Et ex verbis legis tantùm ſumitur argumentum à contrario ſenſu. Bero. *in cap. pr. de conſt. num. 27.* Rota *par. 7. diuerſ. dec. 600. n. 32.* Secundò, quia in materia de præcedentia conſuetudo eſt valdè potens, ac magis ęſtimatur, & attenditur,
172 quàm ipſa lex. Felyn. *in d. cap. Statuimus*, Bald. *in cap. Olim, num. 1. de conſuet.* & conſtat ex cœrem. *lib. pr. cap. 23.* Ibi *pro conſuetudine Eccleſiarum*. Ea propter ſæpiùs S. C. in reſponſis ad porrectas præces potiùs conſuetudinem, quàm Ius pręponderare ſolet. Videmus inter cœtera quoddam Capitulum Collegiatæ Diœceſis apud Barboſ. *collect. 21. num. 8.* Supplicaſſe S. Congregationem ad declarãdum, Canonicos poſſe facere Capitulum abſque licentia Vicarij foranei, & S. Congregatio, & ſi id eſſet de Iure reſpondit *Conſuetudo, vt Canonici valeant facere Capitulum abſque licentia Vicarij foranei, ſeruanda eſt*, ſic in caſu noſtro.

His rationibus in Iudicio adductis ſententiã fauorabilẽ pro primo receptis in Canonicos, licet Minoribus Ordinibus, tantum initiatis ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Epiſcopo Sarzanæ reportaui, & fuit in more poſitum. Puto tamen, quod in actibus Ciuilibus anteceſſio debeatur præfato Presbytero, cum illis Diaconis; de quibus diximus, quia ille eſt Diaconus, & Sacerdos, poteſtque vna, eadem perſona cenſeri duplicis Iuris ob diuerſos reſpectus, quoniam, vt dictum eſt: Habens plures qualitates anteponitur in communibus congreſſibus, vnam tantum retinenti. Ita Dec. Felyn. & alij apud Cancellor. *l. c. q. pr. num. 5.* Quod ſemper intellige, de qualitate conſiderabili ad præcedentiam; aliàs etiam in actibus ciuilibus habens plures gradus, quorum nullus de per ſe ſufficit ad pręcedentię prętenſionem, non pręcellit virtute omnium. Menoch. *l. c. conſ. 187.* Lotther. *de re ben. l. 2. q. 32. num. 15.* & probat

Roman. *conf.* 332. Vt si quis esset Comes, & Marchio, non præfertur Duci, quoniam Dignitas Ducatus absorbet illas Comitatus, & Marchionatus.

Sic Plebanus, & Cappellanus non præfertur in honoribus simplici Canonico ex Felyn. *in rubr de maior, & obed. num.* 2. Cassan. *l.c. par.* 10. *conf.* 32. Quando verò Ecclesiastici sunt pares in Sacris Ordinibus, nec non in alijs qualitatibus considerabilibus; tunc
173 præcedentia in actibus ciuilibus regulatur ab ea, quæ inter ipsos seruatur in Choro, & Processionibus, ne contingat eãdem personã in vno casu honorari, & in alio despici, ex sententia Rot. *par:6.recent. decis.* 252. *num.* 23.

Coadiutores Dignitatum tàm Cathedralis, quàm Collegiatæ,
174 præcedunt, respectiuè Canonicis antiquioribus. Viuian. *de Iur. Patr: p.2. lib.5. cap.pr. num.*84. Garc. *de ben. par.* 4. *cap.* 5. *num.*65. Idem dicendum de Dignitatibus honorarijs, quæ anteponuntur
175 omnibus alijs simplicibus Canonicis, etiam antiquioribus Massobr. *in Prax. hab. conc. prælud.* 21. *dub.pr: num.* 16. Vbi dicit solitum esse in Cathedrali Bituricen. Dignitatem Archipresbyteratus committi alicui ex Rectoribus Parocchialium Ecclesiarum, qui proinde præcedit aliis Canonicis eiusdem Cathedralis viuête Episcopo, à quo solet deputari, glos. *in extrau. execrabilis de præb.* Quoniam verò talis Dignitas non est Beneficium formale. Ciarl. *par.* 2. *cap.* 127. *num.* 56. postponitur habenti re ipsa Dignitatem ex Lother. *de re ben. lib.* 2. *q.* 25 Coadiutores Canonicorum cedunt locum Canonicis numerarijs eiusdem Ordinis, quantumuis nouiter receptis. Gonzal. *super reg.*8. *Cancell: glos.* 5. §. 9. *num.*98.
176 Intellige in Choro, & Processionibus, nam in communibus congressibus Coadiutor Præsbyteri non præcedit Canonicum proprietarium Diaconalis, vel Subdiaconalis Præbendę, siquidem ille non est verus Canonicus, vt decisum refert Nald. *in sum: V. Canonicus num.*5. Ficto autem verum præfertur. Gemin. *conf.* 138. *n.* 12 Coadiutor repræsentat tantum suum Coadiutum in Choro, & ad hunc finèm datur. Leonell. *l.c.q.* 12. *art.* 3. Nec facit in eius Bulla legi, quod debeat frui præeminentijs, quibus suus Coadiutus; Id enim interprætatur in functionibus Ecclesiæ, non autem in actibus ciuilibus cum veris Canonicis. Castr. Pal. *p.* 1. *de ben. tract.* 13. *disp.* 10. *pun.* 10. *num.* 29. Penia *decis.* 243. *num.* 2. *par. pr.* Ex quibus
177 cogitandum relinquo resolutionem quæstionis, quam in facto ponit Homob. in suis *Consult. par.* 3. *resp.* 10. circa præcedentiam in communibus congressibus inter Coadiutorem Canonici Cathedralis, & Canonicum Ordinarium insignis Ecclesiæ Collegiatæ.

Canonici

Canonici supranumerarij, qui olim ab Episcopo, modo solum
178 à Papa creantur ex Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 19. Postquam fuerint installati in Choro, & loco Capituli, dicuntur de eius corpore, & gaudent distributionibus, prout alij Canonici Ordinatij. Fran. Mar. *decis.* 16. *p. pr.* Grat. *discept. for. cap.* 482. *num.* 11. Et quamuis hi cedere debeant honorabiliorem locum Canonicis numerarijs eiusdem Ordinis. Rip. *cons.* 11. *nu.* 5. *vol. pr.* Rot. *decis.* 655. *nu. pr. par.* 4. *diuers.* Reor his competere præcedentiam super Coadiutores, quia supranumerarij verè, & propriè sunt Canonici. Gomes. *l. c. de for. expect. num.* 8. Azor. *p.* 2. *mor. lib.* 3. *cap.* 11. *q.* 5. & Paul. de Castr. *cons.* 365. *num. vlt. vol. pr.* vbi subdit, Dignitatem conferendam Canonico posse conferri Canonico expectatiuo, qui &
179 potest esse delegatus Apostolicus iuxta cap. Statutum *de rescript. in* 6. Marc. *decis.* 1121. *num. vlt. p. pr.* & Iudex Synodalis, Ità *S. C. C. ad sess.* 25. *cap.* 12. *de refor.* quod de Coadiutoribus negat Garzia *l. c. p.* 4 *cap.* 5. *nu.* 131. *in add.* Nec refragatur, supranumerarios carere Præbenda, cum illam habeant in potentia, veluti, & Canonicus Ordinarius priuatus ob delictum omnibus fructibus suæ Præbendæ, adhuc retinet honores, & prærogatiuas Canonicales; Vener. *l. c. lib.* 9. *cap. pr. num.* 42.

Nonnulli sunt Canonici, qui Præbendas non habent in ipsa Collegiata, sed in alia Ecclesia, ex gratia Sum. Pont. & sunt Canonici veri, vt docet Pyrr. *in Prax. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 38. Supranumerarij, & Coadiutores Ordinariorum anteponuntur in præcedentijs Cano-
180 nicis honorarijs tantum. Rip. *l. c. nu.* 27. Ratio est, quia hi vocem in Capitulo non habent, neque distributiones, nec spem, aut expectationem præbendæ, & creantur ab Episcopo ad honorem Ecclesiarum. Archid. *in cap. Gratia nu. vlt. de rescript.* Io: Quint. *in cap. De multa nu.* 10. *de preb.* Hi tamen præferuntur Parochis, & Plebanis, vt colligitur ex Cassan. *p.* 6. *consid.* 5.

Parochus, & Plebanus idem sunt; Tamen Parochus dici solet,
181 qui Curam Animarum gerit in Ciuitate; Plebanus, qui extra eamdem Curam administrat. *cap. pr. de Cappell. Monarch.* Molf. *in sum. tract.* 6. *tit. de Benef. cap.* 51. *nu.* 74. Parochi, Archipræsbyteri ru-
182 rales Plebani, quinisi nomine non differunt, præcedunt Parochialium Rectores; Feder. de Sen. *l. c. cons.* 49. Boer. vbi supra *nu.* 16. Raguz. *de Episc. q.* 7. *num.* 117. Dan. de Nob. *disp.* 44. *nu.* 36. Rectores præcellunt Vicarios perpetuos, Barb. *in tract. var appell.* 65. *nu. vlt.* Inter memoratos Plebanos, Rectores, ac Vicarios perpetuos debetur respectiuè Prælatio iuxta maioritatem, & antiquitatem Locorum Parochialis; Antonell. *de regim. lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 24. Gauan.

uan. *in man. V. præced. nu.28. in addit.* & censuit S. C. penes, Barbos. *collect.236. & 592. nu.8.* Iisdem autem paribus circa maioritatem Ecclesiæ attenditur Antianitas temporis acquisitæ possessionis. Ita docet Bordon: *de præced. nu.23.* Ante dicti Vicarij perpetui præce-
183 dunt Beneficiatos, & hi Cappellanos. Nal. *in sum. V. Vicarius num. 10.* Rot. *p.4 dec.553. nu.2.* Cappellani de Mensa Capituli præferuntur alijs Cappellanis eiusdem Ecclesiæ, ob maius seruitium, quod illi præstant Ecclesiæ; Vndè priuilegia elargita Cappellanis intelliguntur concessa dumtaxat illis de Mensa, Merlin *decis.158.* Cappellani Cappellaniarum, quæ fuerunt fundatæ auctoritate Papæ, aut Episcopi præcedunt Cappellanos Mercennarios deputatos
184 ad seruitium Curæ, & cœteros simplices Presbyteros. Farinacc. *dec.553. nu. ult. tom.2. in posth:* & clariùs Moron. *l.c. resp.5. num.5.* Molf. vbi supra *cap.2. num.25.* Simplices Præsbyteri, vbique præferuntur Diaconis, & inter ipsos Sacerdotes Beneficijs carentes
185 præcedit, qui Sacerdotio est antiquior, nulla habita ratione ad Doctoratus gradum, quo quis eorum esset decoratus. Ita pluries declarauit S. R. Congreg. Idque prius docuerunt Abb. *antiq. in cap. Cum certum de maior. & obed. in addit.* Imol. *ibidem*, & Graff. *lib.3. decis. cap.5. num.138.* Intellige, nisi eadem die fuerint ordinati, quia tunc competit antecessio Sacerdoti Doctori. Vulp. *l.c. cap.34. n.25.*
186 Diaconus antefertur Subdiacono, & is præfertur simplicibus Minorum Clericis, inter quos antefertur, qui maiori Ordine ex quatuor Minoribus fuerit ordinatus, Gamb. *decis. pr. nu.48.* Lara *de Cappellan. cap.3.* & in Ordinum paritate, qui prius fuerit ad Ordines promotus: Host. *in sum. lib.2. de Off. Cust. num.1.* Natta *cons.637. nu.2. vol.3.* Nec placet, quod dicunt aliqui, in tali euentu attendi ipsorum scientiam, & Nobilitatē; licet enim hæ sint qualitates, quæ
187 in aliquibus casibus possent in medium afferri in actibus ciuilibus tamen non sunt allegandæ circa præcedentiam in Choro, & Processionibus Ecclesiasticis, vbi tantum adducitur ætas longæua, cui
188 quiuis sine liuore, ac rubore locum cedit; quoniam huiusmodi præcedentia ob senectutem aliundè procedit, quàm à meritis; vt benè obseruant Bordon *de præced. nu.420.* cum alijs.

Priores in Sacerdotio præcedunt, vt diximus, alios simplices Præsbyteros; sed aduertendum, quod huiusmodi regula temporis eis non suffragatur cum Cathedralis, vel Collegialis Ecclesiæ Ca-
189 nonicis, quibus illi vbique postponuntur, quantumuis sint æuo maiores, Bart. *in l.1. & 2. ff. de alb. ser.* Maran. *in Prax. num.9. in proem.* Feder. de Sen. *cons.73. nu.2.* Lotther. *de reben. lib.3. q.3. n.16.* Ratio est, quia simplices Presbyteri sunt inferioris classis, & Ordi-

nis,

nis. Sot. *de Ius, & Iur. lib. 10. ar. 4*: Et nullatenus possunt dici æquales Canonici, qui sunt personę graduatæ, vt aduertunt Farinac. *par. pr. decis. 416. & 476. nu. 5.* Buratt. *dec. 488. num. pr.* Mar. *l. c. cap. 52, tit. Canonicus*. Nec obstat illa vulgata regula. Qui prior est tempore, potior est in Iure; nam ordini temporis præfertur ordo qualitatis. Cassan. *l. c. p. 4. consid 43.* Et dicta regula seruatur inter pares, non inter inęquales: vt docet Dan. de Nob. *disp. 44. nu. 51. & disp. 75. num. 61.* Et quia Canonici, vt diximus, sunt distincti à Cappellanis, & cœteris Clericis ob eorum gradū in materia odio-
190 sa non veniunt sub voce Clericorum. Albert. Trot. *de perf. Cler. cap. 7. nu. 2.* Mar. *var. lib. pr. resol. 112. cas. 3.* Marc. *decis. 1622. nu. 1. p. 1.* Doayz. *V. Clericis num. 3.* Filliuc. *lib. 3. tract. 41. cap. 6 nu. 18.* Prout sub dicto nomine veniunt Plebani, & Cappellani. *Clem. 1. de priuil.* Nouarr. *qq. for. par. 1. q. 16. nu. 8.* Nec facit, nomen Clericus, vti generale comprehendere omnes species, *cap. Clericos de off. Vic. in cap. 2. de præb.* Etenim vbicunque species habet aliquam qualitatem, plusquam genus, tunc in ijs, quæ odium respiciunt, appellatione generis non venit species; *cap. Licet de elect. in 6.* Tiraquell. *de priuil. piæ caus. in addit. ad priu. 16.* & Azor. *par. 2. lib. 3. cap. 11. num. 5.*

Itaque Canonicus, licet sit Clericus, cum nemo possit canonicari, nisi prius sit Clericali militiæ adscriptus. Abb. *in cap. 2. de instit.* Tamen Canonia, vltra Clericatum, addit gradum, & qualitatem considerabilem, ac reponit in digniori specie. Colleg. Padu. *cons. 2. nu. 2.* Scacc. *de commerc. §. 7. glos num. 139.* Et communiter nuncupari debet Canonicus; quia quo tempore duæ qualitates coniunguntur in vnum, conditio personæ arctat verbum generale;
191 & denominatio semper desumitur à maiori, & digniori parte. Io: Andr. *in cap Cum nu. vlt.* Curte *in tract. de nobil. num. 26.* Decian. *cons. 84. num. 15. vol. 5.* Bald: *cons. 305. num. 2. lib. 3.* Menoch. *p. pr. cons. 10. num. 1.*

Dixi, in materia restringibili nomine Clericorum non comprehendi Canonicos, secus in fauorabili, vt ex *cap. Per exemptionem de priuil. in 6.* docet Io: à Capistr. *in cap. Siquisquam num. 8. de cohab. Cler.* Quemadmodum Abbas non in odiosis, sed in fauorabilibus
192 venit appellatione Canonicorum. Mirand. *in man. l. c. q. 10. art. 6.* Tamb. *de Iur. Abbatum tom. 1. disp. 1. q. 7.* & Purpur. *cons. 576. n. 8. par. 2.* Ratio est, quia Dignitatis augumentū nō debet aliquid auferre, sed afferre vt inquiūt Ant. de Butr. *in cap. Per tuas, n.* .. *de maior. & obed.* Grass: *de effect. Cler. in prœl. num. 1262.* Quapropter Eccle-
193 sia Parocchialis elata in Collegiatam non ammittit Iura, ipsi Parocchiæ

rochiæ concessa. Oldrad: *conf.* 167. Rip. *in cap. Proposita de elect. num.* 21.

Præfata Canonicorum antelatio ipsis, vt supra, competit, non solum Capitulariter congregatis, sed & singulatiter de per se. Si
194 enim Canonicorum ordo est maior, & dignior Plebanorum, & Cappellanorũ cętu, vt ad saturitatem scripsimus, & non obscurè docent. Penott. *l.c. lib.* 2: *cap.* 71. & Sperell. *decis.* 177. *num.* 11. *par.* 2. sequitur, quemlibet Canonicum de per se anteferendum esse singulis Curatis, & Cappellanis, pars enim est eiusdem naturæ, &
195 qualitatis, cuius est totum, Lara. *de Cappellan. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 9. Ludou. *decis.* 335. Et in diuiduis eadem ratio, & idem Ius, quod est in toto, quoad totum, est in parte, quoad partem: vulgata *l. quę tota ff de rei vindic.* *cap: ex ore de priuil.* & *cap. Pastorale, de off. deleg. Archid. in cap. Episcopus dist.* 18. Quadrat S.C. Decretum in vna Biturgin. 12. *Iul.* 1628. resoluens, locum digniorem deberi Canonicis non Doctoribus in congregationibus, quę fiunt pro examine Ordinandorum; quòd Decretum clarè loquitur de Canonicis, vt singulis. Et quod Canonicus Cathedralis, aut Collegiatæ de per se præcedat Plebanum, & eò magis Cappellanum, vel simplicem Præsbyterum in indiuiduo asseuerant; Manriq *l.c. q.* 31. *nu.* 6. Bordon. vbi supra *q.* 81. *nu.* 225. & Ricc. in Prax. *par.* 1. *resol.* 631. *n.* 4. Ratio deducitur, ex eo, quod triplex datur gradus Clericorum. Primus antecellit Secundo, Secundus Tertio: Primum gradum constituunt Canonici Cathedralium, Innoc. *in cap. Fraternitatem.*
196 *de sepult.* & *in cap. Sedes de rescript.* Selu. *loc. cit. quæst.* 3. *num.* 5. Secundũ gradum faciunt Collegiatarum Insignium Canonici, Præpos. *in cap: Episcopus* 17. *dist.* Graff. in addit. *ad* 3 *p. decis lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 4. Io: Mont. *de auct. Conc. S.* 1. *nom:* 8. Bott. *de Synod. par.* 2. *num:* 30. cum alijs. Tertij, & infimi gradus sunt Curati, Cappellani, & cœteri inferiores de Clero. Ità cum alijs notat Morbiol. de *Capit. nu.* 9. & 10. Qui omnes, & singuli huius tertij gradus locum honorabiliorem, vti minores cedere debent Canonicis, & horum cuilibet, non solùm in amictu chorali, sed, & in habitu communi;
197 Namque in personis notis non attenditur habitus. Leo in Thesau: *lib. pr. cap.* 9. *num.* 6. Ratio rationis est; Quia habitus, & cu-
198 culla non facimit Monacum, sed ostendunt; glos. *in cap. Porrectum de regular. V. habitus.* Abb. & Host: ibidem *num:* 4. & Ripa *de constit. resp.* 5. *num:* 33.

Neque his contrariatur, dictum esse superius, Prothonotarijs Titularibus non competere pręcedentiam ratione Prothonotariatus, nisi quando sunt induti habitu Prælatitio; sumus enim in

diuerso

diuerso casu; Siquidem talis habitus his fuit concessus, solummodo ad honorem absque vllo Officij exercitio, & propterea non iudicantur, neque nuncupantur communiter Prothonotarij, nisi in habitu Prælatitio. At Canonici instituuntur, ad elaborandum in vinea Domini Vespere, mane, & meridie, vt inquit Innoc. *in cap. Dilectus de preb. num. 2.* Et sic ab omnibus agnoscuntur pro Canonicis, talesque cum effectu sunt, & semper reputantur, ac vocantur, tàm in habitu Chorali, quam vulgari: Nec vrget, ipsos non esse in suo Ministerio; nam, & Doctor Laicus antefertur Capitaneo, non solum in actibus Doctoris, sedet in differentibus. Abb. *in cap. Quantum. num. 2. de Mag.* Sic Deffinitor, & Lector tales appellantur, tametsi ille continuò in diffinitorio non existat, & iste non semper legat, & negotiator nominatur Mercator, quamuis actualiter Mercaturam tunc non exerceat: ex *glos. in cap: Statuimus. de elect. in 6.*

Euidentior adhuc fit nostra assertio, quia de consuetudine sic seruatur in finitimis Ciuitatibus, & locis, quod litteris commendarunt quamplures Doctores, à quibus in hoc non dissentit Gratian. *discept: for. cap. 298. num. 8. & 99.* Quæ consuetudo, cum sit
199 notoria, non indiget probatione. *cap. Euidentia de probat. glos. in cap. Ad nostram de Iureiur.* Et quando non est contra Ius, extenditur de loco ad locum. Mouet. *de distr. p. 3. q. 8. num. 3.* Alagon *super dicto cap. Statuimus*, Buratt. *decis. 550. nu. 17.* Quod procedit etiamsi aliqualiter Iuri communi repugnaret Dan. de Nob. *disp. 75. num. 3.* Boer. *decis. 269. num. 9:* & alij apud Altogr. *Loc. cit. nu. 59.* In congressibus ciuilibus quoad acquirendam præcedentiam, non sunt habendi in congregatione aliqui congressus in fauorem quorundam Presbyterorum ab aliquibus Canonicis per viam permissi, aut facti ob amicitiam, vel alterius interesse, aut causa Vrbanitatis, siquidem ex his, quantocumque tempore effectis, nullum affertur præiudicium Iuri publico, aut priuato aliorum Canonicorum, qui diuerso modo ambulauerunt. Ità docent Samuel. *l. c. tract. pr. q. 5. contr. 1. num. 26.* Moron. vbi supra *par. 1. p. pr. resp. 5. num. ult.* & Bordon. *de praeced. num. 381. & 582.* Atque ob dictorum actuum varietatem
200 nulla ab ijsdem Præsbyteris, & Cappellanis prætendi potest quasi possessio sic procedendi. Post. *decis. 591. num. 14.* Vrsell. *d. c. concl. pr. num. 20.* Roland. *cons. 13. num. 2. lib. 4.* Castaing: *de priu. Reg. tr. 8. cap. pr. prop. 11.* Rot. *par. 2. diuers. decis. 72. num. 2.* Ratio est, quia fiunt nullo Iure cogente, sed sola voluntate deferentis, aut permittentis.

Quinimò in functionibus Ecclesiasticis, si iam ab omnibus Ca-

 noni cis

nonicis concessa fuisset præcedentia Cappellanis, & Rectoribus
Parocchialium, possent Moderni Canonici recuperare Ius suum,
quod assignat honorabiliorem locum Canonicis, vti maioribus
201 non attenta consuetudine in contrarium introducta; quia caret ra-
tione, & non potest induci, nisi ex quadam ambitione. Ricc. *par:
4. collect.* 169. cui doctrinæ fauent Moron. *l.c resp:6.num.* 28. Bero.
cons. 22. *num.* 38. *vol.* 1. Ratio rationis videtur esse, quia tali con-
suetudine peruerteretur ordo Ecclesiasticæ Hierarchiæ, quam Ca-
nonici de per se faciunt, vt notant Moscon. *de Maest. mil. Eccl. lib.
1. tit. de Collegiatis cap.* 16. & consuetudo attenditur; vbi non datur
diuersitas in Ordine Hierarchico.

Nec obstaret, Canonicum non esse in Sacris, quia adhuc est
verè Canonicus, vt notat Farinac. *par. pr. decis.* 27. *num.* 4. *in poslb.*
Et præcedentia datur non ratione Ordinis Sacri, sed gradus Cano-
nicatus, & superioris Ordinis Hierarchici, vt dictum est, & faciunt
tradita per D. Bern. *l.c. cap.* 6. & Rodriq. *qq. reg. tom.* 3. *q.* 37. *art:* 2.
Vnde vltimus Canonicus Cathedralis antefertur antiquiori Cano-
nico Sacerdoti Collegiatæ, huiusque minimus præponitur supra-
dictis Cappellanis, & Curatis, quia sunt inferioris ordinis: Veluti
Archangelus infimus est nobilior Supremo Angelo, prout in hunc
sensum obseruat Sperell. *decis* 167. *nu.* 19. *tom.* 2. Nec officit quod-
dam responsum Theodosij Rubei penes Grat. *discept. for. c.* 298.
Vbi per decreta Sacræ Cõgregationis decisum refert; Canonicos
Collegiatę debere in Processione funebri locum cedere Curato de-
ferenti Stolam, & in corroborationem adducit *Rituale Rom. Pauli
V. tit. de exeq.* vbi disponitur in dicta Processione præcedentiam
deberi Parocho super alios Sacerdotes, quibus satis respondet Bar-
bos. *de Canonicis, & Dig. cap.* 14. *num.* 68. Affirmans, Sacram Con-
gregationem non dare præcedentiam super Canonicos Parocho
extra Ecclesiam in Processione funebri, sed tantum dum exercet
proprium munus in sua Ecclesia Parochiali: & certè in Processio-
ne prædicta non fungitur suo proprio officio, sed comitatur defun-
ctum, vnà cum aliis Ecclesiasticis: Ita Barbos. *l. c. & latius de off.
& pot Paroch. cap.* 9. *num:* 11. Et hoc procedit, licet Parochus de-
202 ferat Stolam; quæ non dat maioritatem, cum sit tantum signum
Sacerdotale. Antonell. *l.c. lib:* 3. *cap.* 18. *num.* 21.

Ad particulam verò Ritualis respondet Dan. de Nob. *disp.* 75.
num. 71. & Pasqual. *qq. nior. cont.* 1. *q.* 74. *nu.* 12. Intelligi, quando
Parochus defuncti incedit cum cæteris Plebanis, Rectoribus, aut
aliis eiusdem ordinis; non quando capitulariter interueniunt Ca-
nonici. Horum maior Dignitas, & prærogatiua amplius apparet

203 ex modo conuocandi ad Processiones: Nam Curati, & Cappellani Campana parua conuocantur, Canonici Magna. Quæ sicut Dignior est, vt ostendit Barbos. *in cap. Patentibus num. 5. de priuil.* Ita arguit, digniorem esse, quem conuocat Rot. *in Vna Albiganen. 20. Iun. 1653. coram D. Bichio.* Et est notandum; Quod si corpus defuncti fuerit illatum in Ecclesiam Collegiatam, in qua non exercetur Cura Animarum, licet Parochus Mortui habeat intentionẽ fundatam super funeralibus, ut probat Samuel. *l. c. num. 40.* Ad Canonicos tamen eiusdem simplicis Collegiatæ spectat Ius faciẽdi Officium in eadem Ecclesia super Defunctum tumulandum:

204 Hoc est Orationes recitando, Cadauer Aqua Benedicta aspergẽdo, atque ex persona defuncti Thure Deum adorando. Rot. *par. 7. siue in resid: ad par. 5. diuers. dec. 502. num. 24.* Quod cò magis procedit, si officium fiat super Canonicum defunctum, pro quo dicendum est Officium Mortuorum cum tribus Nocturnis, pro Cappel-

205 lano autem cum uno Nocturno. Ità decreuit S. Congregatio penes Barbos. *in sum. Apost. dec. collect. 805. V. Diuinum Officium. nu. vlt.* Et ita iam pridem fuerat Decretum à Capitulo Insignis Collegiatæ Pisciæ, in quò etiam ostenditur Canonicorum prærogatiua.

In Ecclesia verò Parocchiali, licet Collegiata, vel Oratorijs sitis intra Parochiam, ad ipsum Parochum spectat Officium peragere, non ad Cappellanum Oratorij, vel Canonicos ad Funus Conuocatos. Ricc. *in Prax. par. 4. resol. 920. num. 31.* & declarauit S. Congregatio apud Rot. *loc. prox. cit.* Et dum Parochus peragit præfa-

206 tum Officium habere debet præcedentiam super Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ: Ita censuit S. Congregatio *ad Con. Trid. sess. 25. cap. 13.* Et latè probat Samuel. *de Sepult. tract. 1. contr. 2. concl. 2.*

Quæ præcedentia in his, & aliis functionibus Parocho competit non ratione loci, ut putarunt aliqui, sed tantum ratione proprij ministerij, quod in sua Ecclesia exercet. Ita Aluar. ubi supra *lib. 2. V. Parochus* Antonell. *l. c. lib. 3. cap. 18. num. 22.* Put. *lib. 3. dec. 105.* Et in hunc sensum accipitur, quod à Rot. Rom. in vna Caleguritana præeminentiarum 20. *Nouemb. 1592.* decisum refert Zipeus *l. cit. tit. de maior. & obed. num. 8.* videlicet Rectorem in sua Ecclesia non simpliciter, nec in omnibus partibus præcedere Decanum, & Capitulum Collegiatæ, sed quando ille est in actu proprij Ministerij exercendo sua Iurisdictionalia. Pasqual. vbi supra *nu. 4. in fin.* Peyrin. *tom. 2. in addit. ad Const. Pauli V. cap. 10. num. 1.* Et propterea Canonici Collegiatæ Processionaliter cum sua Cruce accedere soliti ad aliquam simplicem Ecclesiam Parochialem,

207 pro assistendo Missę Cantatæ, siuè Vesperis quibus etiam assistit Parochus eiusdem Parocchialis, honorabiliorem locum tenere debent Canonici. Ità decisū refert Post: *in tract. de manut. decis.* 35. *n.* 4. Nec obstat, quod Abb: *Ex Capitulo Venerabilis nu:* 19. *de electione*; dicat largo modo; Quemlibet in domo sua posse dici Imperatorem, & Regem, siquidem non dicit, omnes ibi honorandos esse, vt Reges, & Imperatores. Ideò licèt Parochus in propria Ecclesiā regat, & imperet, non est pręferendus aliis, nisi quando adsunt solum inferiores, vel quandó est in proprio officio. Morbiol. *l. cit. num.* 19. Dan. de Nob. *disp.* 44. *nu.* 36. Ad illud verò, quod inquit Bordon: *de praeced. nu:* 538. Parochum pręferendum esse super omnes Canonicos excepto capite Collegii in Parochiali erecta in
208 Collegiatam, dico, id intelligendum esse de Parocho, simul Canonico, qui ob duo officia considerabilia, quæ in eadem Ecclesia exercet, videtur, maior simplici Canonico;

Ne autem dicatur, nos omnia trahere ad nostrum Molēdinum, hic adnotare duxi, Canonicos tàm Cathedralis, quàm Collegiatæ, à Capitulo non deputatos, sed ex se, vti singulos ad aliquam Parocchialem Ecclesiam occasione alicuius Festi accedentes, non
209 posse prætendere præcedentiam supra Curatum ipsius Ecclesiæ in functionibus tâm intus, quàm extra in Processionibus. Felyn. in *cap: Cū non liceat de præscr. n.* 2. Moscon. *l. c. cap.* 15. Rota *in Albigaten. præcedentiæ* 20. *Iun.* 1653. & declarauit S.R.C. apud Barbos. *collect.* 91. *n.* 24. rationem adducit Bord. in suis Miscell. *dec.* 28. Et quāuis pluries à nobis fuerit pronuntiatū, Canonicū etiam de per se esse maiorem, & digniorem Parocho; Fallit regula in propria Ecclesia, in qua maior locum cedit minori. Decian. *cons.* 67. *num.* 14. *vol. pr.* Vrsell. *loc: cit.* 140. *num.* 14. & Pennia *decis.* 208. *nu.* 12, *vol: pr.*

Nec obstat, quod diximus supra, non valere consuetudinem, quod minor pręcedat maiorem; nam hoc sequitur regulariter; secùs particulariter ob aliquam causam, prout innuimus; Sperell. *decis.* 76. *num.* 12. *tom.* 1. & *decis.* 179. *num:* 4. *tom:* 2. Et supradicta restringendo, cùm ex his appareat, Canonicos communiter anteferendos esse Parochis, hosque Cappellanis, ac simplicibus quantumlibet in ordine Sacerdotali anterioribus, aduersus istos Cappellanos, & simplices Presbyteros, & quemuis ipsorum, Canonici, & horum quilibet, benè, & apertè vti poterit hoc Brocardico, Si
210 vinco vincentem te, à fortiori vinco te: Quod desumitur *ex cap: Auctoritate extra de concess: præb.* & notat Host. *in cap. super eodem tit. num:* 4. Et in his terminis ponitur á Pasqual: & Tamb. locis

mox

mox cit. Huiusmodi regula, ex eodem Iure procedente; vt inquit Farinac. *decis. 59. num. 2. par. pr.* Vti poterunt Canonici in Mona-
211 chos, quibus omnibus, & singulis Presbyteri saeculares sunt digniores ratione antiquitatis, & nobilioris Ordinis Clericatus. *cap. pr. dist. 21. cap. Legi 16. q. 1. glos. in cap. Qualiter 2. V. facilius de accusat.* Io. And. *de reg. Iur. in 6. reg. delictum nu. 12.* Ant. de Butr. *in cap. Cum autem num. 10. de Stat. Monach.* Probatur, quoniam Monachi ex eorum Institutione erant in Spiritualibus subiecti Parocho, in cuius Parocchia, commorabantur. *cap. Generaliter 16. q. 2. cap. Monasteria 18. q. 2.* Atque ijsdem Monachis erat interdictum Ordinari. glos. *in cap. A Subdiacono dist. 93.* vbi Barbos. *num. 2.* Et quamuis ad praesens eis permittatur Ecclesiasticis Ordinibus insigniri, & Clericorum Officia exercere. *glos. in cap. de praesentium cum seq. 16. q. 1.* Hoc quidem est per accidens, non originaliter, vt post Sbroff. *de off. Vicarij lib. 1. cap. 37. num. 2.* notat Penott. *l. cit. lib. 2. cap. 72.* Ideò priuilegium Clericatus Monachis elargitum, cum sit ex post facto, interpretandum venit sine praeiudicio Iurium antiquioris Cleri Saecularis, & huius originalis Clericatus qualitas anteferenda est accidentali Monacorum. Panor. *super dicto cap. Statuimus, & fusius* Tamb. *de iur. Abb. vbi supra q. 1. num. 90.* Imol. *cons. 165. num. 44.*

Hinc infero, haud ritè gerere nonnullos Magnates, dum volunt quoscumque Monacos, etiam Conuersos, coram se cooperto capite sedere, & Sacerdotes saeculares aperto capite stare. Videatur Prax. Neap. *cap. 23. num. 11.*

Laudatè facerent, sequendo Hispaniarum Regis exemplum, qui
212 vt testatur Vival. *in Bacul. Sacerd. cap. 20. nu. 91.* Minimè permittit Sacerdotes tàm Saeculares, quàm Regulares ante suam Maiestatē verbum proferre, nisi prius caput operiant; Nec idcircò Catholicus obscurat se ipsum; vt inquit Nouar. *de grauam. par. 1. grauam. 389. nu. 3.* Refert Gemmeus in Vita Ferdinandi Imperatoris huius nomine Secūdi, *cap. 9.* Principum Austricorum moris esse in amoris pignus manum adeuntibus osculandam praebere: Quamobrem praefatus Ferdinandus in reuerendo Sacerdotes nemini suorum Secundus, non illibenter dexteram Sacerdotibus dabat, sed his osculum non permittebat, illud beneuolentiae, hoc reuerentia deberi,
213 sępius dicens. Clerici sunt subditi Papae. Scacc. *resp. 22. num. 18. vol. pr.* Bellett. *l. c. tit. de fauore §. 1. num. 6.* Episcopus dicitur eorū Superior. videatur glos. *in cap. Esto 95.* Quid verò efficere debeāt Praesbyteri cum Principibus non ex Supremis, dum opus est aliqua negotia cum illis tractare, respondet Nouar. *de grauam. loc. cit. grau.*

grau. 315. *num.*8. Quod insinuatis Principibus sedentibus, & non annuentibus, vt caput tegant, licitum sit id propria authoritate facere, si sint personæ alicuius qualitatis, inter quas connumerantur Canonici: cum, vt supra demonstrauimus, dicantur Senatores, & Illustres Personæ; vt scribit Bertach. *V. Illustr. & V. Episcopi vita.* Facit pro Canonicis illud Oratoris Domicij, *Cur ego,* inquit, *habeam te in Principem, si non habes me in Senatorem?* De quo meminerunt glos. *in dicto cap. Esto. & in cap. Frustra de re iudic. in 6: ac in regul:* 75. *de reg. Iur. D. Ant.* 3. *par. tit.* 20. *cap.* 2. §. 9. *in sum.* Imol. *cons* 71. *num.* 21. Grat. *discept. for. cap.* 284. *nu.* 19. & legi in Epistola D. Hierony: ad Nepontian. Honorandi sunt, prout fit à Religiosissimis Principibus nostris Sacerdotes tàm Sæculares, quàm Regulares, etiam si (quod Deus auertat) mali essent, quemadmodum non despicitur Anulus ferreus, in quo sit alligata pretiosa Margarita, glos. *in cap. Dominus* 33. *dist.* & aduertit Suarez *de leg. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 3.

In fauorem Canonicorum D. Bernardus epist. 39. Principem Theobaldum supplex sic alloquitur.

214 *Pro Canonicorum Iure precator accedo, & pro ipsis, & cum ipsis omni, qua possum deprecatione, deposco, quod omninò cognoui necessarium, Vt ad Vestræ Serenitatis Vultum solito illis clementiorem indulgeatis accessum, quatenus alij eorum Religioni debitam discant exhibere reuerentiam, cum Vos beneuolos esse nouerint.*

Nõ defuerũt, qui opinati sũt, Monachos in honoribus esse antè ponendos Præsbyteris Sęcularibus, moti illa ratione, quod eorũ vita sit pfectior vita Clericorũ sęculariũ; Nõ inficior, & ego, illos esse in Statu perfectiori; nam præter ea, quæ in regulis suorum Ordinum sancita sunt, tenentur cum Clericis ad euitanda, aut sectãda, quæ in *cap. penult. & finali de Vit. & hon Cleric. & toto tit. extr. Ne Clerici, vel Monachi,* statuta sunt. Verùm affirmare non dubito, statum Canonicorum, & Clericorum Sæcularium altiorem esse, quatenus finis institutionis ipsorum, nempè actio publicorũ Mysteriorum Ecclesiæ, est sublimior: vt considerant Borch. *super cap. Ad audientiam de Eccles. ædifican.* & Barbos. *de Iur Vniu. lib. pr.*

215 *cap.* 42. *nu.* 59. Et ideò Clerici præferuntur Monachis in quæstione Pręcedentiæ, in qua non attenditur vita contemplatiua Monachorum, vel austeritas vitæ Monasticæ, aut comparatio meritorum Regularium, siuè Fratrum, aut Religiosorum. Campanil. *l. c. rubr.* 12. *cap.* 1. *nu.* 3. Sed inspicitur anterior origo Ordinum, maioritas Dignitatis, & prærogatiua officiorum Clericis sæcularibus commissorum. Dec: *in cap. Clerici num.* 13. *de Iudic.* Felyn. *in cap. Postu-*

Postulasti de rescript. Imol. *cons:* 164. *num.* 92. & ante eos consideravit glos. *in d. cap. Quorundam V: prædicatores.*

Quippè manifestum est, Canonicos Regulares Lateranéses retinere regulam laxiorem, quàm Monachos. Ant. de Butr. *in cap. Quod Dei num.* 10 *de stat. Monach.* Seraphin. *decis.* 69. *num.* 1. Et tamen,

216 quia eorum ordo est nobilior aliis ordinibus Regularibus, præeminent quibuscunque alijs Monachis, & Fratribus Regularibus; Vt probat Penot: *loc. cit cap.* 71. §. 7. & declarauit Pius IV. apud Tāb. *de Iur. Abb. tom.* 1. *dub.* 25. *q.* 1. *num.* 294. Verumtamen quia isti Lateranenses non sunt essentialiter Clerici Primitiuæ Ecclesiæ, veluti existunt Canonici, & Clerici sęculares; à quibus retinetur habitus S. Petri, & ab ipso habuerunt suam originem, & indiuiduam essentiam institutionis Apostolicæ; vt notant Io: Andr. *in cap.* 2. *de vit. & honest. Cler. num. vlt.* Zip. vbi supra *lib.* 3. *tit. de præb. num.* 2. Imol. *l. c. cons.* 166. *num.* 1. Vulp. *in Prax: Ind. cap.* 34. *num.* 1. Debent etiam memorati Canonici Lateranenses in quibuscumque

217 honorantijs locum cedere Clericis sæcularibus, & præcipuè Canonicis Collegiatarum sæcularium, vt satis probat Bapt. de Caccialup. *cons.* 4. *per tot.* Idemq. per plura Collegia resolutum scribūt Decian. *cons:* 50. *num:* 21. *tom.* 4. & Borgas. *de irreg. p:* 1. *q.* 7. *num:* 4.

218 Huc confert; quod sicuti Apostolorum Princeps fuit primus Clericus sæcularis, vt inquiunt Ant. *de litter. in sum. par.* 6. *cap.* 1. *num* 25. & Corrad. *in Prax. l. c. lib.* 6. *cap. pr. num.* 32. Ita omnia Beneficia

219 præsumuntur sęcularia secundum primam Petri. & Apostolorum institutionem, nisi regularia doceantur Moscon. *de maiest. mil. Eccl. par.* 3. *cap. pr. fol* 42. Duran: *dec.* 442. *num* 2.

Secularia Beneficia, quę sūt adiūcta Clericis, qui nullā professi sūt Regulā, de sui natura sūt digniora quā Regularia, quę Regularibus

220 profitētibus Religionē ascripta sūt. Rom. *sing.* 619. Caual. *dec.* 140. Nec possunt illa absque dispensatione Apostolica conferri Regularibus. Garc. *de ben. par.* 7. *cap.* 10. *n:* 28. Collegiales Clerici iam viuentes sub eadē domo cōmuniter vocabantur absoluto nomine Canonici; sed postquā, vt descripsimus, communē vitā deseruerūt, dicti sunt Canonici sęculares, à qualitate vitæ, quam ducunt cum

221 Laicis, bona propria possidendo, licet in reliquis non exempti à Canonicalis disciplinæ obseruantia. Abb. *in cap. Licet de off ordin.* Monet *de d Str. p. pr. q.* 5. *num.* 18. Leonell: vbi supra *quæst.* 7: *art.* 6. Et sic possunt dici genus mixtum; Namque in quantum Deo seruiunt, nuncupantur Canonici, in quantum verò conuersantur cum Laicis, dicuntur sęculares glos. *in cap Licet, de off. ordin.* & Moscon. *loc. cit.*

Et

Et eſto Canonici Regulares Lateranenſes commorentur in hoc ſæculo poſsidentes in communi bona temporalia, non dicuntur ſeculares, cum ſint mortui Mundo, cui vt obſeruant Abb. *in cap. Dilecta de maior. & obed.* & Azor. *l. c.* Expreſsè renunciarunt per triũ
222 votorum emiſſionem: Quæ neque Clerici naſcentis Eccleſiæ, neque Apoſtoli expreſsè vouerunt. Vt poſt alios fusè probat Sarmien. *de reddit. Eccleſ. cap. pr. §. 1. n. 6.* Cum igitur Canonici ſæculares, & cœteri de eorum Clero ab antiquis illis Clericis originem duxerint, ob eorum antiquitatem in honoribus præferuntur præfatis Canonicis Regularibus: & eò magis Religioſis fratribus, & Monachis. Henriq: *in ſum. lib. 10. cap. 4.* in gloſ. Card: Tuſc. *ly. C. concluſ. 377. num. 9.* Graſs. *de eff: Cleric. in præl. nu: 392.* Imol. *conſ:*
223 *165. per tot.* Quod procedit etiam in ipſorum Regularium Eccleſijs Dan. de Nob. *diſp. 45. num. 7. in addit.* Vulp. *in Prax. cap. 34:* Lezzan. *in ſum. tom. 4. V. præcedentia num. 3.* & declarauit S.R.C. apud Nouar. *in Lucer. Reg. eod. V. num. 4.*

Intellige, quando Canonicis, vel aliis de Clero Sæcularibus de Iure, vel de conſuetudine competit aliqua functio Proceſſionis, ſiuè celebrationis in dictis Eccleſijs Regularium; Vt benè aduertit Bordon. *de præced q. 81. num. 216.* Nàm aliàs non eſset licitum Ius Regularium turbare, ac Nobiliorem locum in eorum Eccleſijs aſſumere; licet, vt diximus, extra eas Regulares locum digniorem cedere debeant Canonicis ſæcularibus. Vulp: *in Prax. cap. 34. nu. 1.* Io: Mont: *de auct. Conc. §. 2. num. 8.* Dec: *conſ 61. num: 2.* & Zip. *l. c. de maior. num. 6.*

Pariformiter Dignitas Eccleſiaſtica ſæcularis eſt maior Digni-
224 tate Eccleſiaſtica Regulari, & in caſu præcedentiæ huic anteponitur: Vt probat Leonell: vbi ſupra q. 7. *art: 6.* Multoque fortius Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ ſæcularis, (quod vt dixi, eſt maius alia ſimplici Dignitate) præcedere debet Regularem Dignitatem;
225 Quam veritatem ad inſtantiam Capituli huius Collegiatæ in clariori luce poſuit S.R. Congregatio occaſione Synodi Diœceſanæ, declarando Præcedentiam deberi Canonicis Collegiatæ Maſsæ ſupra Priorem S. Andreæ Carrariæ, & ità auditis partibus eadem Sacra Congregatio obſeruari mandauit die 22. Martij 1642. Non obſtante, quod fuerit allegatum, dictum Priorem ante electionem dictæ Collegiatæ conſueuiſse incedere in dicta Proceſsione Synodi cum vltimo Canonico Cathedralis Sarzanæ: Id, quod in ſimili caſu tanquam abuſum corrigendum fore ad ſupplices libellos pro Clero Sæculari in Regno Caſtellæ cenſuit Sac. Congregatio ſub
226 die 17. Nouembris 1600. Clerus Sæcularis, & Regularis debent

ſeparatè

separatè in Processionibus incedere, non commixtim. Ita glos. in *cap. Cum causam de elect.* Ripa *in cap. Cum rationi nu. 8. eod. tit.* Ratio esse potest, quia sicut Angeli non se immiscent Choro Archangelorum, ità Monachi, qui differunt à Clero sæculari non sunt immiscendi cætui Clericorum, ne Hierarchicus confundatur ordo. Sperell. *decis: 79. nu. 19. tom: 2.* & Canonicos debere incedere in Processionibus absque alia interpositione determinauit S. R. C. 13. *Maij* 1603.

Processiones dicuntur à procedendo, & debent fieri ordinatim, vt dicitur infra lib. 2. circa fin. Inter personas Ecclesiasticas mino-
227 res antecedunt, digniores subsequuntur, & inter eos manus dextera reputatur dignior. Præpos. *in cap. Perlectis nu. 10. dist. 25.* Ant. de Præt. *loc. citat. cap: 6. num. 56.* Confraternitates antecedunt Clerum sæcularem, & Regularem, & inter ipsas competit Præcedentia ei, quæ priùs Saceo vsa fuerit. Grat. *decis. 232. num: 2.* Lezan. *in sum. tom. 2. cap: 15. nu. 23.* Et censuit Sacra Congregat. apud Bordon. *l. c. resp 32. num. 30.* Quod intelligendum est, si sit Saccis induta; Aliàs non habebit illam præcedentiam, nisi alijs de Causis sit debita Ricciuol. *lucubr. Eccles. lib. 4. cap. 16.* Post Confraternitates incedunt Regulares secundum stylum, qui Romæ seruatur Campanill. *rubr. 12. cap. 13. num. 121.* Vulp. *l. c. cap. 34. num. 32.* Caual: *decis.* 588.

229 Qui verò locus in Processionibus debeatur Theatinis, Iesuitis, ac alijs Clericis Regularibus, non reperi decisum: Rationem esse censeo, quia hi sunt exempti ab obligatione accedendi ad Processiones, vel publicas. Cesped. *de exempt. Reg. cap. 11. dub. 207.* Et S. R. C. vt diximus, non determinat quæstiones præcedentiæ, nisi in functionibus Ecclesiasticis. Quòd si spontè ad huiusmodi Processiones cum alijs Religiosis, & Fratribus conuenire vellent, probabile mihi videtur ob ea, quæ superius dixi, honorabiliorem lo-
230 cum supra Regulares, & Monachos competere dictis Clericis Regularibus; Quia dicuntur Clerici, & vix habitu communi à Clericis sęcularibus diffident, nisi quod serico non vtuntur, vt adnotatur in *Magn. thes: Vit: hum. fol. mihi 327. ly. I.* Exceptis tamen Canonicis Regularibus Lateranensibus, quibus cum insit Clericatus. Henriq: *l. c. lib. 14. cap. pr.* Et simul sint Canonici, præcedunt quoscumque Clericos Regulares non Canonicos. Mirand. *in Man. Præ-*
231 *lat. p. pr. q. 10. art. 6.* Post Regularem sequitur Clerus Sæcularis, quem præit Clericus portans Crucem, sectantur Clerici Seminarij, deinde Rectores Parochialium, postmodum Capitula Collegiatarum, à quibus iuxta suum consuetum propria Crux defertur.

H

fertur. Barbos. *de Iur. Vniu. lib. 2. cap. 6. num. 3.* Gauan *in man. V. Ecclesia Colleg. num. 5. ia addit.* Procedit vltimo loco Clerus Cathedralis scilicet Cappellani de Mensa, Beneficiati, Canonici, & Dignitates, qui respectiuè inter se præcedunt secundum locum, quem retinent in choro. Grat. *discept. for. cap. 940. nu. 25.* Si aderit Episcopus, incedit immediatè post totũ Clerum. Cerem. *lib. 2. cap. 33.* Prothonotarij honorarij, si fuerint in eorum habitu Prælatitio, in-
232 cedunt post Episcopum, non bini, & bini, si fuerint plures, sed omnes in vna righa; Quoniam non considerantur in Processione Cleri, & sic non turbatur Ius Canonicorum. Ità declarauit S.R.C. teste Rinald. loc. supra cit.

Deinceps procedunt Princeps Sæcularis, & eius Filij, exinde Maiores de Ciuitate. Castald. loc. cit. *lib. 2. sect. 10. cap. 1. nu. 22.* Quod si dictis Prothonotarijs placuerit mixtim inter Populum incedere, vtique id eis licebit; Prout declarauit eadem S.C. 11. Iun. 1643. De quo habeo Decretum authenticum, quod non aduersatur mox adducto, sed explicat vtrumque licere. Inter Laicos in Processionibus Ecclesiasticis fiat locum dispositio cõtraria illi Cle-
233 ricorum; Etenim Laici Maiores antecedunt, Minores subsequuntur; vt considerant Dan. de Nob. vbi supra. Huius diuersitatis ratio est, quia olim Episcopus quibuscunque Processionibus interueniebat, incedens, vt dictum est, post Clerum, in medio Clericorum, & Laicorum. Præpos. *in cap. Episcopos 16. dist.* Lotther. *l. c. lib. pr. q. 16. nu. 4.* Et quoniam digniores stant viciniores Episcopo, Laici, qui antecedunt, vt supra, & Confraternitates, nec non Ecclesiastici Regulares, & Sæculares, qui vltimo loco procedunt, dicuntur, esse in nobiliori loco Præpos. *in cap. Perlectis num. 4. dist. 25.* Graß. *p. 1. decis. lib. 3. cap. 5. num. 5. in addit.* & Rota *par. 3. diuers. decis. 322. num. 9.*

Interdum fit generalis Processio cum toto Clero Ciuitatis, & Diœcesis, vt accidit occasione Synodi Diœcesanæ; Quo casu præ-
234 cedentia competit, Capitulo, & Canonicis insignium Ecclesiarũ Collegiatarum Diœcesis supra Parochos, & Præsbyteros Ciuitatis in Processione, & alijs actibus, qui fiunt dicta occasione. Ita declarauit S.R.C. 12. Martij 1616. *in vna Fauentina.* Et ità seruari
235 mandauit, quibuscumque non obstantibus, in huiusmodi Synodi Processiones Clerici Seminarium, & Cappellani de Mensa Cathedralis procedunt post Capitula Collegiatarum Diœcesis, atque in Choro sedent post Canonicos Cathedralis, quem honorabiliorem locum retinent; non quia sint maiores Canonicis Collegiatarum Diœcesis, sed quia sunt coniunctiores Canonicis Ecclesiæ

Cathe-

Cathedralis, ratione seruitij, quod his præstant. Sicut Caudatarius stat post Episcopum, quoniam est necessarius ad eius famulatum, Gauant. in Prax. Synod. *l.c: cap.* 13 *num.* 7. Ob eandem causam Clerici deseruientes in Vesperis, & Processionibus Canonico celebranti præcedunt cœteros Canonicos. vt notat Rub. *l.c.nu.* 93. Sic in Cappella Papæ Auditores Rotæ postponuntur Subdiacono ob Mynisterium, quod ibi exhibet, vt obseruat Grat. *discept. for. cap.* 845. *num.* 7. Nec prędictis contrariatur Cœrem. Episc. *lib.* 1. *cap.* 33. vbi decernitur, Canonicos Collegiatarum in Processione procedi post Clericos Seminaristas: Nam Cœrem. ibi disponic
236 de publica alicuius Ciuitatis Processione ad quam conueniunt solum Canonici Cathedralis, & Collegiatarum eiusdem Ciuitatis cum reliquo Clero Vrbano.

Hic autem loquimur de ea, quæ fit cum Vniuerso Clero Ciuitatis, & Diœcesis, in qua Clerici Seminarij spectantur, vt vnum corpus cum Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, cui seruitio sunt deputati. Ità docet Pasqual. *QQ. mor. cent pr. q.* 77. *num.* 5. Idem dicendum, de Seminaristis Collegiatarum, qui pariter incedunt cum Canonicis suæ Ecclesiæ Collegiatæ. Bordon. *de præced. q.* 208. *num:* 148. Ad similitudinem Processionis Ciuitatis regulantur, quæ fiunt in Diœcesis, in cuius districtu reperiatur Ecclesia Collegiata, quæ simul sit Parochialis, in qua aliquis Prothonotarius esset Parochus, & propterea adstrictus Processioni suæ Parochiæ inter-
237 uenire, tenetur procedere in habitu Sacerdotali cum Cotta, cedendo nobiliorem locum Capitulo, & Canonicis Collegiatæ, Ità decisum fuit à S.R.C. die 6. Martij 1634.

Si Collegiatæ Præpositus fuerit celebrans, & gaudeat vsu Cappę, poterit habere Caudatarium, & facere sibi deferre caudam
238 more Episcoporum, etiamsi remaneat subiectus Episcopo; Ratio est, quia huiusmodi deportatio caudę non denotat Iurisdictionem, aut Superioritatem, sed quandam grauitatem *cap. fin. dist.* 91. *Sylu. in sum V. Patriarcha.* Grat. *decis.* 99. *num.* 4. Hinc est, quod non
239 interdicitur Episcopo extra suam Diœcesim facere sibi gestare huiusmodi Cappæ caudam; vt obseruat Maior. *de Irregolar. lib* 2. *cap.* 2, *num. eod.* Grat. *discept. for. cap.* 467. *num* 69. Campanil. *rub.* 9. *cap.* 5. *num.* 3.

Quod si præfatus Collegiatæ Præpositus, non fuerit celebrans,
240 minimè potest in Processionibus incedere post Canonicū, Pluuiali indutum officium facientem, prout incedit Episcopus, vel alius Prælatus habens Iurisdictionem in Foro Fori. Ratio satis efficax datur a Manriq. vbi supra *q.* 32. *num.* 14. Reuersa Processione ad

H 2 locum,

locum, vnde incepit, nullus Ecclesiasticus exeat ab Ecclesia, nisi persolutis precibus. In Processione autem funebri Canonici, &
241 cæteri de Clero Sæculari post collocatum cadauer in Ecclesijs Regularium, statim regredi debent ad proprias Ecclesias. Ità nuper iuxta alia resoluta decreuit S. Congregatio penes Samuell. *de sepult. tract. 1, controu. 7. concl. 2.* Parocho dumtaxat liberum est de-
242 posita Stola, ibidem permanere ad effectum percipiendi suam quartam Funeralium, absque eo, quod se intromittat in decantãdo Officio, quod spectat ad Regulares tantum. Lezan. *de oblig reg. p. 2. cap. 12. num. 38.* Regulares pariter conuocati ad aliquam Processionem funebrem, collocato cadauere in Ecclesia Sæculari, nul-
243 la interposita mora, regredi debent ad eorum Monasterium. Rub. *sing. p. 4. tit: de preced. in funer.* Grat. vbi supra *cap. 298. num. 2:* Idem non sequitur de Canonicis, & cœteris de Clero Sæculari; Qui non solum possunt in eadem Sæculari Ecclesia permanere, sed tenentur vna cum Parocho preces Mortuorum decantare. Namq; interipsos non intercedit dissimilitudo, aut diuersitas speciei; Et
244 licet Canonici non existant eiusdem Ordinis Hierarchici cũ simplici Parocho, & Cappellanis sunt tamen eiusdem speciei. Card. Tusc. *ly. A. concl. 2. num. 2.* Nau. *cons. 12. de Cler. non resid.* Et plus,
245 & minus non mutant substantiam rei. Natta *cons 38. par. 3.* Surd. *cõs. 307. n. 66.* Et ideò non valet argumentum à quibusdam factum de Religiosis ad Clericos Sæculares, qui re, & nomine à Monachis sunt diuisi. Compostell. *in cap. Sedes nu. 5. de rescript.* Myxturam linei, & lanei, vt loquitur Caramuell. *l. c. disp. 29. num: 326.* abhorrent Canones; Atque non congruit, vt in vno, eodemq; Officio, quod spectat ad aliquos, socientur homines disparis habitus, ac diuersæ professionis. Host. *in cap: 1. Ne Sed. Vac. aliq. innou.* Farinac. *p. 1. decis. 84. num. 2.* & Rot. *par. 7. diuers. decis. 221. num. 21.*
In vna eademq. Ecclesia duæ Congregationes, altera Canonicorum Sæcularium, altera Monacorum esse possunt: exemplum
246 affert Caputaq. *p. 1. decis 83. num. 3.* Non tamen Canonici, & Monachi possunt ibidem Choratim Diuina Munia obire: Vt decisum refert Barbos: *in sum. collect. 625. num. 40.* Sed recitatis Horarijs precibus à Canonicis Sæcularibus intrant in Chorum Monachi ad Diuina celebranda Officia; Ità seruatur Sarzanæ dum ibi aliquando Canonici adeunt Ecclesiam S Andreæ, ad quam Cathedralis S. Basilij, iam è ruinis Lunæ fuit translata ab Innoc III. teste Vghell: *de Episc. Ital. tom: 1. fol. 893.* Et deinde eadem Ecclesia Cathedrali transportata in proximum Templum S. Mariæ, ijdem Canonici cesserunt eam Fratribus S. Francisci de Paula, cum reseruatione

quandoq.

quandoq. accedendi ad Officiandum in eadem Ecclesia; Quo euĕtu, Diuina fiunt modo statim enarrato. Ex quibus non benè infertur, quod dixerunt aliqui, Clero Sęculari prohiberi conuenire cum Monachis, & Regularibus ad simul decantandum Vesperas, & Missam in Festiuitate Sancti Titularis alicuius Oratorij, vel Ecclesiæ, quæ remanet sub gubernio Laicorum: vt seruatur apud
247 nos. Quia hoc casu non datur diuisio ministerij, sicut in Funere, de quo superius diximus, & notat Bordon. *par 2. resp: 51. num. 66.* Et nullus ex vtroque Clero dicitur esse in proprio Officio, dum ibi cătant Vesperas Petr. de Anch. *in cap. Præsbyter de celebr. Miss nu. 15.* Coccin. *decis. 147. num. 5.*

In antedictis Oratorijs primæ Sedes Canonicis debentur; Nam si hi Monachis anteferuntur in ipsorum Ecclesijs, à fortiori in loco Tertij; licet hic quidam Laici Oratorij Gubernatores conabantur Nobiliorem Præsbyterij partem Monachis assignare; De
248 quo non admiratus fui; Quia Laici semper fouent partes Monachismi contra Clericos, & maximè Canonicos Sæculares. Quod nonnulli opinantur prouenire, quia dicti Canonici, & Clerici con-
249 tinuò cum Laicis conuersantur, & nimia familiaritas parit contemptum. *cap. Quando 88. dist. cap. Nullum 18. q. 2. & ibi glos.*

Alij dicunt, id accidere, quoniam Monachi ab initio Regulæ erant Laici, & quisque sibi simile diligit. *Eccles. cap. 3.* Atque Pro-
250 uerbio, hoc est probato verbo, dici solet, *suum cuiq. pulchrum.* Alij putant Laicos esse Clericis minus gratos ob numerositatem Clericorum: Pro quo vsurpant illud Diui Hieronymi relatum in *cap Legibus dist. 93. Præsbyteros. Turba contemptibiles facit.* Ita Graff. *de eff Clericatus in Præl. nu* 354. Dan. de Nob. *disp. 31. num. 33.* Vulp. in Prax *l. c. cap. 7. num. 28.* Quorum fundamentum mihi non satisfacit; Aliud enim est, quòd quis aliquem contemnat; Aliud, quòd sit eidem inuisus; siquidem primum oriri potest ex numerositate, at secundum oritur ex odio. *cap. Præsens 2. q. 6.* Vidal. *in axiom: V.* Dilectio, & conuincitur ex eo, quòd iandudum, & Clerici non erant numerosi: & nil secius *in cap. Nihil dist. 83.* iuncta glos. Laici dicuntur Lupi in Clericos, quos mordaci dente lacerant. Idem asserunt Antiquissimi DD Archid *in cap. Sunt 25. q 1. num. 3.* Belem. Io: Andr. Abb. *antiq. & Panormit. ibidem.* qui dixerunt; Quod quam plurium Laicorum mors est consolatio Clericorum, sicut vita fuit passio.

Præterea vetusta Iura Canonica *cap Laici 2. q. 7. cap. Cum P. Monell la de accusat. & cap. Clerici de immunit. in 6.* iunctis glos. ibidem, & in *cap. Præsbyter 81. dist.* affirmant, atque per antiquam traditionem

tionem

251 tionem docent, Laicos Regulariter semper fuisse Clericis oppidò infestos. sequuntur Vitalin. in *Clem. vnic: de immunit. num.* 2. Host. *in cap: Ea noscitur de h. q. f. à Præl.* Farinac. *de immun. cap. Vltimo num.* 312. Genuen. *in Prax: cap.* 58 *num.* 2. Homob. *de hum: vit. stat. cap.* 24. Fusc. *de visit. lib.* 2. *cap.* 3. Martha *de Iurisdict. par.* 2. *cap.* 6. *num* 39. *& par.* 4. *cas.* 139. *num.* 15. Vbi id tradit proregula, quam amplectuntur alij innumeri.

Vnde antedictam Laicorum antipatiam, & infestationem in Clericos ex eo prouenire censeo, quod hi maiores habent prærogatiuas, quam Laici. Inter cœteras; licet generale sit, quemuis actorem sequi forum Rei. *l. Iuris Ordinem C. de iurisd. omn. Iud.* Tamen Clerici trahere possunt ad Forum Ecclesiasticum Laicos, eos turbantes in suis bonis, non solum Ecclesiasticis, sed & Patrimonialibus, vel recusantes sibi soluere fructus. Roman. *singular.* 113. Antonell: *l. c. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 1. Grass. *eff.* 1. *num.* 533. Ciarl. *contr for. p. pr. cap.* 28. *num.* 12. *& cap.* 52. *num:* 3. Sed non è contra *cap. Si Imperator dist:* 96. Aliàs possent conqueri dicendo illud Cantici Moysi, *Inimici nostri sunt Iudices*, vt inquit Ferrett. *cons.* 228. *num.* 13. *vol.* 2.

Quamobrem quando adstringuntur Clerici, in Causis Ciuilibus iudicium mouere coram Iudice sæculari, dicuntur miserabiles per-
254 sonæ: vt aiunt Duard. *in Bull Cœn. Domini lib.* 2. *cap.* 18 *q.* 5. *nu.* 10. Sperell. *decis.* 8. *num.* 16. *& decis:* 49. *num.* 18. *tom.* 1. Similiter Statuta
255 Laicalia non obligant Clericos: vt docent omnes His tamen liberum est, vti, si sibi sunt fauorabilia. Ludouis. *decis* 279. *num.* 24. Bursatt. *cons.* 93. *num.* 45. *lib.* 1. Idcircò actiuè, non passiuè vtuntur Laicorum Statuto de Iure Prothomiseos. Bellett. *l. c.* §. 4. *num.* 5.
256 Squill. *de priuil. Cleri cap.* 7. *nu.* 96. Ricc. *par.* 3. *decis:* 180. *num. pr.* Antonell. *lib. pr. cap.* 1. *num.* 91. Grat *discept. for. cap.* 742. *num.* 17. Dian. *par.* 3. *tract:* 1. *resol.* 43. *& p.* 7. *tract.* 1. *resol* 17 Et sequuntur alij nulla habita ratione, an statutum sit conceptum in rem, vel in personam Ecclesiasticam. Merlin. *de legit. lib.* 3 *tit. pr. q.* 18. *nu.* 90. Fenzon. *ad Stat. Vrb. decis:* 108. *col:* 3. *V. distinctionem*. Clericorum bona, quæ per successionẽ, Donationẽ, aut alios licitos contractus
257 ab eis acquiruntur, sunt libera, & exẽpta à Collectis variabilibus Laicorũ. *cap. Nouerit* 10. *q.* 1. *cap pr. de Iur Patr. cap. Nõ minus, cap. Aduersus. de Immun: Eccl. cap Quãquam de censib. gl. in cap. Si militer* 16. *q.* 1. Felyn *cons.* 46. Alb *cons.* 13. *par* 2. Homob: *consult. par.* 4. *resp.* 17. Emin. Lug. *de Iust. & Iur. par.* 2. *disp.* 36. *sect.* 8. *nu.* 123. Quod sequitur etiamsi Clerici sint tantum Minorum Ordinũ, vel Primæ Tonsuræ; vt docent Guid. Papa *decis:* 83 Filliuc *l. c. tract.*

16.

16. num. 298. Antonell. vbi supra *lib. 4 cap. 5. num. 18.* Ciatl. *par. 2. cap. 138. num. 18.* & probatur per *dd. cap. Non minus, & Aduersus,* vbi ab insinuatis collectis eximuntur omnes Ecclesiastici: & hoc procedit: Quamuis Ecclesiæ minimè inseruiant, nec habeant re-
258 quisita à Conc. Trid. *sess. 23. cap. 6. de ref.* Sanchez *cons. tom. 1. lib 2. cap. 4. dub. 40. num. 6. & dub. 56. num. 2.* Ricc: *in Prax: p. 4. resol. 58. & 459. num 4.* Less. *de Iust. & Iur. lib: 2. cap. 33. dub 5. num 38.* Neque contra prædicta obstare potest consuetudo stante interruptione per Sum. Pontifices singulis annis renouantes Bullam Cœnæ Domini, & Canones ad fauorem huius exemptionis, derogando consuetudinibus in contrarium: vt benè obseruant Tolet. *lib. 1. tract. 2. resol 4.* Carthar. *de immun. arg 6. num. 391.* Caualer. *decis. 21. num: 82 par. 2* Cohell. *l. c: cap. 46. num. 13.* Et licet præfata impositio Collectarum fieret à Laicis ad prouidendum communi vtilitati Clericorum, & Laicorum, Ecclesiastici contribuere non tenentur, nisi tribus copulatiuè concurrentibus
259 Primò, quod communes Vniuersitatis facultates non suppetāt ad illud onus sustinendum.

Secundò, quod in his Collectis imponendis interueniat consensus totius Cleri, vel Capituli Cathedralis, & ex Diœcesi Vicarij foranei. Cohell. *l. c. cap. 28. num. 117.*

Tertiò, & vltimo, quod priusquam imponantur, verificetur coram Summo Pontifice dicta publica necessitas. Rot. Rom. in vna Brundusina registrata apud Penia *decis. 179. par. 2.* Alias Clerici nō soluunt Collectas inconsulto Papa. Brancat. *l. c. V. Clerici quo ad Collectas.* Quod seruatum fuit Fisis, vt testatur Viuian. *de iur: patr. lib. 6. cap. 1.* & alibi Cohell. *vbi supra num. 113.*

Hæc, & quamplura alia Clericorum Priuilegia contrectantes Laici, inuident Clericis, quibus, vt dictum est semper fuerunt, & sunt infesti. Mar. Ant. *Var. lib. 1. resol. 97. num. 7.* Rodrig. *QQ Regul. tom. 2. q. 13. art. 5. circa finem.* E continuò erunt donec Mundus durabit; Si verum loquitur Ant. de Præt: *l. c. num. 1.* Et quamuis Monachi pariter gaudeant similibus Priuilegijs, & exemptionibus, tamen cum non possideant in particulari bona temporalia, & rarò supradictis priuilegijs vtantur, Laici potius applaudunt Monachis, quàm Clericis, & maxime Canonicis; quibus regulariter sunt magis inuisi ob maiores prærogatiuas, quas habent; Imola *in cap. Sedes, num. 9. de rescript:* Collegium Paduani *cons. 2. num. 2.* Dixi, regulariter; Nàm permulti sunt Laici, qui Canonicis se beneuolos, & gratos ostendunt: Quapropter Canonici debent Canonicari, hoc est, iuxta Sacros Canones vitam traducere, vt huius-

modi

modi exempla lucis considerantes, amici multiplicentur, & qui ex aduerso sunt, non solum vereantur malum dicere de nobis. vt monet D. Paulus scribens ad Tit. *cap.* 2. sed potius benè loquātur: Quæ mutatio erit dexteræ excelsi, attentis superius exaratis.

260 In primis Collegiatæ caput vitę probitate omnibus præluceat Capitularibus, Zabarell. *in Clem. ne in agro de stat. Monac.* Omnes de Capitulo pari amore, & honore prosequatur, nisi quis ob eius qualitates dignior sit, vt pluris æstimetur, & honoretur. Tambur. *loc. cit. disp.* 16. Less. *l: c. lib.* 2. *cap.* 32. *nu.* 9. Canonici suum Præ-
261 positum reuereri debent in caput, non in caudam: Si enim caput Collegij, ergo in summo, non in imo; ut inquit Corn. à Lapid. in *Epist. D. Paul. Eph. cap.* 2. considerentque, vt monet Paris. *cons.* 143 *num.* 3. *vol.* 4. Quo dignius est caput Capituli, digniores reputantur Canonici, qui pariter solliciti sint inter se germanam Pacem seruare, memores. Nil placidum esse sine Pace Deo, nec munus
262 ad Aram. Et non solum internè se diligere tenentur, sed & externa amoris signa ostendere, quæ licet communiter cum extraneis a Capitulo non sint obligatoria inter Capitulares debentur. Homob. *in com par*: 1. *tract.* 14. *q.* 5. *res.* 4.

Cęteros de Clero, maximè Animarum Curatores, & Religiosos
263 decet aliquando salutationibus præuenire, iuxta monita D. Pauli ad Rom: *cap.* 12. *&* 1. *Corinth.* 16. Porrò malè morati hominis est semper expectare à paulò minori primò salutari, ex D. Bernardo *in spec. cap.* 4. *Si vis honorari, honora*, inquit D. Chrisost. apud Boss. *de Can. cap.* 14. Videant Canonici, nè recensitæ eorum prærogatiuæ, quę à Iure fuerunt prouisæ ad concordiam, & vnionem, inflent in ambitionem, & elationem, atque animaduertant, veluti in ampliori honore super tot de Clero sunt positi, ità ex vi status, nominis, & officij ad sanctiorem vitam, ac maiorem laborem sunt adstricti, *cap. Nec sufficere* 8. *q:* 1. Brancat. *l. c. V. Dignitas*.

Reputandi sunt vilissimi, qui Canonicalem gradum tantùm honoris gratia recipiūt, ad tradita per Rebuff: *in repet. ad cap. Postula-*
264 *sti num.* 198. Mantic. *loc. cit. p.* 2. *rub.* 18. Canonicatus est honor, & onus, inquit Pauin. *de pot. cap. sed. vac: cap.* 15. *n.* 10. Et nudū nomen non facit verum Canonicum, sed opus. Quod (teste Homob. de
265 *stat. vit. hum. par. pr: cap:* 22.) versatur in tribus, videlicet, in Choro, in Altari, & in Capitulo: De quibus in sequentibus Libris tractare aggredior.

LIBRI PRIMI FINIS.

DE

DE OFFICIO CANONICORVM IN CHORO:

Liber Secundus.



1 FFICIVM generaliter sumptum est illud, quod quisque pro suæ personæ conditione efficere debet. Ita Bonart. de Hor. Canonic. lib. 1. cap. 8. num. 5. & ante eum Durand. de Diuin. Off. lib. 5. cap. 1. num. 1. Præcipua Canonicorum functio, teste Azor. mor. par. 1. cap. 11. lib. 3. quæst. 12. Est persoluere Diuinum Officium, quod est externa ratio laudandi, præcandique Deum DD. communi-
2 ter. Diuinum Officium à tempore Apostolorum fuit institutum, postea à diuersis Summis Pontificibus in septem horas canonicas distributum. Bizzozer. in sum. tit. de hor. Can. cap. 1. nu. 1. Officium Diuinum, & Horæ canonicæ sunt idem. Marchan. de hor. Can. tract. 2. tit. 3. Et Horæ Canonicæ dicuntur ab orando. Boich. in
3 cap. Præsbyteri de celebr. Miss. Quia iuxta præscriptam Regulam Sacrorum Canonum recitantur, Mirand. in man. par. 1. quæst. 37. Philiar. de Off. Sacerd. lib. 1. cap. 1.

Nascentis Ecclesiæ initio tam Clerus, quam Populus publicè in locis Sacris Diuinum Officium simul decantabant adulta, autem
4 Ecclesia, & satis aucto Laicorum numero, (quia hi in statu corporis decorem decentem ex parte non seruabant; atque ob cantus imperitiam voces absonas, & incongruas emittebant,) visum fuit summis Pontificibus huiusmodi more mutare, & ad elegantiam, & decorem Diuinarum precum fuerunt selecti aptissimi Clerici,

qui publicè horas canonicas in Ecclesijs Cathedralibus, & Colle-
giatis quotidie canerent. Ita Spondan: *in comp. annal. Baron. anno*
5 60. *num.* 13. Quod fuit necessarium ex dictis, quę etiam considera-
uit Molfes. *in sum. tr.* 5. *cap.* 2. *num.* 10. Et casu quo quisquam ex his
non conueniret ad publicam psalmodiam, remaneret obnoxius ad
6 huiusmodi pensum priuatè recitandum, prout ad pręsens tenen-
tur omnes, & singuli Beneficiati, aut Sacris Ordinibus initiati. *cap.
Quia de rescript. in* 6. Bellæus *in flor. V. hora* 3. *num.* 4. Vgolin: *de
off. & pot. Episc. p. pr. cap.* 19. *num* 4.

Quo in opere tam publicè, quàm priuatè, obeundo obseruare
tenentur ordinem, formam, qualitatem, tempus, locum, & mo-
dum, necnon scire grauitatem huius obligationis, causas excusā-
tes, ac pœnas prædictas non seruantibus appositas, de quibus in
praxi frequentioribus Oratio nostra se porrigit.

Et primò seruandus est ordo, septem Horarum Canonicarum,
vt prius dicatur Matutinum cum Laudibus, exinde Prima, Tertia,
Sexta, Nona, Vespere, & vltimo loco Completorium, vt carpitur
ex cap. Presbyter 91. *dist.* Canonici in publicam huiusmodi Ho-
7 rarum persolutione insinuatum ordinem peruertētes absque iuxta
causa peccant mortaliter. Carol. Macign. *de hor. Canon. cap.* 45.
num. 5. Toullench. *in Decal. lib. pr. cap.* 7. *dub.* 19. *num.* 3. *& alij.*
Ratio est, quia id faciliter potest scandalum in Populo generare.
In priuata verò recitatione ipsum ordinem non seruare absque vlla
causa erit veniale. Azor. *moral. lib.* 10. *cap. eod. quæst.* 1. *tom.* 1.
Nauarr. in Man: *cap.* 25. *num.* 99. & Card. Tol. *lib.* 2. *cap:* 13. *num.* 3.
Et multò magis inuersio erit culpabilis recitando Matutinum se-
quentis diei non persoluto Vespere, & Completorio hodierni: In-
tellige absque rationabili causa, etenim si Canonicus legitimè im-
peditus non interfuerit aliquo die publico Officio à Prima vsque
ad Completorium, & de sero accesserit ad Ecclesiam tempore quo
ex indulto Apostolico incipitur Matutinum subsequentis diei, be-
nè poterit Matutinum cum aliis decantare, & postea Officium ip-
sius diei per se inculpatè recitare. Ita Bonac, *de hor. can. dec:* 1. *q:* 3.
par. 3. *num.* 15. & alij, quos citat, & sequitur Bonarr. *loc. cit: lib.* 2.
cap. 15. *num.* 8.

Secundò requiritur, forma, nempè, vt ea dumtaxat Officia reci-
tentur, quę in Breuiario sunt relata, vel eius Rubricis, aut Bullis
Pontificijs, siuè Sac. Congreg. decretis conceduntur, & contrafa-
cientes peccant, & non lucrantur Distributiones. Vulp. *in prax. cap.*
51. *num.* 42. Gauan. *in Manual. Episc. V. horæ canonicæ num.* 5. *&
in Com. ad rubr. Breu. sect.* 1. *cap:* 5. *tit.* 2. *num.* 10.

Officium

8 Officium Patroni Ecclesiæ celebratur iuxta Rubricas Breuiarij
Romani, non obstante Constitutione Vrbani VIII. super obser-
uatione Festorum, quoniam hæc constitutio nil innouat circa re-
citationem Diuini Officij, sed tantũ super præcepto Festorum. Ita
declarauit Sac. Congregatio teste Ciarl: *tom. 2. discept. 208.* Atque
vltra propriæ Ecclesiæ Dedicationis Officium est etiam recitandũ
illud, Cathedralis in Ciuitate, cum Octaua, in Diœcesi verò abs-
que Octaua non solum publicè à Canonicis, sed & priuatè à cæte-
ris de Clero. Barbos. *collect. 356. num. 9.* Et occurrente Dedicatio-
9 ne Cathedralis eadem die, qua consecratio Ecclesiæ Collegiatæ
Diœcesis, Officium fit de propria Ecclesia. Ita censuit Rot. apud
Polac. *l. c. par. 1. fol. 62.* Et sciendum sufficere vnum testem adhuc
10 de auditu ad probandam Ecclesiæ consecrationem. Mascard. de
prob: conf. 582. num. 5. Quod si Collegiata non fuerit consecrata,
sed tantum Benedicta, adhuc fit officium Dedicationis Ecclesiæ, vt
in Breuiario: Nec obstat in Collecta fiat mentio consecrationis:
nam consecratio, & Dedicatio idem sunt, vt ostendit titulus in
Missali huic Festo assignatus, atque dedicare idem est, ac benedi-
cere, & Religiosum facere; quare in Benedictione cuiuslibet Ec-
clesiæ canitur, Benedicere, & consecrare. Alias rationes vide apud
Quintanaduenas *tract. 7. singul. 8. per tot.* vbi conclusionem a-
cerrimè defendit, ac respondet his, qui allegant usum in contra-
rium.

In Sacris locis, vbi situm est Altare Sacratissimi Rosarij, & non
11 alibi, Prima Dominica Octobris celebratur Officium B. Virginis
Mariæ sub ritu duplicis maioris ex concessione Gregor. XIII. Anno
1573. & expletur prout in eius Festo ad Niues, exceptis Lectioni-
bus secundi Nocturni, quæ erunt vt in Natiuitate eiusdem B. M. V.
mutato nomine ortus in Festiuitatem. Gau. *l. c. sect. 7. cap. 12. n.* 15
Sancti Titulares aliorum Altarium, nisi sint in Breuiario nullum
habent Officium S. R. C. declarauit anno 1628.

Tertio in penso horario exhibenda est qualitas, quam statuit
Pius V. Const. lxiiij. Vbi pro Clericis sæcularibus reuocando om-
nem aliam qualitatem in alijs Breuiarijs contentam, quæ postea
fuit reformata ab Vrbano VIII. qui per ipsius constitutionem edi-
tã de anno 1643. vetat, ne in Ecclesijs publicè decantentur, nisi
Hymni a sua Beatitudine emendati, & egregiè ampliati. Vnde se-
quitur, non posse fieri Officium de Sanctis, dum à Rubricis Bre-
12 uiarij præcipitur fieri de Feria, & è conuerso, quòd præsertim in
publico Officio, non seruantes grauiter peccant. Quia hæc inor-
dinatio videtur non parui momenti, & potest afferre scandalum.

Nau. *de orat. cap.* 19. *num.* 217. Card. Tol. suæ instruct. *lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 2. Intellige, nisi id acciderit per errorem, quo euentu si in Choro recitatum fuerit de Feria die natalitio alicuius Sancti nouem Lectionum, Canonici licitè poterunt sequenti die non impedito, celebrare Officium de Sancto prætermisso, ne iste eo Anno remaneat absque honore Officii sibi debiti; vt obseruat Barb: in *cap. pr. de celebr. Miß. num.* 9. Garc: *de ben. par.* 3. *cap.* 1. *nu.* 50. Petr: Ancl. *de hor: can. cap.* 6. *dub.* 3. *num.* 9.

Dixi in publico Officio, nam in priuato permutatio Officii in Breuiario assignati scienter facta aliqua die non erit graue peccatum. Soc: *de iust. & iur. lib.* 10. *q.* 5 *art.* 4 Caiet, *in sum. V. hora* Sylu. *eod: V. num. & alij summistæ V. Officium.* Ratio est, quia respondetur; præcepto Ecclesiæ quo ad substantiam.

De Sanctis, quorum corpora, vel insignis Reliquia ab Episcopo recognita, & approbata: reperiuntur in aliqua Ecclesia, potest
13 ibi tantum fieri officium sub ritu duplici in communi, licet non dum sint registrati in Calendario Romano. Ricciul. *in lucubr. Eccles. lib.* 1. *cap.* 36: *num. vlt:* sed tantum in Martyrologio Rom. descripti. ita S.R.C: relatore Barb. *in Collect: V. Officium.* Tales quippè ad Primam pronunciantur ut Sancti ante Versiculum Preciosa, & cętera, atque de supradictis Sanctis potest fieri officium ab his, qui sunt de gremio ipsius Ecclesiæ, licet non resideăt in Choro: *ead. S. Congreg. die* 8. *Septemb.* 1602.

Pro celebratione officii assignatur dies obitus Sancti, qui si ignoretur potest de illo celebrari Officium translationis corporis, siuè Reliquiæ insignis in illam Ecclesiam; non est autem licitum
14 absque expressa licentia Papæ, uel Sacræ Congregationis verumque officium recitare, vt aduertit Gauan. *in Com. rubr. Breu. in præl. cap.* 2. *num.* 26. Neque potest bis in Anno Officium celebrari, eo quod in Ecclesia adsint duæ celebres Reliquiæ eiusdem Sancti, quia moraliter vniuntur ad vnicum corpus. Quintana *d. tract.* 7. *singul.* 30. *num.* 7. Quod in Rubrica Breuarii legitur quasdam Cōgregationes posse iuxta earum consuetum Officium celebrare de Sanctis, & si in Kalendario non descriptis, explica de canonicè erectis. priuati enim homines ex se constituere congregationem non valent absquè Papæ, vel Episcopi assensu. Bapt: Viuian. *in cap. Dilecta de excess. Prel.*

15 De Sancto, & si nuper Canonizato, & sin Breuiario nondū adiuncto, extra Ecclesiam vbi sunt eius Reliquiæ insignes, vtpote Caput, Crus, Brachium, non potest fieri Officium, sine nouo Decreto, vt explicuit S.R.C. apud Nouar: *V. Officium num.* 7. de qua de-

claratione testatur etiam Quintanad. *l. c. num.* 3. qui tamen *tr.* 7. *singul.* 2, 9. *&* 10. *ac tract.* 8. *singul.* 1. *num.* 4. Pluribus rationibus probare nititur, Episcopo ius esse statuendi, vt eiusdem Sancti Officium celebretur in sua Ciuitate, & Diœcesi in communi sine alio Decreto. & exemplificat de Sancto Francisco Xauerio à Gregor. XV. Canonizato, & in Breuiario adhuc non apposito; Decretum verò S.C. mox allatum interpretatur, quòd Episcopi nequeant absque nouo Decreto Officia componere, vel composita edere sine Apostolico indultu, cui doctrinæ, non adhereo, nam à nobis fuit humiliter supplicata S.R.C. pro facultate celebrandi in hac Collegiata Officium præfati Sancti Francisci, prout in communi, & non fuit concessum, sed quia non multò post iste Sanctus, cuius intercessione plures gratiæ hic a Deo fuerunt elargitæ, fuit à Clero, & Populo in Compatronum huius Ciuitatis, & Suburbium electus ad formam relatam a Gauan. *in Man. V. Beatorum cultus.* Hoc exposito, ac iteratis antedictis precibus eidem Sac. Congregationi nobis benignè indulxit, ut in hac Ecclesia Officium S. Francisci Xauerij de communi Confess. non Pontif. celebretur ipsa die, qua ad cœlestem Gloriam euolauit. Ex quibus conuincitur huiusmodi officium non potuisse concedi per Episcopum, qui nec potest Officiū
16 simplex in Breuiario descriptum in semiduplex extollere, neque semiduplex in duplex. Ita declarauit S.R.C. annuēte Vrbano VIII. sub die 8. Aprilis 1628. Quod multò minus possunt Canonici, & contrafacientes lethaliter delinquunt secundum Lezan. *mis. sum. p.* 1. *cap.* 12. *num.* 13. Id tamen rarissimè facientes à mortali culpa, sed non à veniali excusat Dian. *p.* 11. *tr.* 4. *res.* 45.

Quartò, in sacrarum precum lectione, siue decantatione, oportet seruare tempus, quod incipit à media nocte cuiusuis naturalis
17 diei, & terminatur ad mediam noctem subsequentis. *Val.* 22. *de. cis.* 6. *q.* 2. *par.* 10. Zerol. *V. hor. Can.* Graff. *dec. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 53. *nu.* 18. Singulisque Horis Canonicis est assignatum tēpus propriū, quas priuatē recitans illud præueniendo, vel retardando absque causa non peccat nisi venialiter, dummodo recitentur dicto interuallo. Less *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 12. *num.* 79. Card. Tol. *suæ instr. lib.* 2. *cap.* 13. Eritque veniale grauius, & leuius iuxta magnam, vel paruam anticipationem, vel retardationem, sed satis fit Ecclesiæ præcepto, vt docent scribentes *super cap.* 1. *de celebr. Miss.*

Quinimmò ex vniuersali consuetudine priuatim Matutinum
18 & crastinum cum Laudibus sero præcedenti persoluere licet. Ita communiter docent DD. qui tamen circa præcisam horam minimè

conuc-

conueniunt; Nonnulli apud Sanchez *in Opusc. par. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 37.* Opinantur, posse recitari Matutinum sequentis diei vna, vel duabus horis post Meridiem, quos sequuntur alij apud Quintanad. *loc. cit. tr. 8. sing. 2.* Quod a pluribus reprobatur, quoniam nec consuetudo id introduxit, nec legitur, id fuisse alicui à Summo Pontifice concessum: Alij assignant quartam horam meridianam. Ità Less. *de Iust. & iur. lib. 2. cap. 37. decis. 12.* Henriq. *in sum. lib. 9. cap. 24. num. 7. ly. P.* Quæ opinio videtur rigida tempore Hyemis, & magis rigidior est illa Card. Tol. *lib. 2. cap. 13. num. 7.* & aliorum, arbitrantium non posse persolui nisi Occidente Sole, qui mouentur ex eo, quod Summ. Pontif. solet priuilegiare aliquos de Clero, vt suo oneri satisfaciat legendo Matutinum crastinum in Vespere antecedenti vna hora ante Occasum Solis, ergo, inquiunt, sine diplomate Apostolico non potest recitari; sed huiusmodi fundamentum reijcitur, quia pluries Priuilegium concedit, quod ius commune, & datur ad tollendos scrupulos, & pacandam conscientiam ob diuersitatem opinionum; vt inquiunt Macign. *de hor. Can. cap. 37. nu. 7.* & Bonart. vbi supra *lib. 2. cap. 30. num. 26.*

Alij distingunt tempora, & dicunt posse recitari Matutinum hora 20. in Æstate, 21. in Vere, ac Autumno, & 22. in Hyeme. Ita Gauan. in *Rubr. Breu. Bonac. de hor. can. decis. 1. quæst. 3. par. 3. num. vlt.* & cœteri per eum relati, quorum sententia est probabilis: At verò mihi semper magis placuit opinio aliorum, qui vno verbo interstinguũt non solum quatuor Anni tempora, sed & singulos Anni Menses, ac omnes hebdomadas, dicendo tempus congruum Matutinum de sero antecedenti priuatè recitandi semper esse, quãdo Sol proprius est ab Occasu, quàm à Meridie, nam tunc per quandam legis fictionem, & Canonicam computationem quo ad Officia Ecclesiastica incipit dies sequens. Conclusio est Henriq. in *sum. lib. 9. cap. 24. num. 7. lit. P. Becan. de Sacram. q. 15. nu. 2.* Paul. *com. mor. lib. 1. q. 50. num. 4.* & aliorum. Concordant Caiet. *in sum. V. hora.* Macig. *de hor. Can. loc. cit. num. 87.* Francol. *de hor. Can. cap. 19. num. 1. & cap. 25. num. 26.* Bonart. *eod. tract. lib. 2. cap. 30. nu. 23.* & cœteri apud Sanchez *loc. cit num. 9.*

At verò in Cathedralibus, & Collegiatis tempus legitimum decantandi Matutinum est post mediam noctem, quia tunc Sol incipit ad nos venire, Vega *in sum. V. hora num. 1.* Trullench. *loc. cit. dub. 8. num. 8.* Et dicitur Matutinum à Matuta hoc est Aurora; Verumtamen Canonici soliti Matutinum in Ecclesijs persoluere vna
19 hora post Ortum Solis, non possunt cogi ab Episcopo, vt recitent ante Orientem Solem. Ita declarauit Sac. Congreg. relatore Barb:

in

in fuum collect. 468. num. 6. Interdum Summ. Pontifex, vel S. Cani Congreg. ex causa Priuilegium indulget quibusdam Collegialibus, quod valeant in suis Ecclesijs in Hyeme decantare pridie post Cōpletorium Matutinum crastinum, & eo casu Hyems accipitur à prima die Nouembris vsque ad primam Maij; prout respondit Sac. Episc. & Reg. Cong. Episcopo Arezzi sub die 30. Martij Anni 1599.

Canonicis huius Collegiatę S. C. C. supplicantibus, quatenus dignaretur à Dominica prima Aduentus vsque ad Sabbatum Sanctioris hebdomadæ eandem gratiam sibi concedere ob causas, & motiua sequentia. Quia eorum Chorus est positus in situ frigidiori Ciuitatis, & ob magna frigora Canonici ætate seniores non conueniunt de mane ad Matutinum; ac decurrentibus dicto temporis curriculo diebus breuioribus, in quibus in Aduentu, & Quadragesima habentur in eadem Ecclesia conciones, cum Canonici ferè omnes habeant onus ibi quotidie celebrandi Missas planas, quibus maior pars Populi interuenit, arctantur Missas conuentuales, vnā, vel duo, quando præscribuntur, & horas diurnas properate canere, necnon Missas planas, inordinatè, ac tempore Diuinorū dicere; quod nō sequeretur, si Matutinū sero antecedēti persolueretur vna cū officio paruo B. V. Quas causas corā Episcopo, iussu S.C. verificatas, fuit permissum Matutinum posse pridie post Completoriū dicto tempore in hac Collegiata recitari; Et dubitatum fuit circa horam huius persolutionis; Quidam dixerunt inchoandum esse, recitato Completorio hora à iure præfixa, quia agitur de Officio publico, in quo strictius, quam in priuato, seruanda sunt tempora Canonica; Ego autem contrarium censui, & iterum teneo, quod decantatis Vesperis, & immediatè Completorio hora competenti,
20 hoc est tertia, vel quarta post meridiem, vel paulò, aut minus non enim sumitur Mathematicè, sed moraliter, licitè recitari posse Matutinum crastinum præfato priuilegio attento, dummodo initium fiat intra limites superius assignatos Matutino priuato, videlicet dum Sol incipit declinare versus noctem. Ita seruatur in Matutinis publicis triduo ante Pascha, vt testatur S. Faust. *de hor. can. q. 193.* Idemque positum est in more ex generali consuetudine in Matutinis per totam Octauam Corporis Christi, vt obseruant Castald *lib. pr. cap. 10. num. 33.* Azor. *tom. 1. lib. 10. cap. 9. quæst. 5.*

Nec obstant verba priuilegij, quæ cantant post Completorium, cuius hora est circa Occasum Solis, nam notorium est, in dictis Collegiatis, Completorium recitari coniunctim cum Vespere, vt notaut Car. Marign. Francol. Bonart, *loc. cit.* Nec vrget quòd tempus

pus Vesperi designatum, sit hora 22. nanque modo non tam præcisè seruantur tempora Statuta, sed secundum consuetudinem Patriæ recitantur non solum Vespere, & Completorium, sed & Prima, Tertia, Sexta, & Nona, quæ iuxta ipsarum nomina olim alia retinebant tempora designata: Val: *loc. cit. decis. 7: q. 2. pun.* 10. Nau. *de orat. cap.* 3, *num* 39. Caiet. & Arm. *V. hora num.* 17. Verruel: *l. c. tr.* 8. *q.* 58. *num.* 7.

Matutinum de iure recitandum est summo manè, seposito pri-
21 uilegio, de quo loquimur, vel consuetudine immemorabili ex rationali causa introducta, ut inquit Trullench vbi supra, & communiter tradunt DD. nisi quandoque Vespere pridiano recitari contingat ob Concionem, & Processionem, vel Principis primum aduentum, timorem hostium, & similia, ex quibus melius pro illa vice iudicatur Matutinum sic anticipare, quam mane vtrumque properante efficere. Ita D. Thom. *quod lib.* 5. *art.* 28. Card. Turrecr. *super cap. Præsbiter dist.* 28. Fragos. *lib.* 10, *decis.* 22. *q.* 2. *n:* 9. *tom.* 2. Priscis temporibus singulæ horæ canonicę distinctis vicibus decan-
22 tabantur; modò non tamen præcisè seruatur, sed quælibet Regio ferè habet suam consuetudinem, quæ in hoc derogare potest iuri communi. Sanchez *loc. cit: num.* 3. Francol. vbi *supra cap.* 24: Et nonnulli Canonici iuxta eorum solitum possunt mane concinere Matutinum vsque ad Nonam inclusiuè, & post Prandium Vespere, & Completorium. Alij verò communius diluculo persoluunt Matutinũ cum Prima, & interuallo facto, Tertiam, Sextam, & Nonã, simulque canitur Missa, & exinde hora competenti Vespere vna cum Completorio quod magis placet Nauar. vbi supra *num.* 33. & Suarez. *de Relig. lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 7. Excipiuntur à dicta Regula dies Quadragesimales, in quibus, demptis Dominicis, Vesperas in Collegiatis opus est canere ante Prandium, habita concione. *cap solet de consecr. d.* 5. *in rubr. de obseru: Ieiun. num.* 2. Caiet. *loc. cit.*

Quòd si in aliquibus locis consueuerint Canonici Vesperas in Festis, etiam Tempore Quadragesimæ post Prandium decantare, hoc non attenditur, cum sit contra Rubricas, vt post alios docent Francol. *de hor. can. cap.* 34. *num.* 11. & Vidal. *loc. cit: inq.* 5. *in addit.* quod sequitur & si fiat ad instantiam Populi in maiori numero ad Ecclesiam post Prandium conuenientis; nanque potius satisfaciendum est Ecclesiæ, ita mandanti, & Populus est docendus, nõ sequendus, vt habetur *in cap: Docendus dist.* 62. In quorum confirmationem facit, quod dum in Cappella Papę celebratur Festum Annunciationis Beatissimę Virginis in Quadragesima, si aliquãdo

ob

ob moram temporis, quod consumitur in Missa solemni non vacet ante comestionem præscripto tempore celebrare, neque post Prandium eo die celebrantur, ne fiat contra Rubricæ dispositionem. Ita adnotatur in cœremoniali Rom. *lib.2.cap.8. sect.2.* Canonicos Vesperas in Festis Quadragesimæ concinentes post Prãdium, non dicerem ob id lethalis culpæ reos, quia Rubrica in Breuiario posita die quarta Cinerum non est præceptiua. ita Sanchez *loc.cit. dub:36.* contra alios apud Macign. *loc. cit. cap. 54. num.3:* At minimè eos excusarem à peccato graui veniali. ex Nauarr: de *Orat. cap 3. num.40.* & Aluar. vbi supra *V. hora Canon. num. 11.* à quibus non dissentit Tol. *loc.cit. lib.2. cap.13.* An verò vltra insi-
23 nuatas Vesperas Canonici extra debitas, & consuetas horas reliquum Diuini officij, pensum publicè persoluentes peccent mortaliter? Auctores diuiduntur in duas contrarias opiniones: Aiunt Sylu. *in sum. V. hora q.6.* Mirand. *in man. Prælat. par. pr. q:37. art.8.* Sot. *de iust. & iur. lib.10.q.5.* Philiarc. vbi supra *lib.1.cap.6.* & alij Negant Caiet. *in sum. V. hora* Bonac. *loc.cit. q.3. pun.3. num.7.* Valent. 22. *tom 3, disp.6.quæst.2. par:10. §.5.* Nouarr. *loc.cit. num.26.* Mihi compositionis fœdere dicendum videtur; si Populus accedit
24 ad Diuina audienda, dum celebrantur statis temporibus; non autem extra consuetas horas, amplectenda est prima opinio, quia Clerus se Populo accomodare debet, tũ ob damnũ, tum ob scãdalũ, quod ex eo facilè prouenit. vt innuit Escob. *tract. 5. exam: 6 n:70.* Si verò Christi fideles, pro quorum fructu statis horis peraguntur Diuina, soleant ad ea tam dilata, quam anticipata recitatione confluere, vel Regulariter nullatenus conueniunt; adhærendum puto secundæ sententiæ. quia tali casu nulli fit iniuria, nec datus occasio scandali. Caramuell. *loc.cit. disp. 101.* Chassaingh. *de prin. Reg. par.2. tr.8. cap.3 prop.4. in fin.* & fauent quæ tradunt Io. Andr. in *cap. Presbyter num.3. de celebr. Miss.* & Innoc. ibidem *nu.2.* Vbi subiungunt magis in omni euentu peccare Episcopos nõ curantes horarias supplicationes iuxta morem Patriæ publicè recitari, prout his mandatur *in Clem. 1. de celebr. Miss.* & sequuntur Angel. *in sum. V. hora num.22.* Vasquez *de ben. cap.4. §.1. dec.3: art:3. num.63.*

Verum est, quod si Canonici in hoc suis Prælatos non obtem-
25 perarent, mortiferam culpam incurrerent. S. Faust. *de hor. can. q. 181, & 190.* Sanchez *loc. cit: cap:2.dec.42.* Quod tamen intelligit, si Canonici absolutè non obediant; secus si semel, atque iterum in Anno, quo casu, remoto scandalo, non arbitratur esse plusquam veniale. Idem docuerunt Abb. *in cap.2. de off. Arc hipresb.* Monet. *de distr. par.1. quæst.1. num.16.*

K Quinto

Quinto, in publicè pronunciandis Diuinis precibus obseruan-
26 dus est locus; Dixi publicè, nam priuatè fundi possunt etiam in
via pedestri, vel equestri; semper enim sumus in loco dominatio-
nis Dei, vt ex Psalm. 93. *notat Possen. loc. cit. de Off. Cur.* Dicunt
aliqui, quos non improbat Dian. *par.* 10. *tract.* 11. *res.* 17. Horas
Canonicas posse absque peccato priuatim recitari, dum cibus
exgeritur Caramuel. in com. Reg. S. Benedicti *disp.* 10. *vid.* 6. &
confirmant exemplo certi hominis penes Razium *V. horæ* sic reci-
tantis; & subsannabat Dæmon, cui ille. *Quod descendit tuum est,
quod ascendit meum in Diuini numinis cultum.* Fauet, quod Daniel
inter Bestias, Ezzechias in Lecto, Iob in Sterquilinio, S. Agnes in
Lupanari orabant. Alij non excusant à culpa veniali exbluentem
in loco sordido Diuinas precationes, nisi hoc fiat ex causa. Omnes
verò consentiunt publicas horas Canonicas esse in Ecclesia recitā-
das, constat exemplo Apostolorum ad orationem adeuntium ex
cap. 1. de celebr. Miss. & cap. Dolentes eod. tit. Neque fas est etiam in
27 Aulis Principum eas solemniter decantare. Sot. de *iust. & iur. lib.*
10. *q.* 5. *art.* 4. Petrell. *lect.* 10. s. 1.

Ecclesia alia est Spiritualis, alia materialis; Spiritualiter sum-
pta est Fidelium collectio. Ita intelligit Regius Psaltes Psal. 34.
ibi *Confitebor tibi in Ecclesia magna,* & consonat *cap. Ecclesia de con-
secr. dist.* 1. Materialis, de qua loquimur est ædificiū murorū cir-
cuitu consistēs. De hac habetur 1. *Thim: cap.* 3. *Volo in Ecclesia ora-
tiones fieri, & in cap. fin. Ne prael. vic. suas.* Ista tres habet partes,
28 Chorum, Præsbyterium, & Nauē. *cap.* 1. *de vit. & hon. Cler.* Locus
in Ecclesia destinatus pro publica Horarum persolutione est Cho-
29 rus. *cap. vlt.* 92. *dist. glos. in d. cap.* 1. Daoyz *V. Chorus.* Obligatio
dicendi Diuinum Officium in Choro est realis, & non respicit sin-
30 gulas Personas capitulares, sed afficit Capitulum: Chiet *in sum V.
hor.* Suarez *tom.* 1. *de Relig. cap.* 10. *tit. de hor. Can.* Verum si Capi-
tulum non respondet huic oneri, obligatio illa realis efficitur per-
sonalis, & principaliter obligat Collegiatę Præsidem, exindè singu-
los Canonicos sub mortali ad celebrandas quotidie in Choro Di-
uinas supplicationes. Petr. Anel. *de hor. Can. cap.* 2. *dub.* 4. *num.* 7. &
cap. 3. *dec.* 2. *num.* 9. March. *loc. cit. tract.* 2. *q.* 3. Fas, iusque est Capi-
tulo Horas Canonicas concinere in qualibet Cappella, vel publico
loco ipsius Ecclesiæ; Etenim quò Canonici ad ibi Sacra Odarsa
31 celebranda conueniunt, nuncupatur Chorus, sic dictus à concor-
dia canentium, quasi coæuorum cantus, vt notat Sacerdot. Rom.
par. 3. *fol.* 3. & Coccin. *decis.* 197. *nu.* 4. Ex iuxta causa, vt ob ma-
32 gnum Hyemis frigus potest Episcopus indulgere Canonicis, vt

Ecclesiasticum Officium tunc temporis recitent in Sacristia: Itã DD. apud Gauan. *in Com. ad rubr. Breu sect*: 1. *cap*. 5. *tit*. 7. *num*. 2. & censuit S.R.C. in vna Sarzan. *sub die* 3. *Maij* 1633. relatore Barbos. *de Can. & Dign. cap*. 34. *num*. 8. Immò si Sacristia, vel Tribuna in muro communi versus Altare maius habeat Fenestram, vel Portam in Ecclesia respondentem, ex quibus apertis Populus bene audire valeat Diuinas Preces, licitum erit Canonicis etiam absque licentia Episcopi Diuinum Officium explere in eadem Tribuna, vel Sacristia exceptis diebus festis. itã docent Bordon. *conf. reg. tom*. 1. *resol*. 13. *num*. 22. & Lezzan. *in sum. tom*. 4. *V. Officium Diuinum nu*: 8. & consonant tradita per Dian. *par*. 6. *mor. tract*. 8. *resol*. 13. omninò videndum cum Bonac. *loc: cit. disp*. 1. *q*. 3. *pun*. 5. *nu*. 3.

33 Et huiusmodi Locus, vbi Diuina celebrantur Officia, dicitur Chorus; dummodo eiusdem Collegiatæ Canonici saltem quatuor intersint, & psallant. Nald. *de consecr. dec*. 5. Bordon. *loc. cit. resp*: 30. *num*. 8. Bonac. vbi supra *disp*. 2. *q*. 1. *par*. 2. *nu*. 1: Quemadmodum Curia Romana ibi esse fertur, vbi est Papa. Innoc. & Abb. *in cap. Cum ego de iureiur. num* 6.

Ad hæc in persoluẽdo Diuino Officio, requiritur modus, qui trifariam assignatur: Nempè, vt celebretur reuerenter, studiosè, ac deuotè. *cap. Cantantes* 92. *d. cap. Dolentes de celebr. Miss. & Clem*. 1. *eod. tit*. vbi Canonistæ intelligunt reuerenter, quo ad situm corpo-

34 ris, & cœremonias præscriptas, maximè in Choro; studiosè, quo ad Officium oris, & deuotè, quo ad munus cordis spectat. Idem docet Filliuc. *mor. tract*. 23. *cap*. 6. *num*. 190.

Et primò aduertendum, quod Deus non verborum, sed aduerbiorum remunerator est: Hoc est, non præmiat bonum, quod agitur, nisi benè, ac ritè fiat, paria sunt enim non facere, & non ritè

35 facere, vt inquiunt Abb. *in cap*: 1. *de re iud. num*. 27. & Polac. *de carem. par*. 2. *carem*: 4. Publicæ Psalmodiæ præmittendus est Campanarum sonus ad conuocandum Populum in Templum ad audienda Diuina. Card. Baron. Ann. lviij. *num*. 104. Necnon ad præmonendos Canonicos de instante hora conueniendi in Chorum ad laudãdum Deum. Rocc. *in tract. de Campan*. Et quia tempora non sunt æqualia, sed varia, Sacrista describat in Tabella menfatim status horas, quibus pulsandę sint Cãpanæ, & incipiẽdæ Horæ canonicæ: *cap. Solet de consecr. dec*. 1. & *cap*. 1: *de off. Custod*. Rom a Campana

36 sonat ad omnes, & singulas horas canonicas. vt testatur Francol. *l. c. cap*. 27. *nu*. 6. Alibi pulsatur ijs tantum vicibus, quibus Canonici accedunt ad Ecclesiam pro Diuinis celebrandis circa quod seruanda est consuetudo. Quòd si ob aliquod impedimentum Cã-

pana Sacræ Turris pulsari non possit, & Diuina Officia persoluãtur statis, & consuetis horis, Canonici silente campana non inter-
37 uenientes Choro non possunt excusari, quin punctentur etiam prima vice, quia cum sciant statutas Horas celebrationis Diuinorũ, absque sonitu cãpanæ debent accedere, si præstare volunt ad quod tenentur, quòd si non præstant cum non habeant aliud legitimum impedimentum, negligentes sunt, & consequenter culpabiles; ita pluribus iuribus docet Felyn. *in cap. Si autem de rescript.* & sequuntur Bart. *cons.* 101. *nu.* 1. & Crauett. *cons.* 132. *nu.* 4. & ita doctissimus Pasqualiga per litteras à me consultus respondit. & facit quod in triduo ante Pascha campanæ silent, ad repræsentandam fugã omnium Discipulorum, relicto CHRISTO Domino, & tamẽ eo tempore Choro addicti, non conuenientes ad Sacra punctantur. Hic addo, non interessentes Diuinis, quia à Campanario non solitis, sed intempestiuis Horis pulsata fuit Campana, adhuc punctandos esse, sed poterunt isti agere ad damnum suum contra eum, qui non adimpleuit Officium. Ita argumento *ex l. Nec Piscatores, ff. de incend.* & docet Barb. *in vot. dec. vot.* 102. *n.* 90. Idem sequitur de Canonico, qui talem præuentionem mandauit in præiudicium aliorũ. Macig: *cap:* 47. *nu.* 20. Vbi etiam aduertit assignandum esse modũ in pulsationibus Campanarum habita consideratione ad Festiuitatum solemnitatem. Idem aduertit Mossef. *tr.* 13. *cap.* 7. *nu:* 218.
38 dicens, nunc maiores, nunc minores pulsari. In euentu, quo cępto signo pro Matutino, quis Canonicus adhuc in Lecto iacuerit, confestim recogitet illum sonum esse Tubam militantis Ecclesiæ ipsum excitantis, & dicentis, illud Iudicum *Surge, & loquere canticum Domini*: atque absque mora vestibus talaribus indutus, potius cum primis, quam cum vltimis pergat Ecclesiam. Ita quendam Canonicum admonuit B. Birg. *Reuclat: lib.* 4. *cap.* 80. Si verò tempore, quo insinuatus sonus incipit, tàm pro Matutino, quam pro reliquis Horis Diuinis, fuerint foris in vijs pro aliquo negotio, nil operi Dei præponant, ne his possint adaptari versus.

Quid facis extra Chorum, qui debitor Officiorum
Es Diuinorum? cur induis acta vagorum?

Sed statim ad Ecclesiam se conferant, in quam ingressi orent ad Altare SS. Sacramenti, vbi dicere poterunt *Veni Creator Spiritus*, prout semper ante Diuinum Officium faciebat S. Franciscus Xauerius: vel dicant, *Tua me Domine gratia semper præueniat, ac sequatur, & Diuinis precibus me præstet esse intentum*. Aliquas etiam Deuotiones faciat de B. Virgine, prout quendam Canonicum docuit S. Birgitta loc. cit. deinde proficiscantur in Sacristiam, ibiq.

non

39 non in Choro, choralem Habitum silenter, & modestè induant, &
dum Rocchettum, siue Cottam recipiunt, quæ sunt vestes Albæ
meditentur se gerere personam puram à peccati labe; & ponentes
Almutiam super humeros, contemplentur, se in suę mortalitatis
40 signum talem ferre pelliceam. Ita monet Bellem: *in cap. Adam de*
pænit. dist. 1. Qui verò Cappis se vestiunt, animo agitent, sicut illæ
humeros deuinciunt; sic se oportere mūdanas cogitationes depres-
sas habere, & mentem, & animum ad Dei cultum accomodare.
Transacta tertia parte vnius horæ à Signo dato per sonum Campa-
næ Sacræ Turris, procedatur ad inchoandum Officium nemine
expectato. Sac. Congreg. apud Gauan. *V. Canonic.* 23. Veruntamen
41 si Episcopus interesse voluerit, determinanda est cum eo certa ho-
ra pulsandi Campanas in quo potius Populi, quam Episcopi com-
moditas attendenda est. S. R. C. 28. Augusti 1584. Atque Episcopo
hora destinata non comparente, incipiatur Officium, Barb. de
de Can. cap: 32. *num:* 15. & Sac: Congregat. apud Polac. vbi supra
fol. 447.
Antequam Canonici ingrediantur Chorū, præuidēda sunt quæ
cantari debent in nota: atque duæ candelæ ad Altare maius accen-
dantur. Sac. Episc: Congr: 7. August. 1615. In ingressu Chori pul-
setur Campanula, qua denotari solet egressus Sacerdotis ad Mis-
sam planam, quod signum non fit pro adunādis Canonicis, hi enim
iam debent esse in Sacristia, sed vt qui in Ecclesia consistunt nos-
cant tunc officium incipi: D. Carol: Synod. *par.* 2. *fol.* 121. Termi-
nato sono eiusdem Campanulæ, omnes de gremio Capituli sine
mora, graui incessu, & ordinatè procedunt ad summ stallum in
Choro. Et aduertendum, ordinationem Cęremonialis Episcopo-
rum *lib.* 1. *cap.* 5. vt Canonici de Sacristia egrediantur bini, & bi-
ni, accipiendam esse in solemnitatibus. Ita interpretatur S. R. C.
12. Iun: 1628. Quæ solemnitates enumerantur ab eod. Cœremon:
42 *lib.* 3. *cap.* 7. vt sequitur, Natalis D. N. I. C. Epiphania, Pasca, As-
censio, Pentecostes, Corpus Christi, Natiuit. S. Io. Baptistæ, Festū
Apost. Petri, & Pauli, Assumptionis B. V. Omniū SS. Dedicationis
Ecclesiæ, Sancti Titularis ipsius Ecclesiæ, ac Patroni Ciuitatis.
Et sciendum, quod Pascha, & Pentecostes complectuntur tantum
primam earumdem solemnitatum diem. Hoc totum tradit Rota
par. 7. *diuersi seu in addit. ad* 5. *par. dec.* 515. In celebritatibus enar-
ratis ad Vesperas, exeunt de Sacristia duo Ceroferarij Cereos ac-
censos ferentes, exinde alij Clerici, & sequuntur Cappellani, Ca-
nonici, & Dignitates, omnes tecto Capite bini, & bini excepto
capite Collegiatæ exeunte solu post vltimas Dignitates, vel anti-
quiores

quiores Canonicos; postea duo Cappellani parati, qui inseruiunt Canonico hebdomadario, vltimo loco incedenti Pluuiali induto. Ita scribit Rub. *sing. par. 4. tit. de Praeced.* Caeteris autem Festis, ac Dominicis, considentibus capitularibus in Choro, Canonicus Officium faciēs assumit in Sacrario Pluuiale, ac egreditur medius inter duos Praesbyteros paratos, qui fimbrias Pluuialis celebrantis parumper eleuant, vt habetur in caerem. Episc. *loc. prox. cit.* & cum peruenerint ad Altare maius, omnes parati aperto capite recta linea se inclinant, vel genuflectunt, si adsit Sanctissimum Sacramētum; protinus celebrans accedit ad suam Sedem, vbi Ministri ante eum in plano stant, vel sedent. Gauan. *in Com. ad rubr. Miss. cap. 3 sect. 10. num. 9.*

Quòd si vigeat consuetudo, vt Pluuiale ab Hebdomadario desumatur tantum ad Capitulum Vesperarum, seruanda est; ex Decr. Sac. Congr. penes Barb. *in sum. collect.* 125. Quo casu ad vltimum Psalmum adit Sacristiam, & dimissa Cappa, capit Pluuiale, vt notat Polac. *l. c. Caerem.* 12. In Choro quiuis de Clero suum locum non excedat, vt monet Fusc. *de Visit. cap.* 15. *nu.* 11. Canonicum sui Collegę fixam Sedem vacuam occupare non debet, & eò minus ascendere ad Sedes Dignitatum. Rot. Rom. *par. 6. diuers. dec.* 188. *nu.* 11. *ex parte*, & Gauan. *in Man. V. distributiones nu.* 3. *in addit.* Quadrat quod legitur Dan. *cap.* 10. *Sta in gradu tuo.* In multis Ecclesijs Sedes vacuae occupari solent ab alijs Canonicis, ratione sessionum, quas
44 habent post eas, quae consuetudo est satis rationabilis, quia Canonici magis vnitim Diuinum Officium recitant, & eo concordes sunt in prolatione verborū, vt ait Roa *in tract. de alia Vita tract.* 2. *cap.* 6. & fauet Rot. *in addit. ad* 5. *par. diuer. dec.* 223. *n.* 11. Quamobrē Episcopus prouidere debet, ne vna pars Chori quandoq. vacua ob Canonicorum absentiam remaneat, dum altera pars à suis Sedibus exire recusat. Ita Sac. Card. Congr. *die 7. Sept.* 1595. relatore Barb. *in collect. Bull. V. Episcopus quam, &c.* At verò si post occupatū maioris locum, iste aduenerit, debet, qui occupauit, se retrahere, & ei suam Sedem cedere, ac cedenti qui sequitur, & sic deinceps, *cap. Renouantes*, & ibi glos. *dist.* 22.

45 Sedilia Dignitatum, & Canonicorum in Choro debēt esse paria; ita vt vna non sit altior, neq; ornatior altera, vt aduertit Bordon. *de praeced. n.* 562. & congruit esse contiguā, vt nil in ea mediet, prout deducitur ex Rot. apud Coccin. *dec.* 157. *n.* 4. Vbi Altare maius fuerit à pariete separatū prima Sedes erit, quę è regione Altaris stat parieti in medio fixa, & in Cathedrali debetur Episcopo, dum ei conuenire placuerit ad recitāda Officia Ecclesiastica in Choro. S. R. C.

apud

apud Barb: *collect.* 289. *nu.* 2. Atque huiusmodi Sedes decet Præpositum Collegiatæ iurisdictionem quasi Episcopalem habentem. Hinc indè sint sedilia pro Dignitatibus, & Canonicis, ac earum, & horum medietas sit ab vna parte, & medietas ab alia, & post Dignitates, quocunque reiecto intermedio, sequuntur Canonici. Primus locus post Episcopum, vel memoratum Prælatum erit a dextris ipsorum: Gram. *dec.* 64. *nu.* 24. Si verò Chorus fiat ante Altare; Sedes Choralis Episcopi collocatur à cornu dextero Altaris, parum seiuncta ab alijs subsellijs, adeò vt Dignitatum, vel Canonicorum Sedes non sint oppositæ. Ita S.R.C. die 7. Febr. 1604. & præ-

46 fata Sedes Episcopi non consideratur in numero aliarum, sed semper reputatur nobilior locus, qui sequitur ab eius parte. Leonell. de *praeced. q.* 7. *art.* 12. Ragu. *de* [illegible] tam si Sedes pro Episcopo sit à parte dextera Chori, quàm à finistra, vbi aliquando ponitur ob angustiam partis dexteræ, vel comodiorem locum. Vnde si Episcopus, vel principalis Prelatus occupet partem sinistram, honoratior locus erit sinistrorsum post eos: vt post alios obseruati Purpur. *l. c. consf.* 540. *n.* 12. Ratio est, quia locus nobilitatur a persona, non è contra. Ita docent Tiraq *de Nob. cap.* 12. *nu.* 16. Crass. *de cærem. lib.* 1. *cap.* 19. *V. habetur ratio.* Lotther. *de re ben. lib.* 2. *q.* 33. *nu.* 7. Dan. de Nob. vbi suprà *disp.* 60. *num.* 66. consonat quòd refert Hippol. de Nobil. Med. *dial.* 1. *de Aristippo*, qui ob quoddam responsum minus gratum Dionysio, iussus fuit in infimo loco accumbere, de quo nil offensus dixit, *Dyonisius hūc locum illustrare voluit.* Similem exemplum affert Ross. *in Conu. mor. V praecedentia.* & eruditissimus Vir apud Tiraq: *l. c. cap.* 12. *nu.* 17. *Sic fatur, Vir dat loco suo honorem, sed non vicissim locus Viro.* [illegible]

Ratio rationis nuper allatæ est, quia locus, cum sit accidens expers qualitatis, non potest vllam qualitatem afferre; nemo quippè dat, quod non habet ad vulgaria. Sedes Episcopi in Cathedrali, & Prælati Principalis in sua Collegiata, esse debet eminentior cæteris in Choro, vbicunque sit posita, vt innuit Fragos. *de Repub. Christ. lib.* 3. *d.* 8 *nu.* 26. *tom.* 2. Post eosdem prima Sedes competit Hebdomadario parato ante quoscunque in Choro existentes. Gauan: *in man. V. Can. mun. num.* 19. Quinimò si esset consuetudo, vt Canonicus Hebdomadarius non paratus Sedem retineret ante Canonicos, esset seruanda, vt docuit S. C. tradit Barb: *in sum. Apost. dec. collect.* 228. *nu.* 4. Ex his tamen haud infertur, Digniorem stallum supra Canonicos deberi Cappellano hebdomadam facienti etiam parato, qui solummodo sedere debet super alios Cappellanos, vt notant Castal. *in prax. lib.* 1. *cap.* 11. *sect.* 7. *num.* 5 & Polac.

de

de Cærem. loc. cit. fol. 156.

An verò in Ecclesia Collegiata omninò Episcopo subiecta pri-
47 mus locus in Choro debeatur Canonico hebdomadario Pluuiali in-
duto, aut ipsiusmet Collegiatæ primæ Dignitati: & capiti? quæ-
stionis fuit; Dixerunt aliqui illi competere, innixi cæremon. Episc.
lib. 2. cap. 3. & 6. vbi in Choro assignatur prima Sedes Canonico
hebdomadario parato, & huic semper in eodem cæremoniali dan-
tur prærogatiuæ nunquam; facta mentione de insinuata prima Di-
gnitate, & Collegiatæ capite. Alij arbitrati sunt *ex cap. Legimus 93
dist.* & glos. ibid. Primum Sedile in Choro dicto Pręposito conue-
nire, vti capiti Canonicorum in Ordine. Mihi visum fuit cum di-
stinctione loqui; Aut Chorus remanet post Altare, cuius medio
sit Sedes fixa & tūc huiusmodi Sedile vti Nobilius reseruatur primę
Dignitati Collegiatæ capiti, & Canonicus Hebdomadarius para-
tus sedet in primo stallo ab ea parte Chori, in qua Hebdomada
celebratur, & sic dicitur retinere primum stallum in Choro, quia
illa Sedes in medio existens non computatur inter Canonicales,
quas in Collegiatis Episcopo subiectis hinc indè tantum esse sup-
ponit idem *Cærem. l. c.* & ita sentire videtur Sperell. *dec. 76. nu. 24.
tom. 1.* Aut Chorus sit ante Altare maius, ad mentem *Cærem. lib. pr.
cap.* 18. Et hoc euentu, prima Sedes in Collegiatis debetur à parte
48 Euangelij Hebdomadario parato, quia cum ibi non adsit Sedes in
medio, omnes aliæ numerantur, & reputantur Canonicales, qua-
rum primam cæterm. assignat dicto Hebdomadario; atque illa Se-
des, à latere Epistolæ debita dictę primæ Dignitati, debet esse ex
diametro opposita Sedi Hebdomadarij: videatur Sperell. vbi supra.

In nonnullis Collegiatis solet quandoque apponi sedile pro Ca-
nonico celebrante extra Altare maius, ad Altaria minora, vbi oc-
casione Tituli Cappellæ cātatur Missa, vel Vesperę. Quod solitum
non improbauit S.R.C. in vna Lucanæ Collegiatæ Diœcesis sub
die 7. Nouemb. 1652. Apud nos Canonicus celebrans regulariter
49 Sedet in Præsbyterio à cornu Epistolæ, in scamno decenter instru-
cto, maximè in Vesperis, in quibus non potest recusare minorum
Clericorum assistentiam, & si *Cærem. Episc. lib. 2. cap. 3.* Dicat hoc
ministerium pertinere ad Præsbyteros. Ita declarauit S. Congreg.
apud Barb. *collect.* 154. *nu.* 16. Cæteri Capitulares sedent in Cho-
ro post Altare maius, quæ consuetudo laudatur à Barb. *in suis vot.
dec lib. 3. vot. 115. nu. 4.* & quando Capitulum progreditur ad so-
lemnizandum Festum alterius Ecclesiæ, Sedile Canonici celebrā-
tis Missam, & Vesperas collocatur, in loco separato ab aliis, & il-
lud primæ Dignitatis Collegiatæ à parte Euangelij; Quod sedile

potest

potest esse parum eleuatius cœteris, nõ tamen disiunctum ab alijs Sedibus Canonicalibus, quia, & ipsa prima Dignitas est de Capitulo, & inter Capitulares non debet in Choro apparere aliqua dispersio, sed coniunctissima vnitas. Rot. *par. 6. diu. dec. 252. nu. 12.* Sedes secunda Choralis ponitur è regione eidem Sedi memoratæ Dignitatis. Barb, *de iur. Eccl. lib. 1. cap. 21. nu. 109.*

Hic inuestigandum, qui locus debeatur in Choro Episcopo, qui
51 Episcopatum renunciauit, & postea Canonicatum obtinuit in Cathedrali, vel Collegiata suæ olim Diœcesis; & eidem primam Sedem post primam Dignitatem Cathedralis, & Collegiatæ Præpositum conuenire existimant Abb. *cap. Postulasti nu. 8. de concess. præb.* Caslan. *par. 4. consid. 45.* Farinac. *dec. 228. num. 2. par. 1.* Grat. *cap. 106. 391. nu. 51. & cap. 482. nu. 9.* Veluti Regularis factus Episcopus, renunciato Episcopatu, & ad Religionem rediens, obtinet in Choro immediatum stallum post illius Conuentus Priorem; vt volunt Petr. à Biax. *in Direct. p. 1. cap. 3.* Peyer. *in addit. ad Constit. Sixt. IV. cap. 2. n. 34.* Ratio est, quia adhuc est verè Episcopus: Ali-
52 ter dicendum de Abbate, à quo facta fuit renunciatio suæ Abbatię, cum in isto non remaneat aliud, in quo nomen Abbatis conseruari valeat. vt obseruat Ricciul. vbi supra, *lib. 4.* Verumtamen non incongruè honoratur prima Sede Chorali post modernam Abbatis Ecclesiæ. vt aiunt Ant. de Præt. *l. c. cap. 6. nu. 55.* & Fragos. *lib. 10 dec. 24. §. 3. nu. 10. tom. 2.* Quandoquidem remanent aliqua Dignitatis vestigia, quæ in eadem persona quandam honorariam Dignitatem conseruant. Massobr. *de Synod. cap. 4. dec. 13. nu. 3.* Ferrett. *cons. 240. num. 23. Vol. 2.* Ricc. *in Prax. par. 4. resol. 116. num. 1.* Limita nisi ob culpam fuisset Abbatia priuatus, vt benè Caslan. vbi supra *consid. 34: & facit cap. 1. de schism. lib. 6.* Quemadmodum Canonicus legitimè despoliatus omni iure Collegij, si exindè ex gra-
53 tia restituatur, non recuperat suum pristinum locum in Choro iā ab alio occupatum. Dec. *in cap. Clerici nu. 17. de Iudic.* Felyn *cons. 1. nu. vlt.* Guido Papa *singul. 365.* & Cantelor. *de praced. nu. 39.* Intellige, nisi à Sum. Pontifice ei facta fuisset plena restitutio cum clausula, *Non obstantibus, &c.* Imol. *in cap. Quia nu. 6. de elect.*

In optando Canonicali Præbenda, Canonicus antiquior non
54 amittit suum Digniorem locum in Choro, quoniam non mutatur Titulus Canonicatus, sed duntaxat temporalitas Præbendæ. Gonzal. *l. c. glos. 34 nu. 44.* Gigas *de pens. quæst. 63.* Secus dicendum in permutatione Canonicatuum, quia in ea datur nouus Titulus, ac
55 vacatio Canonicalis Præbendę. *cap. De rer. perm. lib. 6.* Rot. *dec. 1. eod. tit. in nou.* & notat Mandos. apud Sanchez *cons. to. 1. lib. 2. cap. 3.*

L *disp. 4.*

disp. 4. Verum Canonicus antiquior non priuatur honorabiliori loco in Choro, nisi habita possessione alterius Canonicatus, quem obtinuit; Paris. *de resign. lib. 3. q. 1. nu. 147.* Grat. *discept. for. cap. 481. nu. 10. & alij.* Et quando quis non priuatur suo stallo in Choro, percipit Distributiones; Paris. *cons. 93. nu. 8. par. 4.* Nald. *V. renunciare nu. 13.* Si quis libere renunciauerit suum Canonicatum in manibus Superioris, statim amittuntur titulus, & locus in Choro, & Distributiones. Felyn. *in cap. Ex insinuatione nu. 15. de Simon.* Post. *loc. cit. obseru. 57. n. 6.* Ricc. *in Prax. par. 2. resol. 601.* De loco Canonici Coadiutoris in Choro, uideatur quæ diximus lib. I. & ulterius sciendum, non esse inconueniens ipsum, ac eius Coadiutum in Choro permanere, atque in Processionibus incedere
56 cum habitu chorali; dummodò Coadiutor assistat, & incedat post omnes Canonicos, & id fiat ex voluntate omnium Capitularium. Farinac. *decis. 410. nu. 4. p. 2. in posth.* Villagut. *decis. 102. num. 17.* Si tamen veri Canonici essent parati, decet Coadiutorem interesse cum habitu tantū Canonicali, vt sic appareat coadiuti præmi-
57 nentia. Ita Gauan. *in Prax. Synod. p. 1. cap. 13. n. 3.* Canonici Collegiatæ, capitulariter accedentes ad similem Ecclesiam, pro decātando aliquo Officio in Choro, excipiendi sunt honorificè pulsando Campanas, & tangendo Organum, & Canonicos, ad quorū Ecclesiam isti conueniunt, illis obuiam ad Ostium procedere decet, ac dare dexteræ partis Chorum, excepta Sede Priorali: vt colligitur ex Rot. *par. 6. diuers. decis. 16. nu. 7.* Cappellani debent in Choro sedere, in locis distinctis à Canonicis; ad formam cœremonialis Episc. vt tradit Rot. *par. 2. diuers. decis. 336. num. 5. & par. 6. decis. 218.*
58 Inter Canonicos in Choro non debet quis interponi Barb. *in sum. dec. Apost. collect. 122. n. 1.* Nihilominus non erit incongruum, post primum de Choro Digniorem locum ibi dare alicui Ecclesiasticæ Personæ qualificatæ præsertim aduenæ Ordinarijs indumētis vestitæ, ex Manriq. *de praeced. vbi supra,* Vener. *in Exam. Episc. l. c. cap. 38. nu. 12.* Vghell. *de Episc. Ital. tom. 3. fol. 634.* Dixi personę Ecclesiasticæ, etenim Laici quantumuis Nobiles repelluntur non solum à Choro, sed & à Præsbyterio, quod est pars Ecclesiæ ante Altare maius sita. *cap. Sacerdos de consecr. dec. 2. cap. 1. de Vit. & hon. Cler. Innoc. in cap. Vt Laici eod. tit. nu. 1.* Dan. de Nob. *disp. 89. num. 13. in addit.* Vbi aduertit, ab Episcopo curandum, ne vtrobique collocē-
59 tur Sedilia Laicorum, qui manere debent in Ecclesiæ Naui: Sic nuncupata, quia Ecclesia debet esse insulata velut Nauis in medio Mari, eiusq. pars nobilior, respectu Laicorum, dum Sacerdos

celebrat

celebrat Diuina est à cornu Epistolæ. Rationē assignat Rot. in vna Albiganen. præceden. 20. Iunij 1653. Veruntamen tàm in Choro, quàm in Præsbyterio non prohibentur Imperator, & Reges stare, ac ibi suas Sedes retinere Rot. apud Coccin. dec. 142. num. 1. Ratio est, quia hi non sunt omninò sæculares, sed quasi personæ Sacræ: Archid. in cap. Cleros nu. 4. dist. 21: Marc. dec. 1022. nu. 12. Selu. de ben. par. 2. q. 23. nu. 12. Vndè præcepto Dei, Oleo exorcizato Vngũtur in Brachio. Vital. in Clem. nos itaque nu. 44. de iureiur. Abb. in cap. de Sac: Vnct. S. vndè num. 4. D. Anton. p. 3. tit. 14. cap. 8. §. 2. Et quamuis careant ordine Sacro, possunt apparatu Subdiaconali Episcopo solemniter celebranti ministrare: glos. in cap. Valentinianus 63. dist. in fin. Cassan. in Cath. glor. Mund. p. 5. consid. 24. Immò Imperator, dum à Papa coronatur, sibi hoc ministerium præstare iuramento pollicetur, vt scribit Mart. de iurisd. par. 1. cap. 18. n. 19. & assistens Matutino noctis Natiuitatis D.N.I.C. præsente Papa, cantat Lectionem sub Euangelio Exijt edictum, vt habetur in cœrem. Rom. lib. 1. cap. 12. & fruitur hoc Priuilegio licet non suscipiat Ordines Sacros, vt notat Moscon. vbi supra lib. 2. cap. 2. Carolus Magnus non tantum Horis Canonicis in Choro sæpius intererat, sed Hymnos, & Psalmos ibidem decantabat teste Hadrian. Histor. lib. Vnic. Anno à Christo nato 815.

Duces, & Principes, Imperatorem minimè recognoscentes, suas Sedes in Presbyterio retinere permittuntur; Videte Dan. de Nob. vbi supra disp. 65. nu. 54. Princeps Massæ à tempore, quò in contra-
60 rium non extat memoria, semper Sedem habuit in Præsbyterio à parte Epistolæ cum Baldachino desuper, ibique permansit pluribus Episcopis occasione Visitationis in hac Ecclesia solemniter celebrantibus: ex quo manutenendus est in sua possessione, prout in simili casu firmat Rot. Rom. de mente S.R.C. apud Lotther. de re ben. lib. 1. q. 13. nu. 27. Cæteri locorum Domini huiusmodi immemorabili non gaudentes, & superiorem in temporalibus recognoscentes, possunt tantummodo in corpore Ecclesię suas Sedes elatas pro audiendis Diuinis habere, non tamen cum Baldachino. Ita declarauit Sac: Cong: penes scib Rub. V. Baldachinum nu. 2. De iure antiquo Dignitates, & Canonici non adstringebantur horas Cano-
61 nicas in Choro recitare in proprio stallo, neque cum habitu Chorali, vt docemur à Monet. de distr. par. 2. q. 19. nu. 40. Bonac. eod. tract. d. 2. q. 4. nu. vlt. Castr. Pal. de hor. Can. decis. 3. pun. 5. num. 3. Fragos. vbi supra disp. 8. num. 29.

Modò huiuscemodi pensum in habitu Canonicali, ac in suo stallo persoluere tenentur sub pœna amissionis Distributionum.

L 2 Barb,

Barb. *de Can. cap.* 18. *nu.* 4. Lotther. *l. c. q.* 1. *nu.* 50. & Pasqual. *decis.*
498. *num.* 1. Habitus Choralis Canonicorum debet esse vniformis,
& coæqualis; Quamobrem Canonici Prothonotarij Titulares fa-
cultatem non ferunt vtendi in Choro Rocchetto, & Mantelletto,
dum Diuinis Officijs cum alijs Canonicis assistunt, etiamsi vellent
61 Distributiones amittere, sed ibi habitu chorali se induere, ac in
stallo sibi, vti Canonicis, debito permanere tenentur. Nald. *in cap.*
Vt Laici, de Vit. & hon. Cler. & determinauit S. R. C. apud Barb.
loco statim cit. & *cap.* 36. *n.* 1.

Quod non ignorantes Canonici Cathedralis Florentiæ, iam à
Leone Papa X. Prothonotarij honorarii in certo numero creati, &
successiuè constituti, nunquam vtuntur in Choro, & circuitu habi-
tu prælatitio, sed chorali, nempè Cappa, prout alij Canonici non
Prothonotarij, & optimè quidem; Nam habitus ille diuersus faci-
lè inuidiam inter Collegas generaret, vt aduertunt Bald. *in cap. Cum*
olim nu. 8. *de consuet.* Menoch. *cons.* 158. *nu.* 26. *p.* 2. Vghell. *de Episc.*
Ital. tom. 3. *fol.* 634. Hinc occasionem sumo aduertendi, quòd licet
nō reperiatur interdictum, quòd Canonicus Prothonotarius inter-
sit Diuinis Officijs cū habitu prælatitio in Naui Ecclesiæ cum cæ-
teris Prothonotarijs Titularibus non Canonicis, quibus ibi con-
uenit scanninum panno viridi coopertum ex Decreto S R. C. ema-
63 nato sub die 21. Ian. 1634. Nil secius; Quia multa licent, quæ non
expediunt, & non omnia, quæ non sunt prohibita, sunt honesta,
vt carpitur ex D. Pau. *cap.* 6. *ad Cor.* & Caiet. *glosatore in sent.* 9. *q.* 5.
Canonicus Prothonotarius melius faceret abstinere à sedendo cū
Prothonotarijs in Corpore Ecclesiæ, ne alij Concanonici persistē-
tes in Choro indignentur, & conquerantur, dicendo, quod ille ma-
gis ex Prothonotariatu, quàm ex Canonicatu glorietur. Permitti-
64 tur autem Canonico Prothonotario non solum in Choro, sed & in
Processionibus vti subtanea, seu veste violacea, dummodo habitu
Chorali alijs Canonicis coæquali desuper indutus appareat. Ita de-
clarauit S. R. C. relatore Pyrr. Corad. *in Prax. Disp. Apost. lib.* 5. *cap.*
6. *nu.* 52. Quapropter, si Canonici vtātur in Choro Cotta cū Almu-
tia nō licet Canonico Prothonotario ibidē vti Rocchetto sub Cot-
ta. Ita diffinitum fuit à S. R. C. penes Dan. de Nob. *disp.* 30. *nu.* 51.

Porro animaduersione dignum est, vbi prima Dignitas, & Ca-
65 put Collegiatæ est etiam Prothonotarius honorarius, ius habet in
Choro, & Processionibus eiusdem Ecclesiæ deferendi Rocchettum
cum Mantelletto tàm nigri, quàm violacei coloris, prout cuicun-
que Prothonotario titulari licitum est in Ecclesijs non Collegiatis
vti eodem habitu Prælatitio in functionibus Ecclesiasticis. Ita

Sāc.

Sac. Congr. apud Gauan. *in Man. V. Praecedentia nu.* 33. Polac. *de Carem. p.* 2. *in add. fol.* 487. & ex parte Corrad. *loc. cit. num. ultimo.* Præpositus Ecclesiæ Collegiatæ præsente Episcopo, cui est subiec-
65 tus, non potest etiam in Choro Mozzettam Violacei coloris gestare, quamuis hæc sit ipsius choralis habitus, cum in præsentia Superioris deponendum sit omne, quod denotat iurisdictionem. Boich. *in cap. Antiqua nu.* 7. *de priu.* Grat. *decis.* 29. *nu.* 4. Et multò magis id seruandum est coram Cardinali, in cuius præsentia nec Episcopus vtitur Mozzetta, nisi de illius consensu. Petr. de Anchar. *in d. cap. Antiqua nu.* 7. Abb. ibid. *nu.* 1. *Videatur Carem. Episc. lib.* 1. *cap.* 4. Si verò dictus Collegiatæ Secularis Præpositus esset exēptus, ac haberet iurisdictionē in Foro externo, liberè posset vti Mozzetta cum Rocchetto aperto coram Episcopo, tam in Choro, quam extra in suo Territorio, veluti faciunt Generales, & Abbates Regulares intra eorum Claustra. Cesped. *de exempt. Reg. dub.* 220. *nu.* 8. & censuit Sac. Episc. & Reg. Congreg 27. Septembris 1615.

Vicario Capitulari non Canonico haud conueniit Sedem Archi-
66 diaconi occupare in Choro, sed ibi manere debet in alia Sede portatili, ex Decreto S.C. apud Barb *de Can. cap.* 42. *nu. eod.* Qui, si sit Canonicus, debet esse cum habitu Canonicali in proprio Stallo, aliàs perdit Distributiones. Sbroz. *de off. Vic. lib.* 2. *q.* 5. *nu.* 17. Say. in Flor. *eod. tit. dec.* 3. Ricc. *in Prax. p.* 1, *res.* 109. Idem sequitur de Vicario Generali Canonico. Negusan. *l. c. quaest.* 349. *nu.* 14. Mar. Italia *de Imun. lib.* 1, *cap.* 6. § 1. *nu.* 15. Episcopus autem, qui simul est eiusdem Ecclesię Canonicus, particeps est Distributionū vtendo in Choro Rocchetto, & Mozzetta tempore Diuinorum, vt obseruant Nald. super *d. cap. Vt Laici*. & Piasec. *in Prax. Episc. p.* 2. *cap.* 3. *nu.* 8. Et sciendum, quòd Episcopus est exemptus ab onere
67 recitandi Horas Canonicas in Choro, licet eius Mensæ sit vnitus Canonicatus ipsiusmet Cathedralis. S. Thom. 2. 2. *q* 91. *ar.* 2. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 23. *cap.* 4. Macign. *l. c. cap.* 57. *nu.* 9. & colligitur ex *Carem. Episc. lib.* 2. *cap* 7. Quo casu, Choro non interueniens amittit Distributiones, sed lucratur fructus Præbendę, ac Mensæ grossæ. Ita declarauit S. Congr. apud Zipeum *lib.* 3 *tit. de Cler. non res. nu.* 35. Nec remanet obnoxius ad peragendas aliquas functiones Canonicales; Grau. *in man. Episc. V. Can. mun. n.* 7. Aliæ Dignitates tam Cathedralium, quam Collegiatarum Ecclesiarum de iure adstringuntur horarias supplicationes, quantum permiserit valetudo, quotidie in Choro recitare, ac æqualiter cum cęteris officia Canonicorum exercere, Tamb. *de iur. Abbatiss. disp.* 5. *quaest.* 2. *num* 15.

Baro.

Barb, *in sum collect.* 87. *nu.* 14. Nec ab his oneribus eximitur pri-
ma Dignitas, & Caput Collegiatæ, quę sit de Capitulo, quantumuis
sit nullius Diœcesis, vt videre est in vna Piscien. Iuris conferendi
24. Martij 1658. *coram D. Albergato*; Atque deficiente in prædictis
punctatur, & multatur, vt alij Collegiales: Ita vidi in nonnullis
Constitutionibus Capitularibus eiusdem Collegiatæ Pisciæ, & al-
legantur à Rot. ibidem.

Non est ambienda prima Sedes Chori, vt quis maior, vel Supe-
rior appareat in Choro, in quem omnes intrare debent, vt dent
gloriam, honorem, & magnificentiam Soli Deo, stellato sedenti
solio, quem publica Psalmodia ipsum innumerabilium Angelorũ
exercitu circũ amictũ laudare, & deprecari debent corporis con-
formatione, ac Religiosis gestibus, de quibus in Ecclesiastico Of-
ficio fit mentio his verbis, *Frequentate nobis dulcia cantica dramatis*;
Cantica dramatis actione, & voce consistũt, vt exponit Baron. *An-
no à Christo nato* 60. *nu.* 25. Et quidem, si quispiam sermonem ha-
bitutus cum terreno Principe gressus, manus totiusque corpis mẽ-
bra componere studet, quantò solertius, cum debita veneratione,
in Diuinis Precibus adhibendæ sunt cœremoniæ, quæ sunt exte-
69 riores actiones ad Dei cultum pertinentes: atque cum grauitate,
in Ecclesiasticis Officijs peractæ, ipsis ministris deuotionem fo-
uent, fidem augent, spem confirmant, & pietatem excitant, vt do-
cent Turrecr. *in cap. Sed dist.* 5. *nu.* 4. & Heriquez *in sum. l.c. cap.* 11.
nu. 1. Et Populus, qui magis sensibus, quam contemplatione mo-
uetur, cernens earum splendorem ad veram Religionem veneran-
dam, diuinamque Maiestatem deprecandam prouocatur, & mo-
uetur, vt inquit Bellarm. *controuer. tom.* 3. *lib.* 2. *cap.* 3. & innuit Sac.
Conc. Trid. *sess.* 22. *cap.* 5. Sicut, è contrario cęremonię, quæ in
70 Ecclesiasticis Officijs irreuerenter, & indecorè fiunt, irrisionem,
iocum, ac rerum Diuinarum contemptum pariunt in Populo, vt
indicat Laym. *mor. lib.* 5. *cap.* 8. *nu.* 4. & taliter facientes in quan-
dam Sacrilegij speciem incurrere arbitrantur D. Anton. *in sum.
par.* 2. *tit.* 9. *cap.* 12. & Less. *de iust. & iur. l.c. cap.* 45. *d.* 3, *nu.* 17. Cui
doctrinæ fauet Leuit. *cap.* 5. vbi legitur, *Anima præuaricans Cęremo-
nias adfert pro suo delicto Arietem immaculatum*. Quod Sacrificium
in lege veteri non requirebat Deus, nisi ob grauia flagitia, vt ob-
seruat. Ant. Molin. vbi supra *tract.* 3. *cap.* 12. §. 1. Enumerans, alios
sacræ paginæ locos, quibus apparet vltio, quam sumpsit Deus ob
huiusmodi cęremoniarum languorem, & corruptelam; quemad-
modum eas ritè, ac rectè seruantes Deus efficit prosperos etiam in
71 bonis temporalibus, teste Homob. *in com. par.* 3. *tract.* 14. *q.* 20.
resol. 1.

resol. 1. & fortius huius rei confirmandæ testimonium habemus Gen. cap. 26. vbi habetur Deum posteris Abraham multas regiones contulisse, eo quia Sacras cœremonias seruauerint. In Ecclesijs Collegiatis illæ adhibendæ sunt in Diuinis Officijs cœremoniæ, quæ in Rubricis Breuiarij, cærem. Episcop. Sac. Rit. Congr. Decretis præscribuntur, & retinet Laudabilis cuiusq; Ecclesiæ consuetudo, ob quam immemorabilem tolleratur cœremoniæ eidem cœremoniali, vel aduersantes; Dummodo non sint abusus. vt tradunt Garc. de ben. par. 3. cap. 2. nu. 191. in addit. & Tamb. de iur. Abb. disp. 21. q. 11. nu. 1. tom. 1. Atque in Collegiata de recenti instituta licitum est in recitatione Diuinorum vti consuetudine Cathedralis. Roman. conf. 218. Moscon. l. c. cap. 15. in fin. Necnon antiquarum Collegiatarum eiusdem Prouinciæ S. R. C. in Vna Mediolan. 27. A-
72 prilis 1607. Nil iure Pontificio videtur præceptum, quando in Horarum Canonicarum recitatione aperto capite esse debemus, vt obseruat Grass. de effect. Cler. eff. 17. nu. 65. ceterùm regulare est, dum Canonici in Choro stant, aut genuflectunt, tunc temporis esse debent nudato capite, vel leui tantum pileolo tecto. Carol. Macign. de bor. Can. cap. 77. nu. 2.

Publica psalmodia recitatur partim stando, ex parte sedendo, & partim genibus flexis. Magis decorus, & decens est situs standi, quàm sedendi, quia ille demonstrat nostram promptitudinem in Dei obsequio; Tum quia psallentes sunt ministri Dei, & Officium ministri non est sedere, sed stare; vt scribit D. Chrisostomus ho. 13. in Epist. ad Rom. Similiter melius est horarũ pensũ obire genibus humifixis, quam corpore erecto, cum illa genuflexio sit index cordis contriti, & humiliati; Nihilominus in Choro dicendum est Officium Ecclesiasticum, prout monent Rubricę, & ipsius Ecclesię prolata consuetudo, ut dictum est, & innuunt Sylu in sum. V. superstitio nu. 2. & Fum. eod. V. & nu. Canonici omnes, & singuli
73 debent in his vniformitatem seruare, ut post plures monet Bassens in Flor. V. bor. Can. 2. n. 4. Quandoquidem hæc, ut inquit D. Bern. l. c. de Diu. off. Iuuat ad conformitatem animorum, quæ decet Canonicos. Inordinata res est, & contra Ecclesiæ, & Diuinorum decorem, vt indicat Vulp. in Prax cap. 51. nu. vlt. Videre Canonicos in Choro inter Ecclesiasticum Officium alios super sedile, alios subtus pauimentum, alios in genufl. exorio genuflexos alios sedentes Crus super Crus tenentes, caput manibus regentes, uel brachia extensa super sedilis spondam habentes, nõnullos stantes erectos, dum sedendum, alios genuflexos, dum standum, aliquos capite cooperto, dum nudato manendum, & è contra, in quos iure quæ-

dam

dam Synodus declamat Spectaculum indecens facti estis Mundo, Angelis, & hominibus. Horæ canonicæ stando sunt inchoandæ; collectis sensibus, & pia mentis eleuatione in Deum: Ad maiorem de Choro de iure spectat initium Officij intonare per *Pater noster*, & eo finito, dare signum, vt incipiatur. Ita censuit Sac. Episc. & Reg. Congr. sub die 18. Aprilis 1617. Subiungeas seruandam esse consuetudinem, quę pluribus Ecclesijs inualuit, Ecclesiasticum Officium intonari per hebdomadarium: Isque diebus ferialibus, quibus Cononici confusè solent ingredi Chorum, caueat ab inci-
74 piendo in Sacristia, vel dum intrat Chorum, *Pater noster*, Ita aduertit Nau. *de Orat. cap. 10. nu 4.* cum sollicitior omnibus alijs Canonicis esse debeat ad comparendum in sua Sede Chorali, vbi intonata Oratione Dominica, quæ continet summam omnium à Deo petendarum. S.Thom. 22. *q. 3. art. 9.* Eaque, cum alijs capitularibus stantibus, secretò prolata, vna cum Salutatione Angelica, dicit clara voce *Deus in adiutorium meum intende*, & ad quodlibet
75 verbum tangens manu primo frontem, postea pectus, mox humerum sinistrum, & dexterum signaculo Sanctæ Crucis se munit. Idē faciunt cœteri de Choro, sequentes *Domine ad adiuuandum me festina*, quibus Verbis Diuinum imploramus auxilium, vt ab insidijs, & tentationibus Dœmonum, qui Deo psallentes varijs modis infestare solent, liberati preces nostrę acceptabiles sint Diuinæ Maiestati. Ità docent Alphon. Rodriq. *in exerc. Spir. tr: 5. cap. 21.* Bellarm. *loc. cit. lib. 2. cap: 31.* Et quia eximiæ virtutis sunt insinuati Versiculi, grauior culpa patratur à Canonico, eos prætermittēte, quam si sex versus alicuius Psalmi non recitaret. Trullen: *in Opusc: dub. 2. nu: 2*, Filliuc: *l.c. nn. 206.* Signum Crucis faciendum
76 est ab omnibus de Choro, dum ad Matutinum dicitur *Domine labia mea aperies* os pollice signando. Item ad versiculum, *Adiutoriū nostrum, &c. Ad indulgentiam, &c. Ad Dominus nos benedicat*, in fine Primę, & ad *Benedicat, & custodiat, &c.* in fine Completorij.

Hebdomadarius non paratus, antequam Diuinum Officium, vt supra, incipiat, paululum caput inclinet Collegiatę Præsidi, quasi licentiam petendo exordiendi: Ita docet Castald. *in Prax. Cærem. lib: 2. sect. 4. cap. 2. nu. 2.* Parumper quoque caput humiliet erga alios Canonicos, huiusmodi nutu veluti, eos inuitando ad secum proferendas Diuinas Laudes. vt mouet Carol. Macig. *de hor: Can. cap. 77. nu. 2.* Ad Canonicum hebdomadarium in Matutinis, & Vesperis solemnibus spectat primam Antiphonam intonare, initium Hymnorum, & Antiphonas ad Benedictus, & ad Magnificat, vt habetur in Directorio Chori, atq; Cappellani tenentur eidem

facere

facere præintonationem, dum est paratus. Ita declarauit Sacr. Rom. Congr. die 17. Nouembris 1652. *in vna Camaior. Lucan. Diœcesis.*

Dum cantantur Antiphonæ in Choro per Canonicos, hi omnes stare debent, tam ad primam, quam ad secundam cuiuscunque Psalmi Antiphonam, si Organum non pulsatur, nec obloquitur Cærem. *lib. 1. cap.* 18. disponens, Canonicos surgere tantummodo, dum per Canonicum incipitur Antiphona, nam supponit adesse Organum per quod repetitur antecedens Antiphona, quo sono
77 durante sedent. Canonici in Choro stantes esse debent ad Capitula, Hymnos, Versus, Absolutiones, Benedictiones, Responsoria breuia, & ad Symbolum S. Athanasij. vt notat Macign. *l. c. cap.* 74. Item dum legitur in Choro textus Euangelij. Daoyz. *in repet. V. Euangelium:* Azor. *l. c. lib. cap.* 34. *q.* 9. Idem sequitur de canticis *Benedictus, Magnificat, Nunc dimittis,* & de Lectionibus in Officio paruo B. V. M. tempore Aduentus: Quia ex Euangelio depromptæ sunt, vt obseruat Castald, *l. c. cap.* 7. *sect.* 1. *nu.* 7. Vniuersi in Choro stant ad Matutini Inuitatorium, per quod Clerus, & Populus ad Dei Laudes inuitantur, & non dicitur die Epiphaniæ, quoniam Magi venerunt ad Christum à nemine inuitati: sed in tertio Nocturno duo Cantores alternatim cum Choro pronunciant Versiculos *Psalmi* 44. Antiphona verò cum Psalmo, 44. *Fundamenta, &c.* ea die non dicuntur, sed tantum infra Octauam, quibus diebus Inuitatorium, & Psalm. *Venite* more solito recitantur: Quod mihi facile non fuit quibusdam persuadere consuetis etiam prima die Ps: *Fundaméta.* Hebdomadarius in Vesperis ad Hymnos, *Veni Creator*
78 *Spiritus, & Aue Maris stella.* Eleuando ad Cœlum oculos, & manus, quas statim coniungit, stans erectus intonat Hymnorum insinuatum Versiculum, & exindè genuflectit vsque ad finem primæ Strophiæ; Ministri verò, ac cœteri de Choro flexibili genu succidant, ab initio primi Versiculi vsque ad eiusdem Strophiæ, vt ostédunt Polacc. *l. c. exrem.* 7. Gau. de Synod. *p.* 2. *S.* 1. *nu.* 26. *Carem. Episc. lib.* 2. *cap.* 1. & clarius Pontif. Rom. *tit. de Vesp. fol.* 222. Ad memoratas Strophias genuflectitur etiam tempore Paschali, similiter ad illas, *O salutaris Hostia, &c. O Crux aue spes vnica, &c.* Item ad illa verba, *O vera Cæli Victima, & rigauit unda sanguinis.* Item ad Versum *Te ergo quæsumus, &c.* Ratio est, quia illæ strophiæ pronunciantur per modum adorationis. Ad hæc si contingat Sacrā Eucharistiam ministrare fidelibus in Altari maiori, dum Diuina in Choro recitantur, omnes Canonici surgunt, & genua submittunt & sic manent donec dispensata fuerit Sacratissima Hostia, vt ad-

 uertit

uertit Castald. in Prax. *lib. 2. sect. 1. cap. 7. n. 4.* Dum Sanctissimum
79 Sacramentum est expositum super Altari maiori genuflectunt in
Hymno ad illa verba *Tantum ergò Sacramentum Veneremur cernui*,
ite ad Versiculi Psal. 94. *Venite adoremus, & procidamus ante Deum.*
Cer. Episc. lib. 2. cap. 8. Ad verba autem *Procidentes adorauerunt eum*,
& *Verbum caro factum est*, non genuflectitur, quando ista recitan-
tur in Officio Chori, quamuis huiusmodi verba in textu Euangelij
lecta geniculationem requirant tam in Officio Ecclesiastico, quam
in Missa. Ita Arnard. *ubi supra*, Refert Ferrar. *loco infra citando*,
quendam non genuflectentem in Missa, ad illa verba, *Et Homo fa-*
80 *ctus est*, alapa fuisse percussum a Dœmone, dicente, *Si Deus fuisset*
pro me Incarnatus me inclinarem usque ad centrum Inferi. Ad Psal-
81 mos sedent omnes; item dum leguntur Lectiones: Episcopo au-
tem, vel Prælato principali pronunciantibus, decet alios de Choro
cum silentio, & nudato capite stare, ob reuerentiam Superiorum
tunc stantium. Quotiescumque inter Diuinum Officium pronun-
82 ciatur versus, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*. Omnes in
choro consistentes surgunt, vel caput detegunt, ac profunde incli-
83 nant. Cærem. Episc. *lib. 2. cap. 5.* Refert Mar. Roa *de Purgat. cap.*
in fin. quod anima cuiusdam Religiosi pœnas Purgatorij in Choro
luebat, eò solum, quia ibi iam corpore assistens ad *Gloria Patri*,
&c. caput non inclinauerat. & D. Bern. *l. c. de vit. de Diuin. off.* tel-
statur, quod psallentibus in Choro, & se inclinantibus ad intimua-
tum versum, B. Virgo suum Filium offerebat, quendam verò ca-
put, vt supra, non submittentem, verso ad eum vultu, veluti hac
gratia indignum, pertransibat. Ioannes Papa XXII. caput ad ver-
ba *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*, inclinantibus triginta
dies Indulgentiæ concessit. Quam gratum sit Sanctissimæ Triadi, in
eius honorem ad præfatum versum in Choro caput deprimere, &
quantum ei displiceat id negligere, latè recenset D. Bonau. *in spec.*
discipl. par. 1. cap. 15. Hinc Episcopus in actu Visitationis Collegia-
tarum inquirere debet, an Canonici ad idem versum caput denu-
dent, ita docet Ant. *de litt. de Visit. cap. 4.* Insuper in Horariis pre-
cibus inclinatur caput ad Nomen *Iesus, Maria*, & Sancti, de quo ea
die fit Officium in Choro, similiter ad versus *Sit nomen Domini be-*
nedictum; Sanctum, & terribile nomen eius: Benedicat nos Deus Deus
noster, benedicat nos Deus; & in Completorio: *Benedicamus Patrem,*
& Filium cum Sancto Spiritu; & ad eadem verba in penultimo ver-
su Cantici trium Puerorum, qui cum sequenti versu ab Ecclesia
eidem cantico adauctus fuit. Timoth. *in Spec. p. 4. cap. 14.* Petrell.
l. c. lect. 8. §. 2. nu. 15. Castald. *in prax.* Gauan. *in Com.* & Amat ubi
supra.

supra. Prædictæ inclinationes faciendæ sunt absque motu locali Personæ, aperto capite.

84 Cæremonias, quarum superius meminimus, in Choro absque causa prætermittentes venialem culpam non euadunt, tum ratione transgressionis, tum offensionis aliorum eas obseruantium. Nauar. *de Orat. cap. 18. nu. 7.* Pretnor. *in Memor. lib. 2. in fin.* Gordon. *mor. lib. 6. q. 2. cap. 9. nu. 39.* Tolet. *lib. 2. cap. 13. n. 12.* Filliuc. *tract. 23. cap. 8. nu. 265.* Comit. *lib. 1. cap. 64. nu. 1.* Vulp. *in Prax. cap. 31. n. 46.* Quinimò erit peccatum mortale, si id fiat ex contemptu, vel non leue pariat scandalum. Petr. Anel. *de hor. Can. cap. 4. dub. 5. in fin.* Petrell. *loc. statim cit. nu. 24.* Molfes. *l. c. nu. 99.* Nouæ capitis demissiones non sunt addendæ, neque aliæ insolitæ cæremoniæ, veluti se in terram prosternere, dum nomina *Iesus*, vel *Maria* proferuntur, nec licet in Choro inania suspiria effundere, aut brachia extendere, dum dicitur *Miserere*, vel validè pectus percutere, quando leuiter tangendum est, vel aliud simile, vt obseruant Nau. *loc. prox. cit.*

85 & Anel. vbi supra *cap. 3. dub. 6. nu. 4.* Addens, talia agentes non excusari à peccato, quia perturbationem pariunt in Choro.

Non possunt Canonici absque culpa plures Cantores, vel Acco-

86 litos paratos in Diuinis Officijs adhibere, quam sint præscripti in cærem. & Rubricis Ecclesiasticis. ita Caiet. Nald. Fum. *in sum. V. Superstitio nu. 12.* nec dicere bis *Alleluia*, quando dicendum est semel. Tol. *lib. 4. cap. 14. nu. 2.* Moron. *resp. 95. n. 72.* Neque ad benefactorum instantiam, seu ex imprudenti deuotione, publicè addere commemorationem alicuius Sancti, de quo ipsa die nõ fit Officium. Ita Bonart. *de hor. Can. lib. 2. cap. 24. nu. 38.* & quamuis id adiungentes non peccent nisi venialiter, ob paruitatem materiæ. Filliuc. *l. c. cap. 13. nu. 217.* Trullen. *in opusc. dub. 2. nu. 14.* non effugerent mortale, si illud minimum addant in perpetuo decantandũ ob rationem, quam assignant Castr. Pal. *p. 2. d. 2. nu. 7.* & Bonart. *loc. mox producto.* Nil nouandum est in Officio Ecclesiastico, inquit D. Aug. in regula enimuerò si Populi affectibus indulgeatur, antiquus cultus tandem euanescet. ita docet Conc. Prou. Col. *tit. de Off. Cler. cap. 7.*

Cultum, qui Deo, & Sanctis eius in publicis precibus, præter Ecclesiæ institutionem, aut laudabilem vsum tribuitur, non honoratiuum, sed superfluum appellant Mart. de Arles *in tract. de superst. §. hunc nu. 3.* & Castr. Pal. vbi supra *disp. 1. pun. 1.* Et licet in Diuino cultu nil possit esse superfluum, secundum absolutam quantitatem, cum nihil à nobis fieri valeat maius eo, quod Deo debetur, tamen totum id, quod fit contra, vltra, aut præter Rubricas

Breuiarij, ac rationabiles, & antiquas consuetudines Ecclesiarum
reputatur superfluum, ac vanum, vt obseruant D. Thom. 22. *quæst.*
93. *art.* 2. Sylu. *in sum. V. Superstitio nu.* 2. Ad maiorem tamen So-
lemnitatem Festi, quod in illa Ecclesia Populi concursu celebratur,
87 licitè, ac laudabiliter inter Psalmos, Concentus, & Symphoniæ in-
termiscentur. Caiet. 22. *quæst.* 91. Barbos. *mor. K. hora Canon.* 2. *nu.*
16. Intellige, dummodo caueatur à vanis, & indecoris cantilenis.
Debita facienda est differentia inter Officiorum celebritates, quæ
ab Ecclesia recoluntur. Duo cantores in Officio Solemni, & dupli-
ci intonant Psalmos in semiduplici vnus cantor. Videatur Direct.
88 *l. c.* Et quò solemnior erit dies, maiori grauitate sustentanda est
vox in cantu psalmorum, & hymnorum, ut aduertunt Gemin. in
cap: Perlectis dist. 25. Graff. 2. *p. lib.* 3. *cons.* 3. *nu. eod. de celebr. Miss.*
Molfes. *tr.* 5. *cap.* 1. *nu.* 32. atque verba canticorum *Magnificat, Be-
nedictus, Nunc dimittis,* ob eorum præstantiam, solemnioris vocis
modulatione semper sunt decantanda, quàm cætera in Officio po-
sita. Castald. in Prax. vbi supra *cap.* 2. *nu.* 9. *sect.* 1.
89 Lectiones Matutini primi Nocturni clara voce, & distinctè can-
tantur à Clericis, secundi Nocturni à Cappellanis, tertij à Canoni-
cis, singulæ à singulis, maximè in solemnioribus diebus; vel tres
Lectiones cuiuscunque Nocturni recitantur respectiuè ab vno ip-
sorum, pro more Ecclesiarum: Azor. *p.* 1. *mor. lib.* 10. *cap.* 7. *q.* 9.
Bonac. *l. c. d.* 1. *q.* 5. *p.* 2. *nu.* 10. Laym. *lib.* 4. *tr.* 1. *cap.* 5. *nu* 8. quod
si defuerint Clerici, & Cappellani, leguntur omnes à Canonicis,
incipiendo à iunioribus, tam Festis, quam profestis diebus. Cæ-
rem: *l. infra cit:* Hic aduertendum duxi, quòd licet in Rubrica Bre-
uiarij habeatur, infra Octauam Corporis CHRISTI fieri tantum
commemorationem de Sancto simplici, adhuc recitãda est Lectio
Sancti simplicis, si propriam habuerit. Ita Gauan: *in Com.* 20. Ar-
naud. *eod. cit:* Atque desumitur ex Rubricis generalibus Breuiarij
Lecturus Lectiones, cuiuscunque sit gradus, semper procedat in
medium Chori, quia fungitur Officio Lectoris, cui in receptione
huius minorum ordinis mandatum fuit, vt sequitur, *Dum legis Le-
ctiones tali loco stes, vt ab omnibus videaris.* Tum quia Doctoris per-
sonam gerit, cui medius competit locus, vt considerat Durand. de
Diu. off. lib. 5. *cap.* 44. Inde Episcopo, si aderit, vertit se, ac profun-
de se inclinat, si Lector erit Canonicus: si verò inferioris gradus
eidem genuflectit, priuatiuè quo ad alios in Choro existentes.
Cærem Episc. lib. 2. *cap.* 2. Episcopo absente, tam in Cathedralibus
quam in Collegiatis præfatus Lector se conuertit ad primam Di-
gnitatem, ac cumulatiuè ad alias Dignitates, & Canonicos à di-
gniori.

ghiori parte Chori consistentes, & mox ad eos, qui sunt ab alia parte, his omnibus caput inclinando. Guidett. *in libello nuper Romæ impresso.* Theobald. *in spicileg. lib. 2. cap. 7.* Cæremo. *l. c. cap. 5.* Et reuersus in medium Chori, iterum se vertit ad Hebdomadariũ, & capite depresso dicit, *Iube Domne benedicere*, sic permanens, donec absoluta fuerit benedictio. Ita scriptores statim allegati. Si Episcopus fuerit assistens Matutino, ab eodem semper petitur benedictio, dicendo *Iube Domne benedicere*, quòd si erit celebrans, ipse cantat vltimam Lectionem, & versus Altare caput humiliando integrè profert, *Iube Domine benedicere*, cui absolutè ab omnibus de Choro respondetur, facta prius pausa, *Amen.* videatur Cærem. *lib. 2. cap. 9.*

90 Idem seruandum in Collegiatis cum Prælatis externa iurisdictione lætantibus, docet Castald. *l. c. sect. 5. cap. 11: nu eod* namque isti, vti Superiores ab inferioribus benedici, aut iudicari non debẽt glos. *in cap. Denique dist: 21.* cœterum Dignitates Episcopo subiectæ, quantumuis sint Collegiatarum Capita, dum legunt Lectiones, debent insinuata verba cum diminutione sic proferre *Iube Domine benedicere*: cui more solito respondetur. ita Gauan. *in rubr. Breu. sect. 1. cap. 11.* In fine Lectionis Lector, siuè sit Cappellanus, siue Canonicus, aut Dignitas flexis genibus dicit, *Tu autem Domine miserere nobis*, quibus verbis se cum Deo excusat de culpa commissa in legendo. Thimor, *p. 4. tract. 6. cap. 40* Atque ab omnibus de Choro respondetur, *Deo gratias*, nempè qui doctrinæ suæ panem nobis frangere dignatus est; factisq; denuò à Lectore debitis inclinationibus consistentibus in Choro, reuertitur ad suum stallum. *Carem. lib. 2. cap. 6.* Canonici Sacris Ordinibus non initiati non de-

91 bent Euangelium cum homelia in Choro decantare, nisi id annuẽtibus Sacerdotibus in Choro præsentibus. Io. And: *super cap. Præsbyter nu. 5 de celebr. Miss.* Nau *lib. 5. consi. tit. de Cler. non resid*: veluti simplex Monialis de licentia Abbatissæ in suo Choro legit Euangelij Lectionem in tertio Nocturno, ut notant Alber. de Ferrar. *l. c. n. 29.* Bellett. *disq Cler. tit. 1. §. 8. nu. 11 & facit cap. Diaconissa 27. q: 2.* & Diaconus recitando Officium cum Sacerdote, licitè non dicit, *Dominus vobiscum*, nisi annuente maiore. Bonart. *de hor. Can. lib. 1. cap. 30. nu 73* & alij. Canonicis in minoribus tantum consti-

92 tutis nullatenus fas est, etiam de licentia Sacerdotum præsentium, munus Hebdomadarij in Choro exercere, vt notat Bonac. *de irreg. d. 7. q. 3. p. 6. nu. 7.* Immò Canonicus Diaconus nequit huiusmodi Ministerium in Choro peragere, cum sit proprium munus Sacerdotis. Bellam. *in cap. Cum, inferior. nu. 8. de maior. & obed.* Sylu. *in*

sum.

sum.V, *irregularitas nu.*5. Rodriq *in sum.cap.*166. *nu.*2. Quemadmodum præsente Presbyttero non potest baptizare, nec mensam benedicere. Sylu. *V.benedictio nu.*9. Galett. *V.Diaconus*. Canonico
93 hebdomadario non comparente in tempore, quo incipiendæ sunt horariæ preces, ad maiorem de Choro spectat alteri iubere, vt Diuinum officium incipiat. S.Congr. apud Gauan. *V.Can. mun. n.* 23. explica, nisi hebdomadarius alium Concanonicum in eius locum subrogauerit, ad tradita per Nau. *de orat.cap.*18. *nu.*86. vel non adsit consuetudo, quod hebdomadarij absentis vices suppleat Canonicus Sacerdos ex iunioribus ab illa parte Chori, in qua hebdomada celebratur, quod videtur satis rationi consonum, etenim
94 Canonicis iunioribus plura incumbunt onera in Choro, à quibus eximuntur antiquiores. Ratio rationis est, quia hi sunt honorandi, non onerandi, ut innuunt D. Bern. *in spec. Discipl. cap.*5. Marc. *dec.* 1296 *nu.*4.*p.*1; Barb: *de Can.cap.*18. *n.*13. Vndè deficientibus Cappellanis, & Cantoribus eorum interest ad Matutinum dicere Inuitatorium, & Versiculos in omnibus horis Canonicis. Gauan. in Com. Breu. *p.*2. *sect.* 10. *cap.* 2. Barb. *in sum. collect.* 888. *nu.* 1. similiter Psalmos intonare, Antiphonas reassumere libros in Legili præparare, eosque transportare, ac eorumdem folia, cum opus fuerit, peruoluere. Host. *in cap. in Ecclesijs nu, vlt. de iustit.* & innuit Grat. *discept. for.* 819. *nu.*7. non tamen obligantur pulsare Campanas, accendere lampades, vel alia humiliora seruitia facere, etiamsi hi Canonici iuniores sint tantum Minoribus Ordinibus initiati, sed prouidendum est de Clericis simplicibus, cum mox insinuata seruitia dedeceant gradum Canonicalem, vt benè obseruat Abb. *in cap Statuimus nu.* 1. *de maior.* Canonicus iunior Collegiatæ curatæ tenetur Festa Mobilia in die Epiphaniæ publicare. Ita censuit S.R.C. in Asculan. 16. Ian. 1607. Quòd si cura Animarum esset penes personam peculiarem, ad ipsam hoc onus spectaret, cum sit Pastoricium munus Festa, & Vigilias Populo denunciare. Ita omnes Formula publicationis habetur in Pontific. & refertur in
95 Prax. Castald. & in Spicileg. in fin. Coadiutor Canonici quamuis nouiter receptus, non adstringitur ad onera Canonicorum iuniorum, sed duntaxat ad illa sui coadiuti. ita de mente Sac. Congreg. tradit Garc. *de ben: par.*4. *cap.* 5. *nu.*33 *in addit.* Ne in Ecclesia Dei oriretur confusio, & abesset occasio murmurandi distributa fuerũt munera, quæ quisque per se exercere debet, nec alijs committere, Castald. *l.*5. *sect.* 1. *cap.* 2. *nu.*7. Sot. *de iust. & iur. lib.* 10. *q.* 5. *art.* 1. Titelm. super Epist. D.Paul. 1.*Cor. cap.*14. *& in lib. Esdræ* 2. *in fin.* dicitur, Moyses Ordines constituisse, & vnumquemque in Ministerio

sterio suo. Verumtamen si quis pro exequenda aliqua re in Choro ad se spectante sit minus aptus, bonum erit, ut a Concanonico magis idoneo adiuuetur, ita planè conseruantur Collegia, teste Bass. in *tract. de Can. cap. 13.* & consonat illud Prouer. *cap. 18. Frater, qui adiuuatur à fratre, quasi Ciuitas firma.*

96 Si aliquis Canonicus iam cœpto Officio superuenerit, Chorum ingressus versus Altare paulisper oret; mox erectus salutet Dignitates, & Canonicos, qui eidem salutanti assurgant, vel saltem capitis inclinatione resalutent, vt post alios docet Crass. *de Cærem. lib. 1 cap. 23.* Valdè decet Canonicos, vt vnius corporis membra, se se inuicem etiā in Choro honorare, vt monet Bass. vbi supra *cap. 14.* Occurrente, quod tempore, quo idem Canonicus adit suum stallū, fuerit intonatus, *Deus in adiutorium meum intende,* vel finis hymni, vel *Gloria Patri,* siue ab Hebdomadario recitetur Oratio, sistat versus Altare, donec insinuata à Choro terminentur. Et statim peractis dictis Salutationibus, accedit ad locum suum. Ita docemur à cærem. *Episc. lib. 1 cap. 18* & Crass. vbi supr. Statutum fuit in Côc. Aquisgr. *sub cap. 131.* Canonicum uenientem ad Chorum iam cœpto Officio, residere pro illa vice in vltima Canonicali Sede, quod modò recessit ab vsu; Canonici legittimo impedimento de-

97 tenti, quò minus accedant ad Chorum initio horarum Canonicarum, excusantur ab omni culpa, si verò id faciant absq. iusta causa committunt peccatum veniale. Ita DD. communiter. At verò ponens in consuetudine, vel proponens non ingredi Chorum, nisi inchoatis Diuinis Officijs, non facile videtur excusandus à lethali culpa, ob scandalum, & malum exemplum aliorum, vel murmurationem, quæ idcircò nascitur in Choro, prout aduertunt Sylu. *in sum. V. hora nu. 12.* Ang. *eod. V. nu. 26.* Filliuc. vbi supra *cap. 7. nu. 207.* Quorum doctrina fortius robur sumit, si iste, qui solet tarde comparere, nunquam desit interesse Diuinarum precum parti, quæ sine iactura distributionum non prætermittitur, cum sic ostendat seruilem animum Choro seruiendi, quæstus affectus, vt considerât Angel. *V. hora nu. 26.* & Anel. *l. c. cap. 4. dub. 8. n. 17.* Hinc rectè obser-

98 uant DD. infra statim citandi, Canonicum, qui assequutus fuit Sacristiam nondum transacta parte distributionum perditionem inducente, licet terminus sit proximus, non debere nimis properāter choralibus vestibus se induere, & immodestè ingredi Chorum, ne videatur timore multo, & auiditate emolumenti ad id excitari. Ita Monet *l. c. p. 2. q. 3. nu. 27.* Cand. *in sum p. 2. de vot disq. 2 s. art. 26 dub. 2.* & Caramuel vbi supra.

Ad hæc, si Sacrarium aduenerit elapso tempore, ob quod priua-

tur.

tur distributionibus, non debet ibi præstolari ad finem horæ, quæ recitatur, sed illicò se sociu aliis de Choro apponere. ita monent Sot: de iust & iur. l b. 10. cap. 5. art. 3. & Graff p. pr. dec. lib. 2. cap. 52. nu. 23. quod est contra Monet. vbi supra, & Nau. de Orat. cap 7 & 10. n. 11. Arbitrantes melius esse Chorum non ingredi, nisi terminata illa hora Canonica, si alia sequatur, vt sic remoueatur occasio distrahendi Psallentes insinuatis reuerentijs. Quæ ratio mihi non satisfacit, quandoquidem agitur de re bona, quæ fieri potest absque eo, quod cantantes in Choro distrahantur ab Oratione, vt testatur Bonac: de hor can d. 1. q. 3. p. 2. n. 11. Alias non extraneos transeuntes per Chorum par esset resalutare; quod licere tradunt Anel de hor. Cau: lib. 2. cap. 3. nu: 2. & Trullen. l. c: dub. 17. nu: 6.

99 Hic non ab re quispiam quæret, qua parte horarij Officij a principio Canonici non se conferentes ad chorum, priuandi sint distributionibus; Respondeo, hoc ex statutorum cuiuscumque Ecclesiæ pendere. In aliquibus Collegiatis multantur non venientes ad Matutinum ante finem primi Hymni, & ad alias horas, priusquam finiatur primus Psalmus. In alijs Ecclesijs laxior, in aliis strictior est regula, teste Monet. l. c. q. 2. & Zerol. in prax. V. horæ canon. Huiusmodi punctum, à Statutis præscriptum, pro absentia, vel pro præsentia, vt fit in nonnullis Ecclesijs, non videtur esse accipiendū Mathematicè, sed moraliter, iuxta regulam communem, quod parum distat, nil distare censetur, ff de leg. 3. l. quæsitum, & propterea non venit punctandus absens, qui, dum cantantur horæ canonicæ, quandoque ingreditur Chorum in principium tertij Versiculi secundi Psalmi, vbi statuto cautum est, Chorum intrantem post finitum primum Psalmum illius horæ distributiones perdere. ita Trullen. in opusc. d. 2. nu: 8. & sequuntur alij, dummodo iste regulariter soleat horarum initio interesse. Vlterius adnotandum per huiusmodi Constitutiones Chori definientes tempus, quo Choro nō interessentes amittunt distributiones, non inferri eam partem esse notabilem, ita vt eam prætermittens in Choro, & postea non repetens, euadat mortiferæ culpæ reus; potest enim talis omissio esse, & non esse peccatum mortale, & intentio capitularium Constitutionum fuit solum declarare, quando tarde venientes ad Chorum esse debeant participes similium portionum, & quando expertes. ita desumitur ex DD. supra citatis.

De iure antiquo isti negligentes distributionibus non fraudabātur, nisi pro rata respondente illi modicæ parti prætermissæ. Tolet. lib. 2. cap. 12. nu: 6. & alij. At modò, Canonicus extra præfixum tēpus intrans Chorum, priuatur tota portione illius horæ, in qua ab-

sentiæ

ſentiæ defectum patrauit. Nau. *de Orat. cap.* 10. *nu:* 43. & fauet Côc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12.

Nec vrget, quod pars omiſſa ſit ſolùmodo octaua eiuſdem horæ canonicæ, quoniam ob talem multam, à ſtatuto indictam, Canonici ſunt cautiores ad comparendum in principio Officij, & adimuntur confuſiones, & lites, quæ inter Capitulares facilè exoriri poſſent in diuidendo partes huiuſmodi Horæ canonicæ. Macign. *l. c: cap.* 72. *nu.* 17:

100 Quęnam, verò pars, in Diuino Officio voluntariè prætermiſſa abſq. ſupplendi propoſito, ſit notabilis ad inducendum lethale piaculum, non concordant DD. Nonnulli affirmant, tertiã partem cuiuſcunq. Horę canonicæ eſſe notabilem, & conſequenter eam omiſſam facientes mortaliter delinquere. Ita Sylu: *V. hora nu.* 15. Tab. *cod. V, nu.* 18. Macign. *cap.* 16. *nu.* 1. Nau. in Man. *cap.* 25. *nu.* 68. Azor. *p. p. lib.* 10. *cap.* 7. *quæſ:* 3. Alij exiſtimant, dimidiam tantum partem in horis breuioribus prætermiſſam eſſe notabilem, & ſufficientem ad peccatum graue. Ita Rodriq. *in ſum. p.* 1. *cap.* 141. *nu.* 17. Vega *cap.* 128. *caſ.* 15: *tom.* 1. Fernand. *p.* 5. *cap.* 12. *§.* 7. Petrell. *l. c. lect.* 1. *n.* 10. Eſcob. *exam.* 6. *tr.* 5. *cap.* 3. *n.* 59: Squill. *l. c. nu.* 69. Alij putant omiſſionem vnius horæ ex minoribus non conſtituere notabilem partem, nec inducere peccatum mortale, cum quibus ſtetit Verricell. in ſuis *QQ mor. tract.* 1. *quæſt.* 16. *nu.* 6. quorum opinio eſt reijcienda, prout eam reiecit Sacr. Congr. teſte eodem Verricell, *tract.* 8. *q.* 58. *nu.* 2. Vbi attenta Sac. C. determinatione, à ſua opinione diſceſſit, & iure meritò, etiam tali declaratione præciſa, namque ommiſſio vnius horæ Eccleſiaſticæ reddit Officium mancum, quia tollit numerum ſeptem horarum, quibus conſtat Officium Diuinum. Ad alias verò ſententias, pro hac ma-

101 teria adductas, dico primam eſſe probabilem, & ſecundam non carere probabilitate, ego libentius ſequor affirmantes, in priuata recitatione notabilem partem, ac proindè ſufficientem, ad mortale, eſſe ommiſſionem medietatis cuiuſcunq. Horæ ex minoribus, & quartæ partis in maioribus, videlicet Mâtutino, & Veſperis. vt poſt alios tenet Ghilin: *l. c. V. Diuinum Officium nu.* 20. Dixi in priuata recitatione, nam in publica, quæ fit in Choro, ſi vix tertia pars in qualibet hora minima, & in maioribus pars æquiualens vni ex illis, abſque animo priuatim ſupplendi prætermittatur ab hoc, vel illo Præbendato, dixerim id eſſe mortale cum S. Fauſt. *de hor. Can. lib.* 2. *cap.* 78. Ratio eſt, quia vltra demiſſionem tertiæ partis ſupradictæ in priuata Pſalmodia notabilis æſtimatæ à ſectantibus primã opinionem ſatis probabilem, ſpectanda eſt ipſa debita corporalis actio, cũ habitu Chorali canendi, quæ eſt prolixior, & laborioſior

N priuata

priuata lectione considerat Bonart. *de hor. can: lib. 2. cap. 19. nu. 16.* Dum casus euenit, totum Chorum ex inaduertentia aliquam commemorationem, vel Psalmum relinquere, expleto officio, illud prætermissum decantandum est capitulariter, & sic euitatur omnis culpa. Ant. de Batr. *l. c.* & Plou: vbi supra *p. 1. q. 11.* Si tamen Laici remanerent in Ecclesia terminatis Horis Canonicis, præstaret ommissa à singulis per se extra Chorum suppleri, ne illis detur occasio huiusmodi errorem agnoscendi, & simul arguendi Canonicos de ignorantia, vel negligentia. glos. *in d. cap: Dolentes,* Io: de lignan. *lic. quæst: 8.*

102 Horariæ precationes recitādæ sunt sine interruptione, easque absque causa interrumpentes in priuata recitatione peccant venialiter. Filliuc. *mor. tract: 23: cap. 7. nu: 239.* Et cum causa, nullum erit peccatum; nam qualibet pars Diuini Officij per se habet sensum, quo Deus laudatur. Becan. *de Orat. q. 14. nu. 2.* Gaiet: *V. Officium.* In publica verò Oratione, si à toto Choro notabiliter solo libito intercidantur, non euitatur grauis culpa, ob offensam, & scandalum fidelium in Ecclesia assistentium. Ita Marchin. *de Sacram: ordin p. 3. tr. 2. cap. 12 diff. 5:* & consonat *cap. Nihil 7. q. 1.* in quo Diuina officia incōpleta relinquētes excommunicantur, quę censura non infertur nisi pro mortali. Pasqual. *cent. 2: q. 175. nu. vlt.* Dixi solo libito, namsi Chorus cessaret á cantu, occasione se dandæ ri xæ, vel alia iuxta causa, excusatur ab omni noxa, quia tunc cessat scandalum DD. apud Anel. *l. c: cap. 7. d. 2. n. 12.* & potest officium resumi à capite, licet hoc non sit necessarium, dummodò intra eundem diem reliqua pars horæ absoluatur. Bonac. *de hor. Can. d. 1. q. 3. p. 2. nu. 18.* Azor. *p. 1. lib. 10: cap. 8. q. 9.* Nald. *in sum. V. Officium nu. 4.*

103 In priuata psalmodia licet Matutinum sero, & Laudes sequenti mane recitare: in publica verò Matutinum à laudibus non potest diuidi. Rodriq. *in sum. cap. 143. nu. 5. & alij.* Nec obstat in nocte Natiuitatis D. N. I. C. Matutinum terminari ad *Te Deum* inclusiuè, quia adhuc non possunt separari nisi quantum temporis occupat prima Missa, qua finita, statim inchoandæ sunt laudes in Choro. Ita Rubr. Mis s. & seruatur in Cappella Papæ, Cœrem. Rom. *lib. 2. cap. 15.* & in hoc casu, laudibus non præmittitur *Pater noster*, & *Aue Maria*, prout fieri opus est, quando distinctis temporibus ex aliqua vrgentissima causa in Choro decantantur Garc. *de ben p. 3. cap. 1. nu. 224.* Victorell: in addit. ad Tol. *lib. 2: cap. 13.* Horariarum

104 precum pēsum persoluēdum est, vt diximus, studiosè, idest, integrè. Nascentis Ecclesiæ initio, tàm Clerici, quàm Laici, Psalmos, Cantica, & Hymnos, non vicissim, sed confusè simul canebant, vt

annuit

annuit Less. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 77. dub. 9 nu. 52.* & fusè scribit Spond. *in Comp. Annal. Baron. Anu. 60. n. 13.* Exinde, non multò temporis interuallo, fuit introducta alternatim canēdi forma, per duos Choros distinctos. Qua reciproca modulatione psallentes animātur ad laudandum Deum cum voce exultationis, & huiusmodi varietate Populus audiens magis oblectatur: propter quod Damasus Papa hunc modum sua auctoritate per vniuersas Ecclesias approbauit, & sic auditus loco prolationis Officij per vices choratim succedit, atque psallentes hoc modo, Horas Canonicas integrè persoluunt, tàm publice, quàm priuatè, & de hac re dubitari non potest, vt inquit Molphes. *l. c. cap. 2. nu. 15.* Non solum Psalmi, & Hymni, sed & Antiphonæ alternis vicibus à duobus Choris proferuntur in Officio duplici, quòd si non fuerit duplex, nunc ab vna, nunc ab alia parte. Card: Turrecr *super cap; Iacobus nu: 3: de consecr.* Sylu *V. hora q: 7* & quando cum nota ad Legile concinuntur, debent ab omnibus de vtraq; parte Chori decantari. vt post Suarez aduertit Trullench. in Opusc. *dub. 3. nu. 20.*

Post Lectiones, quæ leguntur, vt supra, sequuntur Responsoria, quæ à toto Choro recitanda sunt, non tàm alta voce, sicut Lectiones: & versus, qui interponitur, dicitur à Lectore Lectionis. Bass. *l. c. cap. 4.* Sorvbi supra *q. 5. art. 2.* Castald. *lib. 2 sect. 3. cap 3. n. Vlt.* Capitula, Orationes, quę dicuntur ab Hebdomadario & alia, quæ iuxta honestam Ecclesiæ consuetudinem à singulari de Choro recitantur, satis est attentè auscultare, quia vnus in persona omnium dicit. ita D. Antonin. *p. 3. l. c § 5.* Suarez *de Relig: lib: 4. cap. 25. nu. 2.* Vega *l: c cas: 21.* Filliuc. *tract. 23. cap. 6. nu. 148.* Rodriq. *in sum cap. 143. nu. 2.* Quæ non dicuntur Choratim, quoniam non haberent sensum. Intra se mussare, quę proferunt Hebdomadarius, & Cantores, est potius signum ignorantiæ, vel scrupolositatis, quā timoratæ conscientiæ; atque ita facientes peccant venialiter vt aiunt DD. mox citati. Canonici & si auribus intenti audire non valentes aliqua verba, vel versus, quæ ab vno in Choro leguntur, adhuc obligationi suæ omninò satisfaciunt, nec tenentur inaudita repetere. Em. Sà *V. hora nu. 9.* & Trullench in Decal. *lib. 1. cap. 7 dub. 16: nu. 1.* Quod si alicui placuerit, quæ auribus non percepit supplere, id non faciat, nisi post finitum Officium, ne alios perturbet, vt monent Vulpes. *l. c. nu. 12.* & Marchin. vbi supra *diff. 6.* & quamuis non videatur arguendus in Breuiario oculis percurrens, quæ à Lectoribus recitantur, ut ipse melius intelligat, & sensum percipiat, nil secius, si alij id non faciant, consultius erit cæteros imitari ad euitandum singularitatis vitium, prout docet Bonac

l.c.p.2. §.1.*nu.*22. videte cœrem. *lib*:1.*cap*.51. Vt Canonici Diuinum Officium, iuxta munus suum, studiosè, ac integrè persoluant, cauere debent à Syncopa, quæ est figura de medio tollens dictiones, & idem sonat, quod concisio. Abb. & Barbos. *super cap. Dolentes de celebr. Miss.*

Qui horarias Laudes legunt, absorbendo syllabas in omnibus versibus, seu in notabili quantitate peccant grauiter, & non implēt Præceptum Ecclesię. Homob. *in Com.p.*3 *tr.*14.*ref.*3. Lefs. *l.c. cap.* 37.*d.*10. *nu.*56. Marchian. *de hor.Can.tr.*2.*tit.*3.*sect.*1. Escob. *tr.*5. *exam.*6.*cap.*5. Card. Tol. *cap.*2.*lib.*13 *n.*6. Si verò ommissio fuerit paruæ quantitatis erit tantum veniale in priuata recitatione, ad tradita per DD. statim adductos; Dixi in priuata, nam in publica poterit esse mortalis culpa ratione scandali, vt post alios aduertit Busemb. *l.c.lib.*4.*cap.*2.*d.*2 *art.*4. nisi id inuoluntariè fiat ab aliquo Canonico ob linguæ balbutiem, vel quandam ingenitam consuetudinem, quam corrigere nequeat, quo casu nullum erit peccatum etiam in non pauca quantitate. Nicol. Plou: *l.c: p.*1.*q.*11. Azor. vbi supra *cap.*7.*q.*4. Verricell. *l.c.tr.*5.*q.*5.*nu* 112. Bellarm, *de bon.oper. lib.*|1. *cap.* 18. *ly.* N Canonici vnius Chori magna celeritate Diuinū Officiū exoluentes, etiā si tunc non fiat verborū ommissio, non effugiunt peccatum veniale, quia sunt causa, cur sensus eius ab alia parte percipi nequeat. Petrell *par.*1.*lect.*7.*nu*:12.& grauior erit culpa Ecclesiæ Præsidis, qui huic defectui non resistit, quoniam faciliter potest vires sumere, & introducere tam notabilē abscissionem, & verborum corruptionem faciendi, quod in versibus Psalmorum nō proferatur nisi caput, & cauda, vt ait Innoc. iij. *Serm. in Conc. Lateran. à se habito.* videatur *Conc. Basilen. sess.* 21.§:2. Vbi sancitur, horarias preces in Choro esse dicendas non prolatione præcipiti, non cursim, non festinanter, non inter dentes, sed verbis distinctis, claris, & moderatâ tarditate. Brancat. *in Epit. Can. V. Diuin. Offic.* Propterea, quando vna pars Chori non expectat, vt plurimum, finem versus alterius, sed anticipat sequentem, faciendo versuum super versus agestionem, lethaliter delinquit, quoniam notabiliter confunditur intellectus Diuinarum precum, & causatur confusio in vtraq. parte Chori nequientis respectiuè percipere finem, vel principium versuum alterius partis, contra choralem societatem, vt notat Vgolin. *de off. & pot. Episc. p.* 1. *cap.* 19. *nu* 5. Lefs. vbi supra *cap.*17.*dub.*10. Nau. *in man. cap.*25.*num.*58. *in Com. tit. de silen. in off. cap.*1.*nu.*19. *& de Orat. cap.*16. *nu.*26. Vbi id valdè deplorat, dicens hoc esse vitium multorum.

Peccant etiam Canonici non facientes pausam, hoc est paruam

moram

moram in medio cuiuslibet Versiculi Psalmorum, vbi notæ interpunctionum apparent, quod præcipitur teste Branc. *l.cit.* in Conc. Basilen. vbi supra; & quando moderator Chori uidet id non seruari, sed præcipitanter recitari, signum aliquod manu, vel capite faciat indicans pausam, quæ non debet esse nimia, vel inæqualis. Ita docent Sacerdot. Rom. *l.c. fol.62.* Molphes. *l.c. cap.1. num.24.* Huiusmodi ommissio pausæ per se non est iudicanda mortalis culpa, cũ non sit tam necessaria, veluti expectatio finis versuũ alterius Chori vt ante alios adnotauit D. Antonin. *in sum. par.2. cap.12.* sequitur Bonac. *l.c. p.2. nu.3.* Non immunes a veniali noxa illi quoque censendi sunt, qui in publico horarum penso malè distinguunt verba, ac debitum non seruant accentum proferentes contra regulas prosodiæ. Ita Bordon. *par.2 cons.56, nu.69.* Nam sensum variant, atque eruditos non parum perturbant; præsertim dum admoniti persistunt in malè pronunciando. Plou vbi supra *q.11. caut. 3.* & S. Fausti. *l.c. quæst.142.* & qui dictas regulas ignorant tenẽtur se prouidere de nouis Breuiarijs, in quibus etiam imperiti clausulas distinctas virgulis, & punctis cernunt, & quando dictio sit producenda, vel penultima corripienda: ita Petr. Anel. *de hor. Can. cap.4. d.7. nu.5.* Veruntamen vbi esset consuetudo proferendi breuè aliquod verbum, quod iuxta prosodiæ regulas esset longum, & è contrario, seruandum esset solitum in publica Psalmodia etiam ab ijs, qui ea rectè callent, maximè si alij moniti non adaptantur castigatę prolationi; vt colligitur ex traditis per Possev *l.c. cap.11. nu.6. in addit.* Magnopere curent Psallentes in Choro solæcismos, & Barbarismos euitare, quibus Populus ad irrisionem commouueri solet, ex
106 *cap. Sedulo, iuncta glos.38. d.5. nouerint.* Barbarismus fit vnius verbi corruptela, & dicitur à barbaris, Archid. *super d. cap. Sedulo.* Solæcismus verò est vitiosa verborum compositio, vt si legatur Dominus mea, & salus meus, pro Dominus meus, & salus mea, & deriuat ab Vrbe Soloe, vbi incolæ suam, & aliorum linguam confuderunt. vt restatur Bely. *in cap. Ad audientiam nu. vlt. de rescript.* Canonici minores non debent de huiusmodi defectibus maiores
107 corrigere, sed è contra minores à maioribus tempore, & modo benè viso fraterne sunt corripiendi, non irridendi. Turrecr. super *d. cap. Sedulo nu 7.* Vgolin. *l.c. cap.19. §.1. num.6.* & pro maioribus intelliguntur Præsides Chori, quorum officium non debet ab alijs vsurpari. Petrell. vbi supra *lect.7. nu.5.* videatur D. Bernar. in Spec. Discipl. *cap.5.* vbi præsentuosum appellant, qui leni risu, vel nutu capitis, vel oculorum circumlustratione, labiorumue compressione, aut sibilatione defectus socij in Choro subsannat.

Caueant

moraliter continuari in contrarietate ad præceptum ut inquiunt Pasqual. *decis.* 305. Ghilin. *V. Festum nu.* 3. Castr. Pal. *de leg. tr.* 2. *d.* 2. *p.* 9. *nu.* 7.

Si aliquis Canonicus inconsideratè pertruncauerit, transcurrerit, uel præcid*e*rit uerba, ut supra, in notabili parte in Officio Ecclesiastico unius diei, excusari poterit à culpa mortifera, dummodo ea ipsa die suppleat recitando priuatim duos, uel tres Psalmos, quos maluerit, inepta enim, & fere impossibilis, esset repetitio uerborum ommissorum. Quòd si uerba, ut supra, uel aduertenter prætermissa coniunctim minimè attingant notabilem materiam, nulla superest obligatio compensandi per æquiualens. Bonart, *de hor. Can. lib.* 2. *cap.* 24. *nu.* 10. & *lib.* 3. *cap.* 25. *nu.* 5. & totum ante cũ docuit Nau, *de Orat. cap.* 10. *nu.* 60. Quia tamen integrè non recitat Diuinum Officium, non euadit Liber à ueniali noxa. Ita DD.

110 Ab omni autem culpa, & insinuata repetitione excusatur Canonicus, qui ex rationabili causa desinit aliqua uerba, uel paucos uersiculos in Choro decantare, uidelicet dum tussit, uel nares emungit, ex quibus scatet cruor, uel paucum sermonem necessarium, cum alio facit, etiam si ob prædicta Chorum exeat. Anell. *l. c. cap.* 4 *dub.* 2. *nu. ult.* S. Faust. ubi supra *q.* 140. Vulp. *in Prax. cap.* 51. *n.* 10.

111 Canonici iuniores prætermittentes tres, aut quatuor Versiculos occasione quærendi in Choro Antiphonam, uel Psalmum, aut aliud, quæ prius præuidere non potuerunt, non peccant, nec postea id reperere sunt obnoxij. Gordon. *mor. lib.* 6. *q.* 2. *cap.* 2. *nu.* 38. Cand. ubi supra *d.* 29. *art.* 26. Marchan. *l. c. sect.* 5. *q.* 1. Verricell. *l. c. tr.* 9. *q.* 5. *num.* 115. Canonicus hebdomadarius, egrediens de Choro ad thurificandum Altare, non tenetur, dum ab aliis cantatur Magnificat, ipsum Canticum inter incensandum proferre, nec postea supplere, quia censetur Chorus communicare, quod cantat, occupato in re ordinata ad solemnitatem Diuini Officij. Henriq. *in sum. lib.* 9. *cap.* 25. *nu.* 8. Petrell. *p.* 1. *lect.* 8. *nu.* 12. Zambell. *V. Officium n.* 14 Sanchez *tom.* 2. *cons. lib.* 7. *cap.* 2. *d.* 25. *n.* 4. Aluar. *V. hor. Can. lib.* 2, *nu.* 37. Quiuis Canonicus, defectu Organistæ Organa pulsans in hymno, & cantico ad Vesperas, eximitur à priuatim recitando illam modicam Officij partem, quã Organi sonus alternis uicibus in his Choro respondet, dummodo attentè audiat, quæ cantantur à Choro. Carol Macign. *de hor. Can. cap.* 17. *nu.* 10. Sot. *de iust. & iur. lib.* 10. *q.* 5. *art.* 3. *V. pari modo.* Rodriq. *in sum. cap.* 143. *con.* 2. Laym. *lib.* 4. *tract.* 1. *cap.* 5. *nu.* 7. Vega *l. c. cas.* 21. Galent. *V. Diuinũ Officium.* Sanchez ubi supra *lib.* 7. *cap.* 2. *d.* 16. *n.* 2. Escob. *exam.* 6. *tr.* 5. *cap.* 5. *nu.* 7. Molfes. *l. c. tract.* 5. *cap.* 1. *nu.* 21. Aluar. & Zamba-

reli:

bell. *loc:prox.cit.* Ratio eſt, quia Eccleſia recipit illum Organi ſonum, tanquam partem horarum Canonicarum. Ita Lezzan. *in ſum. tom.4: V. Officium nu.* 11.

Intellige, dũmodo reliqua Officij efferat in Choro; ſi enim à principio Veſperarum uſque ad finem fuerit extra Chorum, in loco, ubi eſt Organum, ut ad ipſum tangendum preſto ſit, in fine omnium Pſalmorum, iuxta diſpoſitionem Cœremonialis, erit adſtrictus eoſdem Pſalmos per ſe percenſere, aut ſaltem partem, quã unus Chorus cantat, audire, & alteram pronunciare ſubmiſſa uoce, & ſic non ſolum reſpondebit mandato Eccleſię, de Officio in-
112 tegrè recitando, ſed etiam inſtituto Chori, & conſequenter erit particeps diſtributionum, ut colligitur ex his, quæ tradunt DD. ſtatim citati. Dixi in defectum Organiſtę, alias Canonicus non
113 poteſt eſſe Organiſta, & ſatisfacere Choro, ac ſuo muneri Canonicali; quia aliud eſt Officium Organiſtæ, aliud Canonici. Moron. *reſp.67. nu.*57. In Matutinis, & Veſperis ſolemnibus regulare eſt ex Cœrem. Epiſc *lib.1. cap:*28. Vt primus Verſus Canticorum, ac primus, & ultimus hymnorum, & quibus genuflectendum eſt, nec non *Gloria Patri, &c.* ad omnes Pſalmos, & cantica decantentur à Choro, non ab Organo, & ſi uerſus immediate præcedens fuerit pariter à Choro decantatus; explico, ſi Chorus concinerit Verſiculum hymni, quem immediatè conſequitur alia Strophia continens uerſum in quo genuflectitur, non intercalatur ſonus Organi, inter has duas ſtrophias: ſed cantata antecedenti à Canonicis in Choro, nulla facta mora, neque Organi interpoſitione, continuatur à Choro ſubſequens Verſiculus, in quo genuflectitur; idem fit, ſi ſequatur ultima Strophia, uel Gloria Patri, &c. Iſte eſt ſenſus Cœremonialis mox citati. Rationem autem proſequendi ut ſupra, eſſe cenſeo, ut Populus, audiens cantum ſic continuari, excitetur ad deuotius, & attentius audienda, & conſideranda illa uerba myſterijs pleniora; atqui, Organi cantus non eſt tanti faciendus ad veram Dei glorificationem, prout cantus Sacrorum Miniſtrorum, ut obſeruant Nau. *de Orat. cap:*16. *nu.*46. Carol: Macign. *de hor. Can. cap:*87. *nu.*9. & Molan. *de Can: lib.*2. *cap.*40. & ideò non adhibetur in Cappella Papæ, ut notat Suarez *de Relig. lib.*4. *cap.*8. *nu.*7. Huic noſtræ Cęremonialis expoſitioni robur addit, quod licet Organum, dum pulſatur, dicatur cantare; Vndè in Feſto S. Ceciliæ Eccleſia dicit, *Cantantibus Organis* & tempore Aduentus *Canite tuba in Sion*; id accipitur impropriè, & dicitur quaſi cantare. Caſtr: vbi ſupra. Eſcob. *tr.*5. *exam.*6. *cap* 5. *num.*70. & conſequenter non vere, ſed fictè canit, dum ſonat. Honded. *conſ* 85. *n.*15. *Vol.* 1.

At

At verò, si tangeretur Organum in præfatis versibus Priuilegiatis, & exinde à Choro canerentur, neutiquam dici posset Organum tunc cantasse, nec verè, nec figuratè; & ita ut supra ad mentem Cœrem. l.c. obseruatur in Metropolitana,& Collegiatis Bononiæ, ac in hac Ecclesia, tam ante, quàm post Collegiatæ erectionem, contra quem vsum, legis subsistentiam habentem, se opposuerunt quidam Canonici iuniores,& exposuerunt S. R. C. hic altercationes oriri circa modum pulsandi Organum, supplicantes ad dirimendas lites, mandari, seruandum vsum Ecclesiarum Vrbis, in quibus aiebāt sonum Organi in pręfatis versibus priuilegiatis interferi. & Sacr. Congreg. respondit, *Stylus Romanus laudabilis*: Quod rescriptum, cum tantummodo cadat super qualitate laudabili, quæ necessario requiritur, ad hoc, vt possit licitè obseruari stylus localis, per se non arctabat ad eius obseruantiam extra Vrbem Romam: glos. *in cap. Nolite dec. 11.* Abb. *in cap. Bona nu. 2. de postul. prael.* Fely. *in cap. Rodulphus nu. 24. de rescript.* Penzon. *ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 75. nu. 4.*: Orbis enim non tenetur seruare consuetudinem Vrbis, maximè vbi adest contraria Cœrem. dispositio, vt tradunt Suarez *de leg. lib. 7. cap. 16.* & Bursatt. *cons. 129. num. 72.* Tamen, quia dd. Canonici iuniores persistebant in sua opinione, Abbas, & Canonici veteres habuerunt necesse per Procuratorem, recurrere ad eandem Sacr. Congreg. exponendo, preces iam porrectas, super continuatione Organi in versibus priuilegiatis, fuisse contra voluntatem sanioris partis Capituli, modò instantis in hoc seruari cœremoniale, & Sacr. Congreg. ambabus partibus auditis sub die Septembris 1646. determinauit, ut infra, *Seruetur Cæremoniale, circumscripto alio Decreto inaudita parte obtento.* Ex quo patet, verum Cœremonialis sensum esse quem innuimus, siquidem opus est alterutrum omninò fieri, nempè Organum vt supra interponi, vel non, sed à S.C. ob litteratū fuit assertū Decretū per quod pars aduersa aiebant interferi, ergo non est interponendum Organum inter præfatas duas strophias & versus priuilegiatos. Et ne deinceps alia posset nasci controuersia circa dictum Organicū sonum, dimissis litteris executorialibus A. C. super vltimo Decreto obtentis, vt celerius finirentur lites pro quarum extinctione Sancta Ecclesia quotidie Deum precatur ad Sextam, per me, à maiori parte Capituli deputatum, solumodo exhibitum fuit in Tribunali Curiæ Episcopalis Sarzanæ, mox insinuatum S.C. Decretum, & Illustriss. D. Episcopus visis, &c. me instante, mandauit, continuandum in versibus priuilegiatis sonum Organi iuxta cœremoniale, & vsum huius Ecclesiæ sub pœna suspensionis à Diuinis.

114

O Dixerunt

Dixerunt nonnulli Ius non esse Episcopo huiusmodi censuram imponere, nihil auctoritate. Valer. *de diff. ver. for. V. absolutio n. 20.*
115 Affirmantis non posse Episcopum Declarationibus Sac. Congreg. adiungere pœnas pro earum executione: quæ doctrina non applicatur in casu nostro: tum quia Decretum fuit emanatum auditis partibus, tum quia, licet Episcopus non sit Iudex in enodādis dubijs super Rubricis exortis. S.R.C. Visen. 21. Iuni, 1605. Attamen obligare potest Capitulum, & Canonicos ad obseruantiam cœremonialis sub censuris, & pœnis pecuniariis. Ita de mente Sac. C. dicens Barbosa *sum. V. Cæremoniale nu. 10.* Gauan. *eod. V. in addit.* prædicta verò Organici sonitus continuatio est secundum regulas cæremonialis, Barb. *loc. cit. vers. Regulare est.* Non me latet, huiusmodi regulas in pluribus Ecclesijs etiam bene temperatis, non seruari, sed Organum interponi interdd. versus priuilegiatos, cantantibus tamen Canonicis in Choro eosdem uersus, quæ consuetudo est laudabilis. Ita censuit S.C. penes Barb. *in sum. collect. 78. &* *332. nu. 1.* Vbi autem sunt receptæ, vel in Collegiatis nouis sunt seruandæ. Ibid. *collect. 78. nu. 17.*

Quandocunque Organum ficte canit in hymnis, canticis, & c. iuxta cæremoniale, vel etiam in Psalmis iuxta præscriptam Ecclesiarum consuetudinem alternatim cum Choro: Canonici ibi existentes, ut satisfaciant præcepto de Diuino Officio integrè recitando, debent aliquem deputare, qui ibidem distinctè & altè pronunciet, quæ ab Organo cantari figurantur, uel ea quiuis de Choro suppressa voce dicat, ut aduertunt Bonac. *de hor. Can. d. 1. q. 1. pun. 3. nu. 4.* Trullen. *in Decal. lib. 1. cap. 7. d. 16. nu. 31.* Bonarr. *l. c. lib. 2. cap. 26. nu. 12.* Nisi fortè cum Organo Musici cantent, quo casu satis est attentè audire. Castr. Pal. *de hor. can. d. 3. pun. 4. nu. 7.*

Hic adnotandum, non esse in manu Organistæ Sacra Officia prolixo sono protrahere, ac auditores fatigare, suam artem ostentando, ut ait Molan. *de Can. lib. 2. cap. 40.* cum potius teneatur ad
116 nutum, vel signum datum à Magistro cœremoniarum Organi tacitum desinere. adnotata hoc tit. in *Cærem. Episc.* Sonus Organicus debet esse breuis, & parum plus perseuerare cantu Gregoriano, qui silente Organo fieret in Choro. Nau. de Orat. *cap. 6. num. 51.*
Quando Organum in Diuinis Laudibus non pulsatur, tenentur Ca-
117 nonici versus ad sui lateris Chorum pertinentes, alta voce efferre, & versus alterius Chori attentè audire: quod si quis partem sui Chori humili voce pronunciet, & alteram cum debita attentione audiat, mandato Ecclesiæ de Horis Canonicis priuatè legendis satisfacit. Tab. *V. hora n. 34.* Less. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 34. dub. 23. nu. 18.*

nu, 18. Escob. *l.c. cap.* 5. *nu.* 70. Sanchez *tom.* 2. *conf. lib.* 7. *d.* 14. *n.* 23. S. Faust. vbi supra *q.* 164. Non tamen euitat peccatum veniale, vt post alios asserunt Beia *par.* 1. *cas.* 55. & Valer. *de vir. for. V. Simonia diff.* 10. Ratio est, quia non adimplet debitum ministerium Chori, cuius Officium consistit, vt Canonici alternis vocibus se inuicem inuitent, ac se se alternatiuè audiant, & benè intelligant. Caramuel. *in Theol. fund. q.* 10. *nu.* 1467. Bizzozer. *l.c. cap.* 2. *nu.* 16. & Molfes. *in sum. tr.* 5. *c.* 1. *n.* 24. aliàs quis non lucratur distributiones. Couar. *var. lib.* 3. *cap.* 13. Comit. *lib.* 1. *q.* 62. *n.* 2. Card. *in sum. tit. de ben. disq.* 18. Homob. *de stat. p.* 1. *cap.* 22. *& cons. p.* 3. *resp.* 52. Et in euentu, quo vniuersi vnius lateris Chori, tam submissa voce Sacra verba proferrent, quod nequirent ab altero Choro intelligi; non solum perderent distributiones, sed grauem culpam incurrerent, quia essent causa, omnes non satisfacere Diuini Officij obligationi, ut obseruant Vega *l.c. cas.* 91. & Castr. Palao vbi supra *nu.* 3. Non est autem necessarium, ut quis ex uno Choro voces omnium alterius partis auribus percipiat, sed satis est, ut pronunciata ab uno, uel à pluribus distinctè intelligat. Azor. *l. c. cap.* 11. *nu.* 4. Trullen. *in opusc. dub.* 11. *nu.* 15. Molfes. *tr.* 5. *cap.* 3. *num.* 18. In priuata Diuini Officij persolutione sufficit recitatis vocem esse audibilem remoto strepitu. D. Anton. *in sum. p.* 2. *cap.* 1. & alij passim, immò satis est audire se ipsum, quamuis ab alijs nequeat audiri. Gordon. *mor. l.* 1. *cap.* 9. *d.* 6. *q.* 2. Petrell. *l.* 4. *q.* 12. *n.* 14. &

118 cæteri. At in publica Psalmodia debent Canonici recitare audientiam horarijs Precibus facere, quod etiam Populus assistens ualeat earum sensus apprehendere. Med. *de orat. q.* 7. Plou. *l.* 6. *q.* 12. *q.* 7. Mirand. *in Man. Prelat. p. pr. q.* 37. *art.* 6. *con.* 19. Nau. *in Man. cap.* 25. *nu.* 112. & probat Caiet. 2. 2. *q.* 83. *art.* 12. ea ratione, quia finis huius Orationis publicæ est, ut innotescat Populo: id Adhæc munus Canonicorum est Psallere in Choro. Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. At psallere non dicitur, qui submississimè recitat; sed qui altè uerba oris sui pronunciat, uel tono aliorum decantat. Fum. *V. hor. can.* 22. & Trullen. in Opusc. *dub.* 2. *nu.* 10. Vidit Isaias Seraphinos, qui clamabant alter ad alterum, vndè doctissimus Tertullianus (hoc est ten Tulius) inquit, *Si volueritis vt Angeli esse, hic vocem, & officium ediscamus, dicendo cum David Psalm.* 65. *ad ipsum ore meo clamaui.*

Non eximitur à proferendo alta uocis sono horarias preces, in Choro, qui ibi prima fungitur Dignitate, immò iste ad id est ma-

119 gis adstrictus, cum ipsius exemplo teneatur alios ad Psallendum excitare, ut obseruauit Nau. *de Orat. cap.* 21. *in sin.* Caiet. *in sum.* V.

Dixerunt nonnulli ius non esse Episcopo huiusmodi censuram imponere, nisi ex auctoritate. Valer: *de diff. utr. fori V. absolutio n. 20.*
115 Affirmantis non posse Episcopum Declarationibus Sac. Congreg. adiungere pœnas pro earum executione: quæ doctrina non applicatur in casu nostro: tum quia Decretum fuit emanatum auditis partibus, tum quia, licet Episcopus non sit Iudex in enodãdis dubijs super Rubricis exortis. S. R. C. Visen. 1 Iulii 1605. Attamen obligare potest Capitulum, & Canonicos ad obseruantiam cœremonialis sub censuris, & pœnis pecuniariis. Ita de mente Sac. C. dicente Barbos. *in sum. V. Cæremoniale nu. 10.* Gauan. *eod. V. in addit.* prædicta vero Organici sonitus continuatio est secundum regulas cæremonialis, Barb. *loc. cit. vers. Regulare est.* Non me latet, huiusmodi regulas in pluribus Ecclesijs etiam bene temperatis, non seruari, sed Organum interponi interdũ, versus priuilegiatos, cantantibus tamen Canonicis in Choro eosdem uersus, quæ consuetudo est laudabilis. Ita censuit S. C. penes Barb. *in sum. collect. 78. & 332. nu. 1.* Vbi autem sunt receptæ, vel in Collegiatis nouis sunt seruandæ. Ibid. *collect. 78. nu. 17.*

Quandocunque Organum fictè canit in hymnis, canticis, &c. iuxta cæremoniale, vel etiam in Psalmis iuxta præscriptam Ecclesiarum consuetudinem alternatim cum Choro: Canonici ibi existentes, ut satisfaciant præcepto de Diuino Officio integrè recitando, debent aliquem deputare, qui ibidem distinctè, & altè pronunciet, quæ ab Organo cantari figurantur, uel ea quiuis de Choro suppressa voce dicat, ut aduertunt Bonac. *de hor. Can. d. 1. q. 1. pun. 3. nu. 4.* Trullen. *in Decal. lib. 1. cap. 7. d. 16. nu. 31.* Bonart. *l. c. lib. 2. cap. 16. nu. 12.* Nisi fortè cum Organo Musici canent, quo casu satis est attentè audire. Castr. Pal. *de hor. can. d. 3. pun. 4. nu. 7.*

Hic adnotandum, non esse in manu Organistæ Sacra Officia prolixo sono protrahere, ac auditores fatigare, suam artem ostentando, ut ait Molan. *de Can. lib. 1. cap. 40.* cum potius teneatur ad
116 nutum, vel signum datum à Magistro cœremoniarum Organi tactum desinere. adnotata hoc tit. in *Cærem. Episc.* Sonus Organicus debet esse breuis, & parum plus perseuerare cantu Gregoriano, qui silente Organo fieret in Choro. Nau. de Orat. *cap. 6. num. 51.*
Quando Organum in Diuinis Laudibus non pulsatur, tenentur Ca-
117 nonici versus ad sui lateris Chorum pertinentes, alta voce efferre, & versus alterius Chori attentè audire: quod si quis partem sui Chori humili voce pronunciet, & alteram cum debita attentione audiat, mandato Ecclesiæ de Horis Canonicis priuatè legendis satisfacit. Tab. *V. hora n. 34.* Less. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 34. dub. 23. nu. 18.*

nu, 18. Escob. *l.c. cap. 5. nu.* 70. Sanchez *tom. 2. conf. lib. 7. d. 14. n.* 23. S. Faust. vbi supra *q.* 164. Non tamen euitat peccatum veniale, vt post alios asserunt Bela *par. 1. cas.* 55. & Valer. *de vir. for. V. Simonia diff.* 10. Ratio est, quia non adimplet debitum ministerium Chori, cuius Officium consistit, vt Canonici alternis vocibus se inuicem inuitent, ac se se alternatiuè audiant, & benè intelligant. Caramuel. *in Theol. fund. q.* 10. *nu.* 1467. Bizzozer. *l. c. cap. 2. nu.* 16. & Molfes. *in sum. tr. 5. c. 1. n.* 24. alias quis non lucratur distributiones. Couar. *var. lib. 3. cap.* 13. Comit. *lib. 1. q. 62. n.* 2. Card. *in sum. tit. de ben. disq.* 18. Homob. *de stat. p. 1. cap.* 22. *& cons. p. 3. resp.* 52. Et in euentu, quo vniuersi vnius lateris Chori, tam submissa voce Sacra verba proferrent, quod nequirent ab altero Choro intelligi, non solum perderent distributiones, sed grauem culpam incurrerent, quia essent causa, omnes non satisfacere Diuini Officij obligationi, ut obseruant Vega *l. c. cas.* 91. & Castr. Palao vbi super. *nu.* 3. Non est autem necessarium, ut qui uis ex uno Choro voces omnium alterius partis auribus percipiat, sed satis est, ut pronunciata ab uno, uel à pluribus distinctè intelligat. Azor. *l. c. cap.* 11. *nu.* 4. Trullen. *in opusc. dub. 1. nu.* 15. Molfes. *tr. 4. cap. 2. num.* 18. In priuata Diuini Officij persolutione sufficit recitatis vocem esse audibilem remoto strepitu. D. Antonin. *in sum. p. 2. cap.* 1. & alij passim, immò satis est audire se ipsum, quamuis ab alijs nequeat audiri. Gordon. *mor. l. 1. cap. 9. d. 6. q.* 2. Petrell. *l. c.* & cæteri.

118 At in publica Psalmodia debent Canonici tantam reddere horarijs Precibus facere, quod etiam Populus assistens ualeat earum sensus apprehendere. Med. *de orat. q.* 7. Plou. *l. 6. q.* 5. Mirand. *in Man. Prælat. p. pr. q. 37. art. 6. con.* 10. Nau. *in Man. cap. 25. nu.* 112. & probat Caiet. *2. 2. q. 83. art. 12.* ea ratione, quia finis huius Orationis publicæ est, ut innotescat Populo. Ad hæc munus Canonicorum est Psallere in Choro. Conc. Trid. *sess. 24. cap.* 12. At psallere non dicitur, qui submississimè recitat, sed qui altè uerba oris sui pronunciat, uel tono aliquorum decantat. Fum. *V. hora nu.* 22. & Trullen. in Opusc. *dub. 1. nu.* 16. Vidit Isaias Seraphinos, qui clamabant alter ad alterum, vndè doctissimus Tertullianus (hoc est ten Tulius) inquit, *Si voluerimus vt Angeli esse, hic vocem, & officium ediscamus, dicebat enim Dauid Psalm. 65. ad ipsum ore meo clamaui.*

119 Non eximitur à proferendo alta uocis sono horarias preces, in Choro, qui ibi prima fungitur Dignitate, immò iste ad id est magis adstrictus, cum ipsius exemplo teneatur alios ad Psallendum excitare, ut obseruant Nau. *de orat. cap.* 12. *in sum.* Caiet. *in sum. V.*

hora. Homob. *in com. p. 3. q. 18. cap. 3.* Tambur. *de iur. Abbatiss. d. 15. q. 13.* Marchan. *tom. 2. tract. 3. q. 3.* Minus excusatur à cantu Canonicus Nobili genere natus, ut inquiunt Vgol. *l. c. cap. 19. §. 1. nu. 4.* Bertach. *in repert. V. cantare*. Fauet Io. Andr. *in cap. Clerici de vit. & hon. Cler. nu. 5.* dicens, *Cantare in Choro nemo erubescat, & si filius sit Principis*. Laudatur enim Rex Regum, & Dominus Dominorum, à quo quiuis mentem linguam, & uocem benignè recepit; suadet hoc Regius Psaltes *Psal. 28. In templo eius omnes dicent gloriam*, & ipse non reputauit indignum sua Maiestate Dei Laudes publicè canere ante Archam. Et CHRISTVS Dominus Altissimi Dei Filius, cuius omnis actio nostra fuit Instructio, hymnodia usus est. Matth. *cap. 26.* ibi *Hymno dicto*, ubi nonnulli legunt; *& cum Hymnum cecinisset*; cuius Hymni præcisa uerba refert Baron. *d. c. Anno Domini 34.*

Confundantur itaquè qui non sunt Filij Principis, nec Nobili Prosapia procreati, & tamen in Choro sunt nimis delicati, facientes sicut Simia, quæ tantum mouet labia, & non auditur. Et quod
120 intollerabilius est, affirmare non dubitarunt satis esse submissa uoce recitare, dum in Choro maior Canonicorum numerus alta uoce recitat. Horum insipientiam acriter increpat Host. loc. prox. cit. & merito, cum scire deberent, non extare maiorem rationē dei uno, quàm de aliis Choro mancipatis, alioqui omnes Canonici possent huiuscemodi ineptam excusationem adducere, & humili uoce recitare, sicque deficerent cantica Spiritualia, & Ecclesiæ, ac Populi seruitio non esset sufficienter prouisum; ut notat Vgol. ubi supra Comit. *lib. 1. q. 61. nu. 1.* Garc. *p. 3. cap. 2. nu. 530.*

Non diffiteor in aliquibus Ecclesijs, ubi sunt quamplures Cappellani, quibus ex Præbendis Canonicalibus fuerunt distributæ
121 portiones cum onere Diuinum Officium assiduè decantandi, Canonicos deuote assistentes satisfacere obligationi Chorali, licet ibi non psallant, & talis sit immemorabilis ipsius Ecclesiæ consuetudo, ita Less. *lib. 2. cap. 34. d. 23. nu. 185.* Filliuc. *tr. 23. cap. 6. n. 197.* Fragos. *lib. 3. d. 8. nu. 29. tom. 2.* Premor. ubi supra *par. 5. cap. 4. & alij*, dummodo, non conuenientibus Cappellanis ipsi, Canonici horarium pensum alta uoce persoluant, ut aduertunt Gand. *p. 1. disq. 18. art. 26.* & Trullen. *in Dec. lib. 1. cap. 7. d. 16. nu. 8.*

Dempta præfata consuetudine immemorabili, tenentur Canonici, & Dignitates omnes, & singuli per se Diuina Officia decantare in Cathedralibus, & Collegiatis, etiamsi ibi inseruiant Cappellani. Vega *l. c. tit. de hor. Can. cas. 5.* Monett. *de distr. p. 2. q. 1. nu. 28.* & ita determinauit S. C. relatore Comit. *lib. 1. q. 62. num. 3.*

Veruntamen, in his terminis, non improbatur consuetudo dimittendi Cappellanis pondus procedendi ad Falcistorium pro cantandis Antiphonis, Responsorijs, & similia, præsertim, quia hi sæpius maiori canendi peritia calleant, quam Canonici. S. Faust. *l. c. lib 3. q.* 12. Viuian. *de iurepatr. lib* 15. *cap.* 3. *num.* 8. At vbi non existunt Cappellani, omus à suis sedibus procedēdi ad Legile, ac ibi notas Gregorianas canēdi omnes, & singuli Canonici subire tenētur, vt post alios considerat Monet. *de distrib par.* 2. *quæst.* 2. & statuitur in nostris Constitutionibus Synodalibus, quæ obligant, tam Canonicos, quàm Dignitates, ut in indiuiduo docet Barb: *de off & pot. Episc. alleg.* 34. & semper dum à cœremoniali præscribitur modus conueniendi in Chorum, & rei similis, comprehenduntur quæcunque Dignitates. S.C. apud Marzill. *l. c. fol.* 161. Arnard. vbi sup. *par.* 2. *cap.* 1. *in fin.* Et ita etiam declarauit S.R.C. maximè si numerus Canonicorum sit exiguus; & refert Nicolius *in flor. V. Canonicus nu.* 29.

Si Legile omnes Choro deuinctos non capiat, Canonici Digniores liberi iudicari debent à supradicta accessione ad Legile, dūmodo in sua Sede cantent notas eo modo, quo melius possunt. vt innuit Trullen. in Opusc. *dub.* 2. *nu:* 24. & ita absque perturbatione iuniorum seruatur in Ecclesijs benè regulatis. Non sunt autem ex-
122 cusabiles Dignitates, & Canonici non accedentes ad cantandum, vt supra, eò quia ignorant cantum firmum, quia tenentur addiscere, alias grauiter peccant, vt aiunt Innoc. *super d. cap. Dolentes de celebrat. Miss.* Aluar. *l. c. V. hora canonica n.* 27. & alij apud Henriq. *in sum. li b.* 9. *c.* 31. *lit. G.* Nam vnusquisque tenetur nosse, quod est
123 necessarium ad suum munus rectè exequendum. *cap. fin. de ætat: & qual. Ord:* Guazzin. vbi supra *lib.* 2. *def.* 2. *cap.* 15. *nu.* 1. Atque hanc peritiam cantus Firmi esse qualitatem necessariam in Canonicis, pro celebrandis Horis Canonicis, ac Missa Solemni docent glos. in *Clem.* 1. *de conceß præb.* Henriq. *loc. statim cit.* & Rot. *decis.* 18. *cod. tit. in nouiss.*

Hinc mandat Conc. Trid. in Cathedralibus erigi Seminarium, vt Clerici, inter cætera, addiscant cantum, ac deinceps in suis officijs ritè, & congruè deseruiant, consonat, quod inquit Mirand. *l. c. p.* 1. *quæst.* 37. *art.* 5. his verbis, *Sicut indecens, & perniciosum est militem armis vti nescire, ita aspicere in Choro Canonicum cantus Gregoriani modulationis expertem*, sed de hac materia copiosus redibit sermo infra *lib.* 4. Non erit intempestiuum hic discutere, verum Canonici in Choro Officium Ecclesiasticum cantare teneātur, itaut non sit satis illud alta voce recitare, opinantur permulti requiri-

124 requiri cantum, innixi auctoritate *Clem. 4. de vit. & hon. Cler.* Quæ mandat, vt Canonici Diuina Officia decantent. Obligati autem canere non respondent suo muneri recitando ad tradita per Abb. *super cap. Quod in se nu. 6. de pæn. & remiß.* Quandoquidem differunt inter se cantare, & alta voce recitare. Abb. *in cap. Quisquis 2. not. de vit. & hon. Cler.* Bertach. *l. c. V. cantare.* Alij tùm vetusti, tùm moderni arbitrantur sufficere alta voce pronunciare. *ex cap. 1. & cap. Præsbyter de celebr. Miss.* Quibus iuribus solum decernitur, vt Diuina Officia publicè compleantur; nec obstare dicunt verba, quæ retulimus Clem. 1. namque finis fuit communicandi adstantibus in Ecclesia Diuinas Laudationes, quod obtinetur tàm cantando, quâm altè recitando, ut considerant Naus *in d. cap. Quādo art. 6.* & Sanchez *cons. mor: lib. 7. cap: 2. dub: 8.*

At verò, quoniam de hoc non reperitur aliquod præceptum, nec de iure Diuino, nec de iure positiuo; credo circa id seruandam esse locorum consuetudinem cum D: Anton. *in sum. par. 3. cap. 4.* Marchan. & Macign. loc. prox. allegat. Quæ in nonnullis Collegiatis est, vt diebus Festiuis decantentur, & in profestis altè legantur. & ista consuetudo commendatur à S.R.C. teste Barb. in Sum. Bullar. *V. consuetudo.*

In alijs Ecclesijs cantantur tantummodo Tertia, & Vesperę, Dominicis, & Festis de Præcepto, reliquæ Horę eorundem dierum alta voce efferuntur, exceptis Sexta, & Nona, regulariter remanentibus post Missam cantatam, quæ congruè humili voce recitantur, Petrell. loc. cit. & in diebus non Festiuis omnes horariæ preces altè leguntur, quæ consuetudo pariter non improbatur a multis DD. asserentibus, quòd ubi in more positum est, alicuius Ecclesiæ Chorum horas canonicas illius diei decantare in totum, vel in partem, obligantur singuli Choro addicti illud Officium modulatè concinere saltem sub culpa veniali. Caramuel. *in reg. l. c. fol. 317.* & non sufficit excelsè proferre. ex Caiet. *tom. 1. opusc. tr. 31. resp. 38.* Soto *de iust. & iur. lib. 10. q. 5. art. 4.* In psallendo in Choro non debent Canonici vti incondita, & clamorosa vociferatione; ita monet Bonar. *l. c. lib. 3. cap. 22. Ubi nu. 8.* exponit illud Psal. 32. *Psallite in vociferatione;* sed eorum vox sit alta, & intelligibilis, placida, atque sonora, vt in canticis bene sonantibus Laudes Altissimo DEO persoluantur. Spond. *l. c. ann. 60. nu. 12.* Qui tamen suauem vocem nō habent, non debent idcircò à cantu cessare, sed cum cœteris canere, quoniam diuersitate vocum ornatur melodia, prout audimus in Organis, in quibus diuersæ fistulæ sonum haud ingratum emittunt, vt obseruant Albert. de Ferr. *l. c. nu. 57.* & in Templo Salomo-

dis erant vasa aurea, argentea, & ænea, vt in his terminis notat S. Antonin. *l.c. par. 3 tit. 9. cap. 12.* Verùm est, quod si fortè alicuius Canonici vox sit tam intemperata, & aduersa, ut auditorum aures non parum offendat, conducibilius erit, istum cessare à cantu, submissa voce Diuinum Officium proferendo. ita docent Durand. *de Diu. off. lib. 5. cap. 2. nu. 67.* & Petrell. vbi supra *lect. 8. nu. 3.* ne de isto dicatur, *Anser inter olores.* Si contingat alicui Horæ canonicæ cantum figuratum adhiberi, nemo ex Canonicis tenetur ad huiusmodi concentum, quia iste cantus pertinet ad Sæculares, & cantus firmus ad Ecclesiasticos, vt notant Card. Tol. *sua Instr. lib. 2. cap. 10. nu. 6.* & Castr. Pal. *loc. prox. cit. pun. 3. nu. 1.* Nec in Ecclesijs est necessarius, nec præceptus, S. Faust. *de distri. q. 12.* Bonac. *eod. tit. d. 1. q. 1. p. 3. nu. 4.* Viuian. *l. c. cap. 3. nu. 39.* Poterit tamen quiuis Canonicus, benè instructus in hoc cantu, cum Musicis se Choro coniungere, & cum his canere choratim, vel in vniuersum Psalmos, & hymnos; & sic publicæ, ac priuatæ satisfacit Psalmodiæ DD. mox cit: Laym. *mor. lib. 4. tr. 2. cap. 7. n. 3.* Si verò aliquis

125

126 Canonicus peritus Musicus præesset cantui numeroso, ipsum tantum dirigendo, & nil canendo, non satisfaciet legi de Canonicis horis recitādis, sed benè obligationi Chorali, ut aduertit post alios Petrell. *l. c. lect. 8. num. 11.* Idem sequitur de alijs Canonicis in suo stallo audientibus cantum figuratum, qui duntaxat à Musicis fit in omnibus Psalmis Vesperarum Solemnium, dummodo habitu chorali induti reuerenter intersint, ut tradunt Pasqual. *p. 1. dec. 408* & Less. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 34. d. 33. nu. 185.* Cantus figuratus cum debita moderatione factus condecorat Festi Solemnitatem, Populum ad Deuotionem mouet, & cantores ad honestam spiritus voluptatem excitat. Macign. *de bon. Can. cap. 61.* Henriq. *in sum. lib. 1. cap. 11. nu. 1.* Bellarm. *l. c. cap. 16.* & est nobilior cantu firmo. Bertachin. *in repert. V. Musicus.* Mar. Ant. *var. lib. 1. resp. 8. num. 2.* vbi refert connumerari inter illustres disciplinas, quamobrem non placet, quod ait Basseu. *l. c. V. horæ Can. 4. num. 5.* & antè eum alij apud Monet. *de distrib. par. 2. quæst. 2. nu. 5.* asserentes, non expedire Canonicis etiam in Ecclesijs se admiscere cum cantoribus cantus figurati, cum non deceat Canonicorum grauitatem. Certè consentio in Ecclesia prohiberi non solùm Canonicis, sed & Laicis, quosdam sonos, & cantus vanos, qui potius inseruiunt aurium curiosarum voluptati, quam prouocationi ad pietatem, & ad deuotionem infirmorum, displicent Deo huiusmodi sæculares cantilenæ, & melicæ leuitates, ut docent uterque Thom. *2. 2. q. 91. art. 2. & q. 93. art. 3.* Videatur Bellarm. *de bon. oper. lib. 1. cap. 17.* Val. to. 3.

dec. 6.

dec.6. q.9. pun vnio. Fum.*in sum.V. Cantus,* qui ostendunt, quando in his committitur culpa mortalis, & quando venialis, & latè Bonart. *l.c. lib. 1. cap.14.nu:16:* ubi monet Ecclesiæ Præpositos ad inuigilandum, ut cantus, & soni sint pij, ac distincti, & Domui Dei, ac Diuinis Laudibus accomodati. Circa publicam Diuini Officij celebrationem duæ circunstantiæ, siuè modus præcipiuntur in *cap. Dolentes de Celebr.Miss.* videlicet, ut fiat studiosè, ac deuotè, cum enim Homo constet ex corpore, & Anima, debet DEO Creatori retribuere corpore, videlicet, ore, ac externis cæremonijs, publicam Psalmodiam studiosè, ac integre proferendo, quod pertinet ad primum modum, de quo diximus Secundus, modus significatus per aduerbium deuotè respicit animam, & consistit, ut internis
127 actibus Diuinæ Preces deuotè persoluantur, quibus cōsonant verba Eccles. 39. *Ore, & corde collaudate nomen Domini.* Insinuata deuotio in horis Canonicis bifaria accipitur. Primo pro dulcedine illa Spirituali, quæ prouenit ex recitatione Officij Ecclesiastici. Sanchez *conf. lib:7.cap.2. dec.20, nu.2.* Siuè pro animi promptitudine ad Deum laudandum, ut docent D.Thom.*22.q.82. art. 1.* Bellarm. *l.c.cap.19.* Secundo sumitur pro attentione, seu præstantia mentis, ad id, quod in horarijs precibus pronunciatur. *Med. tr.6. C.de orat. q.17.* Azor.*tom.1. lib.7.cap.5. q.6.* Vnde in Diuino
128 Officio potest haberi attentio, & deuotio Macign. *cap:90. num:63.* Vane.*l.c. lib.3. cap:15.* De ratione antedictæ Deuotionis est, vt Canonici feruore spiritus concepto laudationes Dei cum gaudio, & animi exultatione decantent, iuxta illud Psal. 118. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua.* ita notant Conc. Basilien: *sess.22.tit. Quomodo recit.* Mirand. *l.c. p.1. q.37. art:2.* Et S.Ecclesia docet Diuinas Laudes esse persoluendas alacriter, ut grata sint DEO, cui non placent seruitia coacta. *cap.fin. 23. dist.* Hilarem enim datorem diligit Deus: inquit D.Paul. *2.Cor.cap.9.* In primitiua Ecclesia erant Canonici in Choro spiritu feruentes, & Orationi instantes, absolutoq; Officio diurno, summopere optabant quantocitius reuerti ad Nocturnum, quia Spiritualem dulcedinem gustabant in Diuinis Officijs. ut ex S. *ex his 27.q.7.* obseruat Sot: ubi supra *art.1.*

At nostra tempestate permulti anxie currunt ad Canonicatum, eius luctum temporale diligenter curant, honoris gradu valde lætantur, in publica verò Officij persolutione sunt desides, pigri tāquam testudines, vt vtar præcisis verbis: Bald: *in cap. Cum M. n:20. de constit:* Huiusmodi pensum graue dicunt, nilque ab his attendi uidetur, quàm ut finiatur Officium chori, dolentes quando Officium est longum. ut innuit Host. *in sum.tit. de Cler. excom. Ministr.*

Horas

129 Horas canonicas in Choro recitantes, absq; præfata interna cordis Deuotione, venialiter tantum deliquunt, si aliàs externis actionibus suo muneri respondeant, quia Ecclesiæ precepto, & obligationi Chorali satisfaciunt Nau. *de Orat. cap. 20. nu. 58.* & Vulp. *in Prax. cap. 51. nu. 46.* Immò huiusmodi Deuotione carentes, & eam concupiscentes, nulla ob id implicantur culpa. Plou. vbi supra, maxime si ipsam habere procurent, se ad Diuinas Laudes præparando. iuxta illud Eccles. cap. 18. *Ante Orationem præpara animam tuam.* Quæ præparatio duplex est, remota, & propinqua; Ad remotam pertinet, quod Canonici orantes, vt Ministri Ecclesiæ, exi-
130 stant in gratia, aliàs non merentur, neque sibi acquirunt temporalis supplicij relaxationem. Val. *tom. 2. disp. 8. q. 1. pun. 3. & tom. 3. disp. 1. q. 10. pun. 2.* Non tamen peccant Diuinas Preces fundendo, etiamsi Officio hebdomadarij fungantur, vt docent Card. Turrecr. *super cap. Cantantes d. 92.* Couar. *in cap: Alma mater de sen. excom: §. 5. nu. 2.* Sa *V. horę nu. 18.* Licet alij contrarium sentiãt. Consulendũ est autem cuicunque, mortali crimine grauato, vt, antequam chorum adeat pro Diuinis Officijs celebrandis, purget Animam suã à culpa per Confessionem, vel saltem per contritionem, vt eius Orationes sint habiles ad sibi, & Populo satisfaciendum, merendum, & impetrandum. Bonac. de Sacram. *d. 1. q. 4. par. 3. nu. 4.* Bonart. *lib. 3. cap. 26.*

Ad propinquam pręparationem optimum erit, dum quis in hoc
131 Diuino opere agnoscit se indeuotum, recogitare se stare coram DEO, qui, vt cantat Ecclesia, actus nostros prospicit, & sic internam Deuotionem ab eo postulare, considerando, Diuinas Laudes decantare esse occupationem, quam quiuis cupit facere in Cœlo per secula. Quod si his adhibitis adhuc existat, in Spirituali ariditate positus, non tristetur, nec turbetur, quia Deus acceptabit hãc bonam voluntatem pro opere; & sciat, quòd sicut voluptas, atq; sensibilis deuotio non habet gratiæ certitudinem, vel moralem, ità è conuerso indeuotio, & ariditas non sunt signa peccati. Em. Rodriq. *in sum tom. 2. cap 52. circa fin.* Nec deuotio sensibilis est necessaria, vt actus nostri sint meritorij, immò interdum plus meretur non habens talem Deuotionem, siquidem sæpè ex illa dulcedine aliquis ansam superbiendi desumit, & ex illa ariditate occasionem se humiliandi coram Deo; vt exemplis, & doctrinis conclusionem exornant Alphons. Rodriq. *in suis exerc. Spirit. par. 1. tr. 5. cap. 19.* & Ferrar. *in Port. ad æter. p. 1. §. 10.* Et hæc sufficiant de Deuotione primo modo accepta, ex natura sua solita in Diuinis Officijs causare attentionem, quæ secundo modo sumpta necessariò

 requiri-

requiritur ad satisfaciendum Diuini Officij præcepto, quod habetur in *d.cap. Dolentes,* vbi Ecclesia præcipit actum externum, scilicet recitationem horarum canonicarum, & internum, videlicet mentis attentionem, vt notat Grass. *lib.2.cap.28 num.*41. Et quamuis aliqui non improbabiliter teneant obligationi dicendi Officium satisfieri, & lethalem culpam non committi ab eo, qui voluntariè, & ex industria distractus horarias preces persoluit, dummodo omnia verba Sacra exactè pronunciet. Ita Host: Archid. quos refert, & sequitur D. Anton. 3:*p: tit.* 13.*cap.*4.§.8. Ang. *in sum. V. hora nu.*28. Sylu *eod. V. q.*5. Rosell. & Tab. *eod. V. Comit. lib:* 1. *q.* 62. *nu.* 5, Valer. vbi supra *V. Horæ Can. nu:* 1. Ægid. Coninck *de Sacram. tom.* 1. *q.* 83. *d. vnic. nu.* 289. & alij apud March. *l:c: tr.* 2 *cap.* 12. Præcipua ratio, ex qua mouentur, ea est, quia Ecclesia non punit, nec iudicat actus internos, *cap. Christiana, cap. Erubescant* 32. *dist: cap: Cogitationis de pæn. d.* 1. *cap. Tua nos de Simon.* At profectò verior, securior, probabilior, & receptior est sententia asseuerantium attentionem interiorem in casu nostro ab Ecclesia præcipi sub pœna peccati mortalis; sic docent Suarez de Relig: *tom.* 2. *tr.* 4. *lib.* 4. *cap:* 16. Henriq. *in sum. lib.* 5. *cap:* 15. *nu.* 2. Val. *l. c. pun.* 10. Tol *lib.* 2. *cap.* 13. Less. *l. c. c.* 37. *d.* 11. *nu.* 64. Fillinc. vbi supra *cap.* 8. *num.* 252. Escob: *tr.* 5: *cap,* 3: *exam.* 6. *nu:* 59. Laym. *lib.* 4. *cap.* 5. *tr.* 1: *nu.* 10. & cœteri. & ducuntur hoc indissolubili argumento. Oratio est ascen-
133 sus intellectus in Deum. Bellarm. *tom.* 4. *vbi supra cap.* 1. *&* DD. *mox cit.* Ergò requirit actum internum, sine quo non esset vera oratio; idque piè, ac doctè considerant Bard. *in explic. Bull. Cruc: p.* 3. *tr.* 5. *sect.* 2. *nu.* 12. Marchan. *l: c. tract:* 2 *sect.* 1, Squill: vbi supra *num:* 37. *& alij.*

Nec obstaculum facit, Ecclesiam actus internos non iudicare,
134 quia hoc accipitur in Foro Fori, non in Foro conscientiæ, vt præter cœteros benè obseruat Azor. *p:* 1. *lib.* 10. *cap.* 12: *q.* 6. Sicut hæreticus purè mentalis non remanet Excommunicatus ob Constitutionem Ecclesiæ excommunicantis hæreticos, sed non eximitur à grauissimo scelere, à quo tamen absolui potest à quolibet Confessario. Finell. *de cas res. cap.* 5, *nu.* 2. vel dic Ecclesiam posse præcipere actus internos, quando cum aliqua exteriori actione coniunguntur, prout in casu de quo loquimur copiosè scribit Franc. Valente *in Conc: iur: d:* 4. *sect.* 6. & Bard. ubi supra. Præfata attentio non solum debetur in Horis Canonicis, sed in alijs Orationibus non præceptis: Less. loc: cit. *dub.* 11. *nu.* 62. Ratio est, quia si quis vult alloqui Deum, tenetur id agere decenti modo. Val. 22. *d.* 6: *q.* 2. *pun:* 12. Molfes: *l. c. nu.* 98. Quemadmodum Medicus, non stipendiatus,

diatus, non adstringitur Infirmos Visitare, si tamen vellet Mederi, tenetur benè mederi.

Aduertendum autem, quod qui mentis euagatione vltrò distra-
135 hitur in Oratione, quam facit ex Deuotione, non peccat plus quam venialiter. Sot. *de iust. & iur. lib.* 10. *q.* 5. *art.* 5. Guadagn. *in Thes. fol.* 34. Petrell. *l. c. lect.* 9. *nu.* 4. Attentio in Diuinis Officijs requiritur tam in priuata, quam in publica Psalmodia, expressius tamen mandatur in allegatis iuribus, & seuerius prohibentur insinuatæ actiones, quæ vix absq; scandalo Chori fiunt, & non solum propriã sed aliorum Deuotionem, & attentionem lædunt, vt considerat Nau. *de Orat cap.* 13. *nu.* 17. Attentio in horarijs Precibus debita est triplex, materialis litteralis, & Spiritualis, prima cõsistit in ha-
136 bendo attentionem ad verba, ne vnum verbum pro alio dicatur, ne ve quid omittatur. Secunda est, qua attenditur ad significatum, siuè verborum sensum, quæ proferuntur in Precibus. Tertia dirigitur in DEVM, vel Paradisi Gaudia, siue Fidem, Spem, & Charitatem, vel CHRISTI Passionem, vel alia Diuina Mysteria; & quælibet, ex his tribus numeratis attentionibus, est sufficiens ad respõdendum Præcepto Diuini Officij, & ad satisfaciendum, merendũ, & impetrandum. Valen. *tom.* 3. *d.* 6. *q.* 2. *p.* 10. §. 4. Graff. *p* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 52. *nu.* 8. Tolet. *lib.* 2 *cap.* 13. Pellizzar. *de mon. cap.* 10. *sect.* 3. *nu.* 291. March. *l. c. p.* 1. *tr.* 2. *cap.* 12. *nu.* 1. Sed aduertendum secundam, vel tertiam non sufficere, nisi Sacra verba integrè, & di-
137 stinctè in Horis Canonicis proferantur. vt adnotarunt Med *l. cit. quæst.* 14. *in fin.* Less. ubi supra *dub.* 1. *num.* 69. & Fusius Macign. *de hor Can. cap.* 85. *nu.* 76. *& seq.* Ex quo prima attentio, nempè ad verba, & si à DD. dicatur aliarum minima, est tamen magis necessaria, præcipuè Canonicis in Choro, qui hac prima, attentione Præcepto satisfaciunt, etiamsi voluntariè excludant secundam, & tertiam. Bonac. *l. c. q.* 3. *pun.* 2. *S.* 2. *n.* 5. *Vers. Ex quo fit.* Fragos. vbi supra *lib.* 10. *dis.* 22. *S.* 3. *nu.* 12. Arm. *in sum V. horan.* 19. Busemb. *in Med. l. c. nu.* 7. Marchan. Less. Laym. Filliuc. Azor. Guadagn. & Escob. loc. supra cit.

Intellige, si adsit animus Orandi, & aliqua interna attentio saltem confusa, ad Deum. ita DD. mox cit. Quamuis autem præstantior sit attentio ad Deum, quam ad verborum sensum, satius erit Personis litteratis contemplationi nõ assuetis sensum Orationis ponderare, quam Superna contemplari, minus autem peritis verborũ sensum non capientibus, conducibilius erit in recitãdis Horis Ca-
138 nonicis mentem ad Deum attollere, & sic peragentes satisfaciunt, merentur, & impetrant, quamuis quæ legunt, non intelligant. Petr.

P 2 de

de Anch. & Ant. de Butr. *super d. cap. Dolentes*. Vnaquæq. supradictarum attentionum diuiditur in actualem, & virtualem, actualis est, quando quis actu attendit ad earum unam, videlicet ad uerba,
139 vel sensum, vel ad Deum. Virtualis contingit, dum quis eadem actuali gaudet initio Precum, at in prosecutione inuoluntariè distrahitur ad profana. Ang. Med. Laym. Tol. Petrell. Bizzoz. loc. statim assignatis, & dixit D. Antonin: *in sum. par. 3. tit. de Hor. Can. cap. 4.* Vbi concordant horarias Preces eiusmodi virtuali attentione persoluentes Præcepto satisfacere, ac meritum sibi acquirere, dummodo procurent Diuinum Officium voce integrè pronunciare. Et vbi mentem vagari perceperint, animum ad secundam, uel tertiam attentionem actualem reuocent: Abb: *in Clem. si Dominum de Relig. dom.* Cand. *l. c. dl 25. art. 28. dub. 5.* Atq. prædicta clarè suadentur ex *d. cap. Dolentes*, vbi non absolutè mandatur, Diuinum Officium recitari deuotè, sed quantum Deus dederit; etenim non est in potestate nostra, quin interdum distractionem patiamur, cum sit nobis cor vagum, & mobilius omni mobili: ut post Boetium dixerunt Io: And. & Abb. *super eod. cap.* & fatetur Vital. *super Clem. 1. de celebr. Miss. n. 20.* dicens, corde vagare sæpè mihi, & tibi accidit; idque Propheta Psalm. 39. confirmat his verbis, *Cor meum dereliquit me.*

Verum est, quòd si Canonici aduertant, se à debita cordis attentione in notabili parte Diuinorum Officiorum auocari, & de hoc non curant, mortiferæ delinquunt. ita Lezan: *in sum. par. 1. cap. 12. nu: 18.* & alij communiter. Excusantur autem à mortali, dum non plenè aduertunt se distrahi, vel tantum sunt negligentes in animo retrahendo à vanis cogitationibus. Vasquez vbi supra *dub. 3. num: 106.* Sa *V. hora can. nu. 19.* Caiet. *in sum. eod. V.* Escob. *loc. c. tract. 5. exam. 6. cap. 4. nu. 70.* Quòd procedit, licet negligentia in repellenda vagatione esset crassa; vt cum alijs non improbabiliter asserit, Petrell. *l. c. lect. 5. num. 6.* Ratio est, quia ad incurrendam culpam mortiferam, opus est, vt data opera quis diuagetur, ac perfectè aduertat se aliena à dictis tribus attentionum speciebus excogitare; ita in puncto docent Caiet. *22. q. 83. art. 13.* & alij plures, quos non reicit Boss. *in tract. de scrupul. s. 9 num. 127.* & quamuis Sot. *de iust. & iur. l. c. q. 5. art. 5.* Existimet vagari ex negligentia crassa in Officio Ecclesiastico, esse ac si consultò id efficeret, quod est mortale, idemque docet Bonart. *l. c. lib. 2. cap. 35. nu. 21.* Comparando negligentiam crassam voluntario: nil secius id in hac materia non esse admittendum, sentiunt Marchan: vbi supra *q. 1.* Suarez quem refert, & sequitur Trullen: *in Opusc. d. 3. nu. 16.* Sanchez *cons. to. 2. lib. 7.*

lib.7. cap.2. d.28. nu.15. & alij Magistri valdè docti, quos ibi tacito nomine refert; Canonici dormientes in Choro per notabilem partem Horæ canonicæ non satisfaciunt Præcepto Ecclesiæ, neque Chori, & consequenter peccant mortaliter, si non suppleant. Ita Nau. *in cap Quando nu.9.* S. Faust. *l.c. q.90. & 141.* Qui verò somno vim faciunt, & dormitando recitant cum tali attentione, quod cognoscant non prætermittere quæ ipsi pronunciare, uel audire tenentur, licet ob grauitatem, & molestiam somni non attendat ad eorum sensus, nec ad tertiam attentionis speciem non committũt mortale piaculum, quia non deest sufficiens attentio. Ita S. Faust: *l. c. q.90. in fin.* Anell. *d:4: cap.7. n 15.* Sanchez loc. cit: *dub.33. n.1.* Qui verò ex desidia somnolentiam non expellerent, vel sunt negligentes in euitandis vanis cogitationibus, quamuis hæc non sint nisi leuia peccata, operantur, quòd ipsorum Orationes non euadant tunc tẽporis meritoriæ, nec satisfactoriæ, nec impetratoriæ. Bonart. *lib.3. cap.19. nu.17.* Quibus bonis, licet, vt diximus, non sint expertes, qui virtualem tantum habent attentionem, tamen nec hi consequuntur illam mentis refectionem, quam Deus communicare solet ijs, qui inter horarias Preces recitandas formalem retinẽt attentionem. D.Thom: *22. quæst.83. art.13.* Idcircò solliciti sint Canonici de huiusmodi attuali attentione, pro qua in toto Diuino Officio conseruanda à me fuit quæsitum. An melius sit in Choro

140

141 Horas canonicas memoriter recitare; & respondi, salutarius esse præ manibus Breuiarium habere, & legendo Sacra verba pronunciare maximè ijs, qui parum balbutiunt, vel sunt imperiti, quia per oculorum defixionem in Libro minus erunt obnoxij erroribus, lapsui memoriæ, ac euagationi, vt inquiunt Castald. *de cærem. lib.2. cap:2. sect.1, nu.4.* Homob. *in com p.2. tract.4. cap:5. q.41.* Trullen. *in Dec. lib.1. cap.7. d:10. nu.7.* Rodriq. *QQ reg. tom.1. q.42: ar.7* & Macign. vbi supra *cap:85. nu.59.* Canonicis autem veteranis, & doctis consultius esse dixi memoriter Psalmos familiares decantare, quia sic liberius ad verborum sensum, ac ad Deum attentionẽ suam dirigere poterunt: vel partim ex Libro sibi parato, partim ex memoria horarias Preces percensere, quod melius experientia didicisse testatur Nau. de Orat. *cap:19. nu.88.*

Et quia Deus non omnes eadem perducit via quisque in Praxi obseruet, quod sibi magis proficuum experimento nouit ad consequendam, & retinendam attualem attentionem. Non erit ab re hic adnotare, non esse de necessitate, vt pensum Ecclesiastici Officij persoluentes, continuò conentur tota sollicitudine cor suum intra actualis attentionis gradum continere, sed satius erit euagationes non

non obſeruare, & quando ad eas aduertit, ipſas reprimere, quia
ſæpè nimia ſolertia in reflectendo, an attendat, nec ne ſit obiectum
ſuæ attētions potiùs quàm ad diſtinctè, ac deuotè proferenda ver-
ba Diuini Officij. Caiet. 22. *q.* 13. *art.* 13. Verricell. *QQ mor. tr.* 5.
q. 5. *nu.* 121. quæ doctrina perſuaderi poteſt præſertim ſcrupuloſis.
vt obſeruat Boſs. *in tract de ſcrup. §. 9. nu.* 128.

Præter attentionem, quam diximus pręceptam á iure, arbitran-
tur aliqui in recitatione Diuini Officij requiri intentionem, & pro-
poſitum reſpondendi præcepto legis, ac Deum deprecandi, ſed
quia attentio, quaſi neceſſariò conſequitur intentionem, & volun-
tātem mox inſinuatam, dicendum eſt; ſufficere opus abſolutè prę-
ſtare, eundo ad Chorum, vel aſſumendo Breuiarium pro perſoluē-
142 di Horarijs Precibus, quandoquidem iſte, ſi eſſet percunctatus,
quid agere velit, vtique reſponderet, ſe velle munus ſuum adimple-
re. S. Fauſt. de Orat. *q.* 34. Trullen: in opuſc. *d.* 3. *nu.* 5. Et hoc ſatis
erit, etiamſi quis recitet inuoluntaria diſtractione. Leſſ: *de iuſt. &
iur. lib.* 2. *cap.* 37. *nu* 71.

Canonicus timens ſe non ſatisfeciſſe ob vagationem inuolunta-
riam, quam habuit inter perſoluendum in Choro Diuini Officij
penſum, & propterea proponens iterum eas recitare priuatim, ſi
poſtmodum ſibi perſuadeat ſufficientem attentionem virtualem
habuiſſe, non eſt vlli repetitioni obnoxius, non obſtante propoſi-
to, quod fecit, ita poſt alios docet Nald. *in ſum V. officium num.* 8.
Immò in ſimili caſu non eſt bona repetitio, quia non ex ſpiritus
feruore, ſed potius ex puſillanimitate prouenit. Ad hæc Canonicus
recitans Diuinas Preces in Choro voluntate formali eas iterū pri-
143 uatè legendi, vt his tantum ſatisfaciat præcepto, & deinde tem-
pore habili ab ea intentione recedat, volens cum perſolutis depre-
cationibus ſatisfeciſſe, ad aliud non tenetur. Rationem aſſignant
Caſtr. Pal. *d.* 2. *p.* 3. *n.* 2. *tom.* 2. Marchan. vbi ſupra *tract.* 2. *tit:* 3. *q.* 1.
con. 2. Eſcob. *tr.* 5. *exam.* 6. *cap.* 5. *num.* 70. Verricell. loc ſtatim aſſi-
gnato *nu.* 119. Canonicus euagationem voluntariam in publico
Officio admittens, ſine propoſito illud extra Chorum repetendi,
tenetur reſtituere Diſtributiones, quę ſibi tributæ fuerunt ob ho-
144 rarias Preces vago animo recitatas: ita probabilius aſſerunt Bo-
nac. *de hor. Can. d.* 1. *q.* 3 *pun:* 2. *nu.* 10 Monet. *de diſtr. p.* 2. *q:* 2. *nu.*
22. Filliuc. *l. c. nu.* 262. Graff. *p:* 1. *dec. lib.* 2. *cap.* 52. *nu.* 15. Nec ex-
cuſatur a peccato, etiamſi habeat intentionem non recipiendi Di-
ſtributiones; quia publica Diuini Officij recitatio non præcipitur
Canonicis ratione Diſtributionum. Caſtr: Pal. *l: c. pun:* 12. *num.* 3.
Homob: *in com. p.* 3. *tr.* 14. *q.* 11. *nu.* 21. Gordon: *l. c. q.* 4. *num.* 47.

ſed

sed ratione Prębendæ Chorum conuenire ibiquè deuotè Psallere tenentur. *cap. fin 92. dist. cap. Si quis in Clero 7. q. 1.* Sylu. *in sum V. residentia nu.* 1. Bard. vbi supra *cap. 3. nn. 25.* Lezzan. *l. c. tom. 4 V. Officium nu. 5.* Host. *in sum. tit. de Præb. nu. 1*, Zacchias *de Salar. q. 3. nu. 10.* & consonant verba D. Bernar: in Epist. 2. sic loquentis ad Canonicos, *Quia Horas Chori nocturnas, diurnasque frequentas, benè facis, ob hoc conceditur tibi Præbenda.* Distributiones adinuentæ sunt, vt Canonici diligentes fierent diligentiores, & negligentes solertes ad frequentandum Chorum, sunt enim & hi homines lutea vasa portantes, & ideò vltra Spiritualia præmia, quæ à DEO pro Diuinis Officijs sunt recepturi, congruum fuit eos illecebris, & escis ad Chori Officium prouocare Couar *var. lib. 1. cap. 19. nu. 10.* Ricc. *in Prax. p. 2, res 363. nu. 2.* Huiusmodi Distributionum adinuentio cum respiciat Diuini Cultus incrementum, vt notat Barbat: *de diuis. p. 1. cap. 15. n. 69.* censenda est bona, quantumuis ex his videatur pręberi occasio delinquēdi malè affectis, & terrenis lucris nimium intentis, qui adeuntes Chorū duntaxat ob Distribu-
146 tiones peccant, & mentalem Simoniam committunt. Turrecr. *super cap Clericus 91. d.* Soccin *in cap Suam nu. 4. de Simon.* Host. *ibid. nu. 3.* Fely *super d. cap. Ex parte nu. vlt.* ibique Dec: *nu. 22.* Bonac: *de Simon. q: 3. nu. 13.* & sequuntur Barb. *in cap. Consuetudinem nu. 29. de Præb.* Sanchez *cons. lib: 2. cap: 1. d. 12. & cap 43. nu. 22.* Car. Maeign. *loc. cit. cap. 56.* Intellige non absolutè, sed quando Canonicus principaliter accedit ad Chorum, vt Distributiones lucri faciat, & simul intendat eas recipere, vt precium illius operis Spiritualis recitandi Diuinum Officium. Si enim etiam principaliter moueatur ad recitandas horas canonicas pro Distributionibus, non veluti Precium Diuinarum Precum, sed vt quid inseruiens ad sui, uel domesticorum substentationem, non esset Simoniacæ labis reus, nec peccaret mortaliter, sed tantum venialiter. Barb: *super cap. Vnic. de Cler: non resid. in 6:* Bonac. *de contract: d. 3. q. 3 p. 2. num. 5.* Laym. *lib. 4. tract. 10. cap. vlt. §. 11. nu. 12.* Ghilin *l. c. V. Canonicus.* Et qui primario pro amore Dei, quem pluris æstimat, quam temporalia, secundariò verò ob Distributiones ad Chorum se cōfert, nullum committit peccatum, etiamsi minime eò pergeret, nisi speraret consequi Distributiones: Card. Turrecr: *in cap. Consuluit. dist. 75.* Sylu. *in sum. V. Simonia q. 4.* Nau. *in Man cap. 17. num. 209.* Rodriq *in sum tom. 2. cap. 58. con: 1. nu. eod.* Quod confirmari potest exemplo assueti ad periurandum, qui cupiens istum prauum vsum à se euellere, sibi imponit onus dandi scutum vnum Ecclesiæ quotiescunque iurauerit tàm verum, quàm falsum, hic propter Deum

aiura-

à iuramento abstinet, quamuis id non faceret, nisi hoc secundariò remedio sibi necessitatem iniunxisset. ita notat Molan. *l. c. lib.* 2. *cap.* 51. Non dissimiliter immunis est à culpa, qui celebrat principaliter propter Deum, etiamsi non sacrificaret, nisi eidem tributũ fuisset stipendium. S.Faust. *de Orat.lib* 1. *q.* 167, Vbi totam cõclu-
147 sionem satis exornat; atque facit exemplum mutuantis, ac recipientis lucrum ex gratitudine, quod non est illicitum, licet minus principaliter id intendisset, ac non mutuasset, nisi speraret illud emolumentum; Less: *de iust. & iur.lib.* 2. *cap.* 20. *d.* 1. *nu.* 37. Bonac. *de mut. & Usur. d.* 3, *q:* 3. *p.* 2. *nu.* 5. & in nostris terminis Filliuc. *tr.* 34. *cap.* 2: *nu.* 24. *& seq.*

Memoratæ Distributiones conferuntur tantùm inseruientibus in Choro, ut communiter loquuntur DD. ex causis tamen corporis necessitatis, & manifestæ Ecclesiæ vtilitatis Canonici sunt exẽ-
148 pti à penso horarum soluendo in Choro, & aliquando priuatim, & remanent participes Distributionum, & aliorum fructuum, ac si essent præsentes in Choro. *cap. Unic. de Cler. non resid. Ubi Canonistæ.* Bald: *in rubr. Sacros. Eccles.* Ludouis. *decis* 154. *nu.* 2. & alij. Et quia materia de Distributionibus, ac fructibus Præbendarum consequenter se habet ad horas canonicas, suadet occasio, ut hic perstringamus nonnullas frequentiores causas eximentes Canonicos à Præcepto Diuini Officij absque ammissione Distributionum, ac fructuum prædictorum. Et quidem tam à priuata quam à publica Sacrarum Precum persolutione excusat grauis Infirmitas; ita omnes, & in dubio an sit grauis, vel an talis recitatio notabiliter nocitura sit ægroto, adhuc cessat obligatio Diuini Officij. Quia non tenetur se exponere periculo grauis damni. Bonac. *de hor. can. disp:* 1. *q:* 6: *pun:* 1. *nu.* 5. Petr. Ancl. *de hor. can. cap:* 11. *dub.* 4. *nu.* 7. *in fin:* Leuis ægritudo non reddit immunem à prædicto onere; Ita DD communiter. Veruntamen Canonicus excusatur ab accessu ad Chorum cum gaudio Distributionum, si egrediendo è domo huiusmodi morbus probabiliter effici possit grauis, prout quis audierit à Physico, vel ipse per experientiam didicerit. Nau. de *Orat. cap.* 11. *nu.* 6. S. Faust: *de Distr. lib.* 3. *q* 26. Bonac. *de hor. can. d.*
149 1. *q.* 6. *p.* 1. *nu.* 5. Vbi propterea notat leuiorem Infirmitatem excusare ab interessentia Chori, quam a priuato Officio; Atq præfatæ exemptiones procedunt, quantumuis quis sua culpa in morbum inciderit. Marescott: *var, lib.* 2. *cap.* 32. Ciarl. *tom:* 1. *lib.* 1. *cap.* 26. *nu.* 28. Quæ infirmitas sit leuis, vel grauis, videte Bonart. *l. c. lib:* 2. *cap.* 38. *nu:* 4. sed opus est aduertere, quod Canonici ægroti habentur pro præsentibus in Choro modo, quo diximus, si

tempore

tempore bonæ valetudinis ad Diuina Officia accedere solebant; alias non; & ratio est, quia eo casu Infirmitas non esset causa immediata absentiæ. Abb. *in cap. Ad audientiam nu. 5. de Cler. nō resid. & alij*. & quæ ratio totius ad totum, est partis ad partem. *l: quæ de toto ff. de rei vend.* Quamobrem qui sanus ad Matutinum, & Primam, conuenire non consueuerunt, non potest tempore infirmitatis huiusmodi Horarum prætendere Distributiones, vt benè obseruant Graff. *2. p. conf. lib. 3. conf. 2. diff. 2. tit. de celebr. Miss.* & Sanchez *in Opusc. lib. 2. disp. 90. nu. 4.* Verumtamen si in eadem Infirmitate pœnitentia ductus omnibus horis Diuinis interesse proposuerit, omnes, & singulas lucratur Distributiones. S. Faust. *de distr. lib: 3. q. 29.* Limita in Foro conscientiæ ad tradita per Bonac. *de cens. d. 2. p: 4. nu: 5.* Nam in Foro Fori potest Capitulum negare Distributiones, quia casus superueniens recipit interpetrationem iuxta statum precedentem. *cap. Maiores tit. de Bapt. in fin.* Valer. *l. c. V hor a can. diff. 2. nu. 1:*

Vt Canonicus Infirmus Choro inseruire consuetus Distributio-
150 nibus priuari nequeat, eius Infirmitas debet esse notoria. Petr: de Anchar. super d. cap. vnic: Aliàs statur testimonio Medici, non autem dicto etiam iurato eiusdem ægroti, quia agitur de lucro captando. Abb *in cap. Quoniam nu 9 lit. non cont.* Gemin *cons. 152. n. 3.* sed standū arbitrio Iudicis: ac ius erit Capitulo dictū Canonicū aientem se fuisse infirmitate detentum ad Distributiones admittere, habita ratione ad qualitatem Personæ, vel ad aspectum, vel ad actus, quos eo tempore fecit, ex quibus iudicatur sanus. ità DD. apud Macign. *cap 71. nu. 10.* & propterea fui in voto, quosdam Canonicos aspectu sanos, actusq. communes foris agentes in Vigilia Natiuitatis Domini, necnon sequenti die etiam valdè manè, non esse habendos pro præsentibus in Choro, quantumuis dicant, se eadē Sacratissima Nocte non potuisse Matutino interuenisse, nisi fide Physici constet de eorum improuiso morbo excusante.

Orta controuersia inter Capitulum, & Canonicum, an quis modò verè infirmus solitus esset in bona valetudine frequentare Chorum, incontinuatio probanda venit per Capitulum, quoniam delicta non præsumuntur. Mar. Ant. *lib. 1. res. 92. nu. 27.* Canonicus extra locum suæ residentiæ ægrotus non lucratur Distributiones. Ità Raguc. *de Voc. cap. Vlt. nu. Vlt.* Et si sanus interuenire consueuisset; sed contrarium probabilius docent Monet. *de distr. q. 6: nu. 7.* Castr. Pal. vbi supra *d. 3. p. 9: s. nu. 6.* Ricc. *in prax. p. 2. res. 444.* Ratio est, quia absentia loci non facit, quin sit ægrotus, & propterea haberi pro præsente in Choro cum acquisitione Distributionū

Canonicum conualeſcentem, qui è loco ſuæ Eccleſię demigrat ad
Balnea, vel ad alium locum ſalubrioris aeris de conſilio Phyſici;
firmant Graff. *2. p. dec. lib. 3, cap. 13, nu. 10.* Vulp. *l. c. cap. 13. nu. 21.*
Similiter Domi commorantes, quia Podagra laborant, vel quia
Medicinam ſumpſerint, vel ſanguine minuti ſunt. Gordon. *l. c. cap.
7. nu. 29.* Vgol. vbi ſupra *cap. 19. nu. 6.* vel ſi abſunt a Choro ad exo-
nerandum corpus, vel vt radant barbam, ſecundum Sanchez *conſ.
lib. 2. cap. 2. dub. 97.* quam opinionem probabilem dicit Eſcob. vbi
ſupra, & confirmat non minus benignus, quàm doctus Dian. *mor.
par. 10. tr. 16. reſ. 44.* Canonicos octogenarios excuſant a Choro,
Barbat. *l. c. nu. 55.* Marin. *quotid. reſol. cap. 40. nu. 4.* a quibus non
diſsentit Grat. *diſcept. for. cap. 805. nu. 41.* At videtur in hoc non
poſſe dari certa regula, nam ut inquit Abb. *antiq. in cap. Quoniam
nu. 4. Vt lit. pen: nil. inno.* alij in Anno 70. ita ſunt confracti, ſicut
alij in 80. Vndè non erunt liberi à Choro, & ibi horarias Preces de-
cantādas, niſi qui hæc efficere nequeūt ſine graui ſuæ ſalutis detri-
mento. Hoyed. Nal. *l. c.* Graff. *eſſ. 17. nu. 48.* Nec eos eximit ſerui-
151 tium, vel quadraginta annorum Eccleſiæ præſtitum, niſi ſuper hoc
adſit ſtatutum à Papa confirmatum, vel immemorabilis conſue-
tudo. Nau. *conſ. 12. de Cler. non reſid.* Garc. *de ben. p. 3. cap. 2. n. 344.*
Cōueniēs tamen eſt, vt Canonici qui per plures Annos inſeruierunt
Eccleſiæ, fiant exempti in Choro, à cantandis Lectionibus, legen-
do Martyrologio, & cantandis Miſſis votiuis, & ſimilibus grauio-
ribus corporis laboribus. Monet. *l. c. p. 2. q. 7. num. 13.* maximè ſi
152 agant ſexageſimum Annum, quo tempore eximuntur à ieiunio.
Caſtr. Pal. *de iuſt. & iur. diſp. 3. pun. 2. §. 5. num. 6.* & Verricell. *QQ.
mor. tr. 5. q. 5. nu. 154.* Prædictis ſauet, quod & emeriti milites, qui
dicuntur veterani á multis muneribus Perſonalibus eximuntur.
l. à munerib. ff. de mun. & honor. atq. maior fauor non decet milites
armatæ, quam Cœleſtis militiæ. gloſ. *in l. Miles V. poteſt. tit. de
re iud.*

Qui poſt adeptum Canonicatum euaſit cœcus, remanet liber à
153 ſeruitio Chori, & lucratur Diſtributiones. Ita declarauit S.C. rela-
tore Barb: *de iur. Eccl. Vniu lib. 3. cap. 17. n. 1.* Si verò nō ſit omninò
orbus, ſed tantum ob viſus debilitatem non valeat legere in Libro,
& ſoleat per vias ambulare tenebitur adire Chorum, & ibi recita-
re, quæ ſcit memoriter Pilliuc. *tr. 27. cap. 9. nu 28.* Vanc. & Vega
l. c. cap. 127. caſ. 1. Nam Præbendatus ad duo obligatur, nempe ad
exibendam corporalem ſui præſentiam in Choro, & ibi Diuinum
Officium celebrare, Azor. *lib. 3 cap. 11. q. 12. tom. 2.* Garc. *de ben in
add. ad 3. p. cap. 2. nu. 515.* Vndè Canonicus cœcutiens, non valens

perſol-

persoluere vtrumque respondeat vni faciendo in Choro copiam suę præsentiæ, quæ Chorum illustrat, honestat, & authorizat, vt inquiunt Trullen. in Dec. *cap* 7. *d*. 28. *num*. 8. Sanchez ubi supra *cap*. 2. *dub*. 90. Idem sequitur de Canonico rauco, qui vocem tam obtusam habet, vt nullatenus valeat eam emittere, quoniam sua nuda præsentia tenetur adhuc Choro interesse, ac habitu Canonicali indutus publicæ actioni decorem addere Bonac. *l. c. d*. 1. *q*. 7. *p*. 2. *n*. 12. Cand. vbi supra *d*. 18. *ar*. 26. *d*. 1. Pari modo Canonicus surdus est obnoxius Diuinis assistere, Nau. *de Orat. cap*. 11. *num*. 41. Gordon. *mor. lib*. 6. *q*. 2. *cap*. 7. *nu*. 28. quamuis Præcepto Ecclesię non satisfaciat, nisi totum Officium per se submissè recitet; Escob. *l. c. cap*: 5. *nu*, 70. Monet. *l. c*: *q*. 2. *nu*. 47. Bordon. *conf. reg. p*. 2. *resp*. 77. *n*. 37. Si verò non sit totaliter Surdus, & canat cum socijs sui Chori, simulquè sentiat, vt altera pars Chori versus terminauerit, ac audiat saltem in confuso Sacra verba, non solùm debito Chorali satisfacit, sed remanet liberatus à priuata recitatione: Eman. Sa *V. Horæ num*: 9. Fragos: *tom*. 2. *lib*. 10. *d*. 22. §. 6. *num*. 198. Tiber. *loc. cit: cap*. 14. *quæst*: 109. Verricell: vbi supra *nu*. 118. Pasqual; *dec*. 407. *num*. 2.

Nec obstaculum facit, quod surdaster non respondet suæ obligationi priuatæ recitando cum socio, cuius verba distinctè non percipiat, sed dumtaxat in confuso, namq. id facit ex sua voluntate, at recitatio in Choro prouenit ex necessitate. Trullen. loc. prox. cit. *cap*. 7. *dub*. 28. *nu*. 8. Dian. *mor. par*. 9. *tract. ead. resol*. 28. Differunt inter se obligatio decantandi Officium in Choro, & hoc priuatim recitandi, aliquando quis erit immunis à publica, non à priuata Lectione, & vice versa Iacob: de Graff. *par*. 1. *decis. lib*. 2. *cap*. 14. *num*. 3.

154 Quapropter Canonici occupati in curandis, aut custodiendis Infirmis, siuè in sedando tumultu, vel componendis grauibus inimicitijs, aut in alio negotio non leuis ponderis, eximuntur ab onere horas canonicas priuatim recitandi, si ad id non superfit tempus; Sylu. *in sum. V. Hora q. ult*. Valen. *tom*. 3. *disp*. 6. *p*. 10. §. 7. Cand: *par*. 1. *disq*. 18. *art*. 24. *d*. 3. Lezzan. *in sum. p*. 2. *cap*, 12. *num*. 25. Sed non habentur pro præsentibus quo ad lucrifaciendas Distributiones, quia non absunt ob sui corporalem necessitatem, vt post alios notat Trullen. *in Dec. l. c. d*. 27. *n*. 3. Arbitrantur nonnulli, eos, qui aliquo ex narratis, uel alijs similibus impedimentis, quibus sibi non permittatur maiorem partem Officij illius diei priuatè persoluere, excusari etiam à minoris partis recitatione; ita Less: *l. c. cap*. 37. *d*. 9. *nu*. 54. Garc. ubi supra *p*. 3. *cap*. 1. *num*. 222. Ghilin, *V. Officium*

Officium nu. 24. Azor. *tom:* 1 *lib.* 10. *cap.* 13. *quæst* 5, Caramuel: super Reg. D. Bened. *q.* 105. *in fin.* Verricell. *l. c. quæst.* 5. *nu.* 131. Rodriq. *QQ: reg. tom.* 1. *q.* 42. *art.* 10. Ratio est, quia in Diuino Officio non
155 datur præceptum indicens Lectionem unius horę, sed totius Officij; alij verò tenent, non ualentē ob insinuatas causas priuatè legere, nisi unam, vel duas ex horis Ecclesiasticis esse obstrictum ad eas recitandas, ut potest, quia quælibet hora præcipitur recitanda, & una non pendet ab alia, sed est diuidua. ita Suarez *lib.* 4 *de relig. tract.* 4. *cap.* 28. *nu.* 14. Tiber. *l. c. dub.* 1. Pitrell: *lect.* 15. §. 2. *n.* 11. Laym: *mor. lib.* 4. *tr:* 1. *cap.* 6. cum alijs quorum sententia licet, sit tutior tamen prima est satis probabilis, & huic adhæreo, ne Infirmi per plexitatibus vexentur in inuestigando, an valeat vnam, duas, vel tres horas dicere, vt benè obseruant Rodriq. *in sum. to.* 1. *cap.* 144. Vega ubi supra *cas* 16. Molfes. *de hor. can. tract.* 5. *cap.* 4. *nu.* 27. Castr. Pal. *l. c. d.* 2. *p.* 6. *nu.* 9. & iterum docet Caramuell, in Theol: Fundam: *sect.* 3. *q.* 21.

Canonicus ob iustum metum inimicorum domo nō egrediens, vel à loco suæ residentiæ exiliatus, aut ibi carceratus, postquam per sententiam absolutus fuerit, non priuatur Distributionibus, cum ius naturale dictet neminem sine culpa esse puniendum; Quaran. *in sum. V. Distributiones.* Leo in *Thes. p.* 2. *cap.* 23. *n.* 25. Guazin. *lib.* 2. *def.* 2. *cap.* 59. *nu.* 57. Vulp. *in Prax. Iudic. cap.* 13. *nu.* 24. Penia *decis.* 50. *nu.* 6. *p.* 1.

156 Pariter iniustè excommunicatus, suspensus, interdictus, qui prius erat solitus Chorum frequentare, quia sine culpa abest à Choro, lucrifacit Distributiones: statimatque de huiusmodi iniustitia constabit. Fely. *in cap. Apostolica nu.* 13: *de except.* Sà *V. Beneficium nu.* 48. & ex parte Garc. *l. c. p.* 7. *cap.* 13. *num.* 118. Grat. *cap.* 591 *nu.* 38. Lotther. *lib.* 3. *q.* 22. *nu.* 139.

157 Canonici non interessentes Choro, eò, quod Ecclesia absque eorum culpa remanet interdicta polluta, uel de repente diruta, non priuantur Distributionibus, debent tamen priuatim Diuinum Officium recitare. Barbat: ubi supra *num.* 49. Sanctarell. *loc. cit. quæst.* 9. *num.* 14. Tempore autem interdicti localis generalis non eximuntur à recitandis horis Canonicis, submissa voce in Choro iuxta formam traditā *in cap: Alma Mater de sent. excom. in* 6. Alias sunt vacui a Distributionibus: Couar. *super d. cap. Alma,* Bonac: *de distr. d.* 2. *q.* 5. *p.* 2. §. 4. *nu.* 6. Remanent etiam Distributionum expertes, qui tempore Pestis non inseruiunt Choro, nisi sit consuetudo præscripta eas tali euentu recipiendi: Scip. *de rub. in Aphor. Episc. V. Pestis num.* 4. & ita declarauit Sacr. Congr. C. in vna Vercellen.

cellen. & in Mediolanen. 16. Noucmb. 1630. relatore Ciarlin. *l. c. cap. 26. nu. 12.* quod est contra Bonac loc: statim cit. *num. 7.* cuius
158 opinio non est improbabilis, præcisa dicta declaratione, loquendo de simplici Canonico, aut Dignitate, quibus non incumbit cura Animarum, quam habentes tempore Pestis non possunt relinquere suum gregem, vt notant Card, Tol. suæ Instruct: *lib. 4. cap. 10. nu. 6.* Gauan. in Man: *V. Pestis*. Secunda causa excusans Canonicos à Choro sine ammissione Distributionum, est manifesta Ecclesię vtilitas, quod intellige de propria Ecclesia, non aliena, vt aduertunt Io: Aud. in *cap: pr: de Cler. non res.* Anchar. *in rubr. eod. tit: nu. 4. lib. 6.*

159 Canonici Subcollectores Spoliorum Cameræ Apostolicæ, Consultores Sacræ Inquisitionis tempore Diuinorum suo munere impediti, sunt liberi à Choro, & nullam faciunt Distributionum iacturam. Viuian. *de iurepatr. lib. 15. cap. 3. nu. 134.* Fragos. vbi supra *disp. 23. nu 7.* Vulp. in Prax. Iud. *cap. 13. n. 28. & alij.* idem sequitur de Canonicis Examinatoribus Synodalibus, vt de mente S.C. affirmant Venet. *de exam. Episc. l. c. cap. 42. num. 25.* Homob. *de exam. p. 1. tr. 1. q. 29. n. 30.* Vulp. vbi sup. *n. 50.* & alij apud Antonell. *de regim: lib. 3. cap. 16. nu. 22.*

Canonicus retinens Theologalem Præbendam in Cathedrali, vel Collegiata non tantum horis, quibus legit, sed ex gratia Sacr: C: pro tota illa die excusatur ab interessentia Chori cū gaudio tàm Distributionum, quam aliorum emolumentorum. ita Nald. *V. Distributiones nu 5.* Corrad. *l. c lib. 5. cap. 6. n: 19.* & Merlin. *dec. 630. nu. 3.* cuius Lectioni Canonici omnes tenentur accedere. Gauan. *in: Man. V. Theologalis Præbenda n. 16.* & Hurt. *p. 1. tit. de oblig: Sac. tr. 12. cap. 1. nu. 1590.* Quemadmodum possunt cogi Confessarij Sæculares Diœcesis, vt interfint conferentijs casuum præscriptis à Vicarijs foraneis; ita censuit Sac. Cong: penes Polac. *de cærem. p. 2. fol. 488.* Canonicus Pœnitentiarius, necessario instituendus in
160 Cathedralibus ex Decreto Sac. Conc. Trid. *sess: 24. cap 8. de ref.* tenetur congruis horis in suo Confessionali sui copiam facere, & ibi Confessiones omnium audire, etiamsi non sint maculati Casibus Reseruatis. Barbos. *alleg. 55. nu. 27.* Scip de Rub: *in Aphor. Episc. V. Penitentiarius n. 6.* Quo tempore numeratur vti præsens in Choro, Processionibus, ac Defunctorum Esequijs, ita declarauit S. C. Card: super mox allegato capit. Cœterum Canonici, qui ad tradita per Homob. *de sta hum. Vit. lib. 1 cap. 10.* constituuntur ab Episcopo in Collegiatis Diœcesis, cū facultate absoluendi à Casibus Reseruatis, quod munus ab exordio huius Collegiatæ ad hæc vsque

tempora

tempora hic exerceo, non habentur pro præsẽtibus in Choro, quo ad lucrandas Distributiones, quia hoc non est proprium eorum munus. Sanctarell. vbi supra *nu.* 23. Gauan: *l.c. V. Parochi mun. in addit.* & conceduntur tantummodo Pœnitentiarijs Cathedralis iure nouo à Sac. Conc. Trid non autem alijs constitutis in Collegiata, quæ tamen, si esset Parocchialis, & cura Animarum penes Capitulum, Canonici ab eodem deputati, & simul ab Episcopo approbati ad curam, excusantur à Choro, dum tempore Diuinorum administrant Sacramenta, tàm in Ecclesia, quàm extra occasione Infirmorum, & remanent participes Distributionum. Grat: *disc. for. cap.* 291. *nu.* 27: Marchin *de Sacram Ord. tr.* 3. *cap.* 35. *nu.* 9. & determinauit Sacr. Cong referente Nald: *loc. cit. V. abesse num.* 7. Et eò magis certa Capituli Persona, cui dumtaxat immineat cura Animarum cumulanda est Distributionibus, si Diuinorum tempore Parocchialia munia exerceat Barbat. *l.c. cap.* 15. *nu.* 34. Coccin: *dec.* 148. *nu.* 1. Accipe de quibuscunq. Distributionibus tam Ordinarijs, quàm extraordinarijs. Ita contra Bonac. *de distr. d.* 2. *q.* 5. *s.* 7. *in fin.* absolutè tenet Trullen *in Decal: lib.* 1. *cap.* 8. *d.* 2. *nu.* 7. & de-
161 clarauit S.C. teste Nicolio *in flor. V. distributiones n.* 13. Quæ Doctrina ampliatur, esto dictus Curator posset Sacramenta anticipatè præbere, vel in aliud tempus eorum administrationem differre. Trullen. *in Opusc. dub:* 4. *nu.* 5. & sequitur Castr. Pal. *l.c. pun.* 9. *nu.* 7. Dummodò peracto operè statim Chorum adeat, & Sacramenta ministrauerit expressè, vel tacite tunc temporis à suis Parocchianis rogatus, aliàs eidem non erit licitum, vt labores Psallendi subterfugiat, Chorales diferere, & Confessionales adire Sedes pro excipiendis Sacris Confessionibus existentium in Ecclesia, quorum voluntati plenè satisfieri nouit, Confessionale adeundo post ibi persolutas Horas Canonicas: Nam huiuscemodi impedimentum, cum sit affectatum, non tribuit iustam à Choro absentiæ causam, vt deducitur ex Monet. *de distr. par.* 2. *q.* 5. *n.* 25. & 28. Atq; priuilegium exercendi curam Animarum cum Distributionum lucro etiã tempore, quo Diuina Officia in Ecclesia celebrantur, non fuit concessum pro Curati cõmoditate, sed in salutem Animarum Christi Fidelium, ne ille ab his requisitus Panem frangere recusaret timore ammittendarum Distributionum, vt considerant Bonac. Castr. Pal. & alij supra allegatis.

Nec his obstant infra exarata de Syndico Capituli, etenim iste Curatus Canonicus siuè Dignitas habet stipendium pro onere Curæ, & Chori, ac spontè ad vtrunq. se obligauit: facit *l. triaonera* 2. *ff. de excus. tut.* & huic meæ opinioni libentissimè subscripsit Fr. Gabriel

briel Carmelita Excalceatus Sac. Theol. professor, ac nostri æui
Scriptor eximius. Vacante hic superioribus annis prima Digni-
tate, cui est vnita Animarum cura, Episcopus ad formam S. Cōc.
Trid. *sess.24 cap. 5 de ref.* Deputauit in Ecclesiæ Vicarium pro cu-
ra Animarum vnum ipsius Collegiatæ Canonicum, & dubitatū fuit
num iste administrans Sacramenta, dum Horæ canonicę in Choro
recitantur, frui debeat Distributionibus: Ad quòd affirmatiuè re-
spondi pluribus rationibus, & signanter, si Canonicus in locū Pœ-
162. nitentiarij Cathedralis præmortui, vel absentis lege non iubente
ab Episcopo substitutus habetur pro pręsente in Choro, dum audit
Confessiones, vt asseuerant Bonac. *de distr. d 2. p. 2. S. 5. n 4.* S. Fau-
stus vbi supra Trullen. *in Opusc. d. 4. n. 18.* Castr Pal. *l. c. de hor. can.
d. 1. p. 9. S. 5. n. 2.* Basseus *in Flor. Theol mor. V hora Canonica 4. n. 15.*
multò fortius Canonicus æconomus, in vim conciliaris dispositio-
163. nis ob Ordinario deputatus ad exercendam curam Animarum ip-
sius Ecclesiæ Pastore orbatæ, habendus erit pro præsente in Cho-
ro, dum administrat Sacramenta; Similiter si Vicarius Capitula-
ris Canonicus, qui videtur potius administrare Iustitiam,
164. quam Ecclesiæ inseruire, absens à choro causa sui muneris adim-
plendi, reputatur præsens ibi, quo ad lucrum Distributionum, vt
sentiunt Pauin: *de off. & pot. cap. Sed. Vac. par. 2. q. 10. num. 2.* Pyrr.
Corrad. *l. c. lib. 5. cap. 6.* vbi citat Rot: Rom. & sequuntur S. Faust.
de distr. lib. 3. q 68. Garc. *de ben: p. 3. cap. 2. nu. 338.* & in *addit. nu.
eod.* Guazzin. *lib. 2. def. 1. cap. 9. nu. 66.* Sanctarell. *var. l. c. q. 11. nu.*
18. Viuian. *de iurepat. lib. 15. cap. 9. nu. 149:* Castr. Pal. ubi supra
S. 3. nu. 7. Fragos. *tom. 2. tit: de distr. §. 2. nu. 7.* Cened. *l. c. q. 1. num: 72.*
Antonell. *de reg. lib. 3. cap. 16. nu. 21.* Diana *mor. par. 8, tract. 4. resol.*
67. apud quos vide alios. Multò melius eo casu excusandus erit à
choro cum participatione Distributionum Canonicus æconomus,
quia ille est in seruitio Episcopi, iste in seruitio Ecclesiæ, vt notat
Fragos *l. c. S. 2: nu. 7.* & in re tam vtili, & necessaria pro adimplē-
do proprio munere, quod nemini debet esse damnosum. Vitalin. *in
Clem. Similiter nu. 3. de app.* Nec obstaculum facit, quod iste pro
exercenda cura salarium habet, quia non desumitur ex mensæ ca-
pitularis, sed Parrochi redditibus, prout & salarium Vicarijs Ca-
pitularis recipitur de mensa Episcopali; & tàm vni, quâm alteri
non datur, vt remittat Distributiones sibi iure debitas, vt in simili
casu considerat Castr. Pal. *l c: pun. 9. § 3. nu: 10.* & lege non distin-
guente, nec nos distinguere debemus ad vulgaria; quæ in his termi-
nis adducit Bonac. *de distr. disp. 1. q. 5. p. 3. § 3. num. 1.* Canonicus
165. qui inter celebrandam publicam Psalmodiam detinetur in faciēdis
propriorum.

propriorũ peccatorũ Cõfessione non censetur uti præsens in Choro quoad acquirendas Distributiones. Frogos. *de regim. tom.2: lib. 10. d.23: §.2. nu.10.* Non enim abest in cõmodum Ecclesiæ, aut Capituli, uel in rationabilem sui corporis necessitatem, quæ ex *d. cap. Vnic. & alijs iurib: allegatis* excusaut à Choro. Et licet absit ob salutem Animæ sui ipsius, & Anima sit ualdè præstantior corpore *L sancimus C. de Sacros. Eccles.* Verba Canonum sunt intelligenda in proprio sensu, ut in his terminis docet Bart: à S.Faust. *de distrib. lib.3. q.49.*

Verum erit, quod si Canonicus fuerit eo tẽpore adstrictus peccata sua confiteri, ut Sacrum peragat pro necessitate, uel utilitate Ecclesiæ, & non potuit prius id commodè efficere, censendus erit solutus ab obligatione Chori, prout etiam Canonicus, qui à Choro discedit pro auscultanda istius Sacramentali confessione. Monet. *l.c. p.2. q.5. n:53.* Similiter excusatur à choro cum Distributionũ lucro Canonicus Sacristiæ Præfectus, pro tempore quo abest ab eius interessentia occasione seruitij Ecclesiæ, & Sacristiæ, nemo
166 certè ad duas incompatibiles actiones obligatur, ut in puncto notant S Faust. ubi supra *q.53.* & Bonart *de hor: Can. lib: 2 cap. 1. n. vlt.* Canonicus Cameratius, tempore Diuinorum occupatus in exigendis redditibus Capituli, eximitur à recitandis Horarijs Precibus in Choro, & lucrifacit Distributiones correspondentes tempori; quod in his, uel alijs negotiis Capitularibus peragendis insumpserit. ut notat Trullen. in Decal *l.c. dub.12. nu.9. in Opusc: d.4. nu.16.* & sequuntur Bonac. *de distr. q.5. d:2. p 3. num.15.* Barbos. *de Can. & Dign. cap.24. num.2.* Diana *p.10. tr.16 res.44.* Etiamsi alio temporis interuallo huiusmodi negotia expedire potuisset, nanq; si teneretur Choro assistere æquè, ac alii concanonici, & solus sustinere insinuatum pondus, magis grauaretur, quàm cœteri, quod non conuenit, ut ait Sperell. *dec.44. nu.21 tom.2.* Præfato Priuilegio gaudet alius Canonicus in arte supputandi eruditus, qui tempore Diuinorum, cum dicto Camerario, vel Sacristiæ Præfecto detinetur in subeundis cõputis de incertis menstruis, pro assignanda Capitularibus sua debita portione, ut colligitur ex Garc. *de Benef. p.3. cap.2. nu.364. in addit.* Castr: Pal. vbi supra *§.3. num.16.* & Rot. apud Seraph. *dec.1239.* Denique habentur pro præsentibus, & interessentibus in choro, ut notat Vgolin. *de off. & pot. Episc. p.1. cap.19. nu.6.* Ecclesiæ Collegiatę Canonici, qui ab Episcopo conuocati, relicto Chori seruitio, accedunt ad Synodum Diœcesanã,
7 ad quam conuenire tenentur, dum in ea tractatur de reformandis moribus, vel alio negotio ipsos Canonicos tangente ; ut tradunt

Abb:

Abb. in cap. *Quod super nu.* 1. *de maior. & obed.* Rebuff: *conf.* 194. *n.* 8. Massobr. *de Synod: cap.* 3. *d.* 2: *num.* 26. Non autem tenentur omnes Canonici dictam Synodum adire, sed tantum ex his quatuor. Ita censuit S.R.C. in vna Vicentini 23. Martij 1639. Inconueniens profectò esset, vniuersos Canonicos propriam Ecclesiam inofficiatam relinquere, ut inquit Piasec. *in Prax. par.* 2. *cap.* 2. *nu. eod.*

Prælibatis iustis causis in Praxi frequētioribus Canonicos à publica Psamodia eximētibus cū suarū Distributionū quæstu, occur-
168 rit resoluendum, num his debeantur etiam Distributiones, quas alij Canonici absque rationabili causa absentes à Choro tūc temporis amittunt; Negatiuè respondent Bonac. *de distr. q. vlt. pun.* 1. *nu.* 6. Castr. Pal. ubi supra *pun.* 8. *num.* 8. Marescott: loc. statim cit. *nu.* 19. Garc. *de ben. p.* 3. *cap.* 2. *nu.* 465. & Bart. à S. Fausto *de hor. Can: q.* 88. Et mouentur ex eo, quod absens ob legitimam causam reputatur præsens in Choro ad lucrandas suas Distributiones, vt loquuntur Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. & alia iura supra allegata, & priuilegium est strictè interpretandum seruata proprietate verborum, *cap.* 1. *de fil: Presb. in* 6. Præsertim in præsenti casu quo satis congruum videtur dictas Distributiones illis accrescere, qui stante aliorum absentia maiorem subeunt laborem in Choro. Ita DD. mox citati, qui & alias adducunt rationes, ob quas in eadem sententia steti, à qua modo discedo, si est verum, quod refert Barb: in *collect. V. Canonici*, videlicet Sac. Conc. Congr. sub die 29. Nouembris 1600. declarasse, Canonicos ob legittimum impedimentum Choro non interessentes, non solum lucrari suas Distributiones, sed reputari præsentes quo ad acquirendam portionem earum, quæ ab alijs absque iusta Causa à Choro absentibus fuerunt amissæ. Atq. hanc opinionem etiam præciso dicto Decreto probabilem dicunt Castr. Pal: *to.* 2. *loc. cit.* & Trullen. in Dec. *cap.* 8. *dub. Vlt. n.* 7.

Aliud oritur dubium; Vtrum Canonici absentes à Choro ob
169 legitima impedimenta remaneant etiam participes de Cādelis, & eleemosynis, quæ Canonicis præsentibus Funeribus, & Anniuersarijs elargiuntur? Affirmatiuam partem tuentur. Barb. *super cap. Vnic. de consuet. nu.* 2. *in* 6. & Quaran. *in sum. V. Distributiones*. Negatiuam amplectuntur S. Faust. *de distr. lib.* 3. *q.* 33: *num.* 8. Nald. *in sum. V. Distributiones*, & Galett: in *sua Marg. eod. V.* cui postremæ opinioni adhæreo, quando Cerei porriguntur ad manus singulorū, secus verò quando eleemosynæ inseparatè dantur Camerario, seu alteri Capitulum repræsentanti. Videantur Lara *de Anniu. lib.* 1. *cap.* 17. *nu.* 2. & Ricc: *loc. p.* 3. *res.* 564. Insuper si aliqua certa summa pecuniæ, vel Cereorum legata fuerit Canonicis præsentibus in

R Choro

Choro Officijs celebrandis; adhuc non solum debetur sua portio Canonicis ob infirmitatem, vel aliam iustam causam absentibus, sed etiam competit ius accrescendi prout illis, qui re vera, non iuris fictione ijsdem functionibus assistunt. vt satis probat Sanchez tom. 1. consil. lib. 2. cap. 2. dub. 105. Et quæ superius scripsimus de veris Canonicis procedunt de eorum Coadiutoribus in dictis casibus. Abb. in cap. 1. num. 7. de Cleric. ægrot. Couar. l. c. nu. 8. Rub. in singul. p. 3. V. Nauarrus nu. 11

Præterea aduertendum est, excusatos à Choro cum Distributionum compendio, lucrari etiam suarum Præbendarum fructus, qui

170 faciliùs acquiruntur à Canonicis ex iusta causa à Choro absentibus, quam Distributiones, hinc est quod absentes, vt supra, causa studij quinquennalis lucrantur dictos fructus, non autem Distributiones. Abb. in cap. Dilecto nu. 3. de Cler. non resid. Cæsar. de Grass. dec. 5. nu. 3. de Præb. Fely. cons. 18. nu. 2. Quod priuilegium non fuit concessum Cappellanis teste Vulp. l. c. cap. 13. nu. 6. Sed tantum Canonicis, vt hi litteris imbuti Ecclesiæ melius deseruirent. Rebuff. de priui. Schol. nu. 1. Oldrad. cons. 220. propè fin. Cœterùm debent Canonici ad publicum studium se conferre de licentia Episcopi, tum ne Diuinus Cultus ob defectum quamplurium graue detrimentum patiatur, tum ne indociles eò progrediantur absque fructu. Ant. de Butr. in cap. Tuæ de Cler. non resid. Zerol. l. c. V. studiũ Mascard. de prob. con. 1290. nu. 9. Item duo Canonici Cathedralis, Collegiatæque Ecclesiæ eximuntur à Choro cum emolumento fructuum suarum Præbendarum, dum existunt in seruitio sui Episcopi, sed interim non admittuntur ad Distributiones. Alagon. in cap. De cætero tit. de Cler. non res. Marescott. var. lib. 2. cap. 32. nu. 16. Lotther. de re ben. lib. 3. q. 2. nu. 190. & declarauit S. C. apud Vulp. l. c. nu. 4. Caput Ecclesiæ Collegiatæ potest habere in sui seruitiũ unum Ecclesiæ Canonicum, qui interim non ammittit fructus suæ Præbendæ, sed tantùm Distributiones. Vgolin. l. c. cap. 19. num. 6. Nau. lib. 3. cons. 2. de Cler. non res. Graff. p. p. cons. 3. eod. tit. num. 3. Intellige si idem Caput sit exemptum ab Episcopo, & habeat iurisdictionem in Canonicos in Foro externo. Host. in cap. Inter Cler. non res. Grat. l. c. cap. 166. nu. 20. Barb. alleg. 53. Canonici, qui deputantur ab Episcopo Vicarij Generales, vel foranei, aut Visitatores, si absint à Choro occasione sui Officij remanent participes redditium eorum Præbendæ, non autem Distributionum. Castr. Palao l. c. dub. 3. pun. 5. §. 7. num. 1. & declarauit S. C. C. ad sess. 24. cap. 12. in Vna Mediolan. & in euentu quo in Distributionibus consisterent omnes Præbendarum redditus, duæ partes accrescunt occupatis

cupatis in studio, uel Episcopi seruitio, accrescente tertia interes-
sentibus Diuinis Officijs realiter, aut fictione iuris. Oldrad. *cons.*
118. *n.*1. Gaiett. *V. Canonicus*. Idem sequitur in habente à Papa
indultum percipiendi in absentia fructus suæ Præbendæ, qui licet
non veniant sub nomine Distributionum, nec è conuerso; Io. And.
in rubr. de conceß. Præb. Valenzuel *cons.* 4. *nu.* 138. tamen ne Priui-
legiũ sit irritum, *l: quoties ff. de reb. dub.* gaudebit duabus partibus.
Vltra Distributiones, & fructus Præbendæ, in multis Ecclesijs re-
peritur massa communis, quæ in fine Anni diuiditur inter Cano-
nicos residẽtes in loco, ubi constructa est eorum Collegiata, etiãsi
Choro assiduè non inseruiant, neque ibi verè, aut fictè sint præsẽ-
tes; Barbat: *in diuis. fruct. l. 6.* & Fragos. *tom. 2. d. 23. §: 1, tit. de Di-*
str: Differunt inter se interesse, residere, & præsens esse in Choro,
171 Interesse dicitur, qui suum ministerium Diuinorum celebrationi
exhibet. Couar. *Var. res. lib: 3. cap. 13. n. 3.* Zipeus *lib: 3. de Cler. non*
resid. Residere importat permanentiam in loco suæ Collegiatæ;
glos. in cap. Vlt. de rescript. & Pehia *dec.* 1129. *n.* 6. Præsens esse per-
hibetur, qui in Choro solam corporalem sui præsentiam ostentat,
quod notat Rot. *p.* 1. *diuer. decis:* 330. *num:* 1. Communius tamen
DD. hos terminos confundunt, nullum ponentes discrimen inter
interessentem, residentem, & præsentem, ut uidere est apud Vulp.
in Prax. Iudic. *cap.* 15. *nu.* 1. Consentiunt autem vniuersi esse inter-
uallum inter residentiam, ad quam simplices Canonici, & Digni-
tates obligantur, & illam cui sunt obnoxij Canonici, & Digni-
tates, quorum Præbendis annexa sunt Pastoratus Officia; Siquidẽ
172 hi tenentur in loco eorum Parrochiæ die, ac noctu commorari;
Leo in Thes. *p.* 3. *cap.* 33. *nu.* 18. Dan. de Nob. *disp.* 8. *nu.* 16. & Sacr.
C. C. apud Pasqual: *dec.* 465. *nu.* 2. nullaq; uel immemorabilis cõ-
suetudo excusat ab huiusmodi residentia, quæ est de iure Diuino;
Vgol: *de off. & pot. Episc: p.* 1. *cap.* 15. §. 3. *nu:* 2. Conc: Trid. *seß:* 23.
cap. 1. Nec satisfaciunt suo muneri pernoctando in Domo canoni-
cali, relinquentes totam curam diurnam Cappellano. Less. *l. cit. lib.*
2. *cap.* 34. *d.* 29. *nu.* 150. Possev. *de off. cur. lib.* 1. *q.* 13. sed tenentur
insuper per se ipsos Diuina celebrare, oues suas Sacramentis, &
uerbo DEI pascere, Populi peccata corrigere, Infirmos sæpius vi-
sitare, & Pauperibus subuenire; Homob. *consult. p.* 1. *resp.* 3. Bo-
nac. *de leg. d.* 5: *q. vnic. nu.* 31. Dian. *p.* 2. *tract.* 4. *res.* 156. Bonart. *l.*
c. lib. 2. *cap.* 23. *nu.* 10. Trullen. in Decal. *lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 8. *num.* 9.
Rot. *p.* 6. *diuers. dec.* 234. *nu.* 55. Moscon. *l. c. tit. de Curatis.* Alias
indignum cura esse Curatum, qui non curat, ut supra Host. in
reg. 61. *nu.* 5. *lib.* 6. & huic Beneficium erit Veneficium, ut faiet

Rebuff. *in Prax. lib.* 1. *tit.* 1. §. *dispensat.* Non inficior habenti Populum numerosum licitum esse, immò laudabile, ac necessarium assumere sibi in adiutorium curæ Sacerdotem, cui potest quædam ardua omninò relinquere, vt de nocte surgere, & sic obtenta licentia ab Episcopo poterit à sua Ecclesia ad bimestre singulis annis abesse. Moron. *tom.* 1. *resp.* 67. *nu.* 59. Valer. *l. c. V. Parochus diff.* 5. *nu.* 1. Ceuall. *com. contr. q.* 563. *nu.* 5. Pyrr. Corrad. *l. c. lib.* 5. *cap.* 6. *nu.* 5. vbi subiungit, habentem ex dispensatione Canonicatum in vna Ecclesia, & curam Animarum in alia, teneri inhabitare in domo Parrochiali. At verò Canonici, & Dignitates curam animarum non habentes possunt die, noctuq. moram trahere, si libuerit,
174 extra Ciuitatis, siue loci districtum, vbi sita est eorum Cathedralis, vel Collegiata, dummodò horis congruis accedant ad Ecclesiam, ibiq. in Diuinis, vt supra, deseruiant, & ita dicuntur interesse, residere, & præsentes esse in Choro, quo ad lucrandas Distributiones fructus Præbendarum, & massam communem siue grossam. Card. Tusc. *lit. C. con.* 977. *nu.* 2. Monet. *de distr. par.* 2. *q.* 6. *nu.* 20.

Possũt etiã nulla vrgente causa, ac sine alia Episcopi licentia quot annis à Chori seruitio abesse per tres menses continuos, seu inter-
175 polatos cũ sola iactura Distributionum Surd. *dec.* 75 *nu.* 1 Zipeus *l. c. n.* 29. Marzill. *de Cler non resid. lib.* 1. Nald *in sum. V. abs tia n.* 12 Gonzal *l. c. in proem. nu.* 182. Dixerunt nonnulli ius esse Episcopo hoc trimestre ad quadrimestre ampliare, sic Vinc. Cand. *p.* 1. *tit. de ben. disq.* 18. *art* 29. *d.* 5. Rub. *in Aphor. Ep. sc. V. absentia n.* 9. Zerola *l. c. V. priuatio,* vbi ait Sacr. Congr. ita decidisse; contrarium verò tenet Garc. *de ben. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 412. & ad Decretum S. C. respondet, talem facultatem ex speciali gratia, & cum causa fuisse concessam à S. C. Episcopo Laurien: & propterea non esse extendendam ad alios Episcopos. Et aduertendum non licere memorato
176 trium mensium spatio omnibus Canonicis eodem tempore abesse à Choro, sed tantum quartæ parti arbitrio Episcopi & Capituli. Leo in Thes. *l. c. nu.* 21. & declarauit S. C. C. *ad sess.* 24. *cap.* 12. *de ref.* Poteritq. Episcopus ad tuendam Festorum, & Ecclesiæ Dignitatem mandare, ne huiusmodi vacationes assumant in solemnitatibus. *cap. Si quis in Clero* 7. *q.* 1. *cap. Si quis de consecr. d.* 1. & absq. alio mandato Canonicus Pœnitentiarius tenetur in Natali, & Pasca sui copiam facere in Confessionali, quamuis alijs diebus non teneatur ad maiorem residentiam, quam alij Canonici. Garc. de *ben. par.* 5. *cap.* 4. *nu.* 122. Notandum est insuper, quod possessionem sui Canonicatus capiens in fine Mensis Septembris non poterit à Choro abesse tribus Mensibus sequentibus, & anno subsequẽti

eodem

eodem frui priuilegio. Monet. *de distr. l.c. q. 14. num. 11.* Ratio est, quia trium mensium absentia pro rata conceditur Canonicis, vt hi diuturno labore defessi cum ferrei non sint honesta oblectatione, quot annis recreentur, & sic maiori cum spiritu ad labores Chori redeant, vt tradunt Bonac. *de hor. can. d. 2. q. 5. nu. 55.* & Caramuel. *l.c. in reg. disp.* 101. Vndè qui in medio anni Canonicus efficitur, non potest abesse à Choro nisi per mensem cum dimidio. Castr. Pal. *l.c. dist. 3. p. 9.* §. 1. *nu. 3.* Ad colligendum autem nouem mensiũ
177 seruitium, quod præstare tenentur Canonici, nisi aliud in fundatione alicuius Præbendę fuerit cautum, ex Bonac. *de distr. d. 1. q. 1. p. 2. nu. 5.* Trullen. *l.c. lib. 1. cap. 8. d. 30. num. 4* & Massobr. *in Prax. hab. conc. prael. 7. d. 8. nu. 2.* non sunt colligendæ punctaturæ, quasi qui nouem partes punctationum ex xij. Mensibus habuerit debito nouem Mensium seruitio satisfecerint, sed qui quolibet die alicui horæ culpatè non interierit, reputatur absens ea ipsa die quo ad multam fructuum suę Præbendæ, quamuis lucretur Distributiones pro cœteris horis, quibus præsens erit Nald. *in cap. Non licet de Cler.* & Castr. Pal. vbi supra §. *9. nu. 9.* qui asserunt S. C. C. ita declarasse. Ratio esse potest, quia Septem horarum canonicarum oratio est vna tantum. Ita Homob. *de exam: p. 3 tract. 14. quæst. 11. n. 11.* Verumtamen quia in manuscriptis super Conc. Trid: *ad sess. 24: cap. 12.* reperi aliam S. C: contrariam declarationem in hæc verba, *Canonico non interessente Choro omnibus Horis, ista Horæ in fine Anni possunt colligi, & ex eis constitui dies, & ex diebus tres Menses absentia.* Videndum erit quæ nam ex his allatis declarationibus sint iuxta mentem Sac. Congr. Canonici, qui culpatè ab fuerint à Choro vltra tres menses, citantur & puniuntur iuxta formam præscriptã
178 à Sac. Conc. Trid. loco confestim assignato, conuente autem Episcopo procedere ad fructuum Præbendarum priuationem ob insinuatam absentiam, non erunt, hi in conscientia ad illorum restitutionem obnoxij, dummodò priuatè recitent Officium Ecclesiasticum, non enim est par ratio, quam dicunt aliqui DD. de Curato non residente. videte Abb. *in cap. 1. de celebr: Miss.* Macign. *cap. 68. nu. 11.* Viuian. *l.c. nu. 165.* Homob. *de stat. hum vit. p. 1. cap. 9.* & Castr. Pal. vbi supra *d. 3. p. 6. nu. 4.* Nunquid verò Episcopo ius sit ob præfatam absentiam dictis fructibus priuare Canonicum possidentem Præbendam adeò tenuem, vt dempta eleemosyna Missæ planæ, quæ ei est annexa, nulli supersint redditus ex eadem Præbẽda: ego quidem sum voti, quod non; tùm quia, quod percipitur pro stipendio Missæ, propriè non prouenit ex Præbenda, tùm quia Conc. Trid: superius allegatum non habet locum in Canonico carente

rente

rente Prębenda, ad tradita per Henriq. *in sum. lib. 3. cap. 23. num. 2.* Gordon *mor. lib. 8. cap. 15. n. 6.* & Gauan. *in man. V. Can. residentia nu. 46.* Et hæc opinio maiorem assumit vim, si in casu huiusmodi Canonicorum absentiæ remaneant alij in Choro in sufficienti numero pro Diuinis Officijs persoluendis, ut deducitur ex Garc. *l. c. lib. 3. nu. 39.* & Bizozer. ubi supra *cap. 4. nu. eod.* Puto tamen, dictū Canonicum habentem tenuem Præbendam cum dicto onere posse alijs pœnis adstringi ad residendū, cum teneatur Ecclesiam Officiare, dicendo cum Apostolo ad Philip. *cap. 4. Scio saturari, & esurire, abundare, & penuriam pati.* ita considerauit Goffred. *in rubr. celebr. Miss. n. 20.* Diffident Doctores. An Canonici existentes vltra, tres Menses absq. causa alieni à Choro peccent mortaliter? Affirmant Suarez *de relig. tom. 2. lib. 4. cap. 13.* Vasquez *mor. cap. 4.*
179 *§. 2. d. 1. art. 2. nu. 182.* S. Faust. *de hor. can. lib. 2. q. 181.* Vgolin. *de off. & pot. Episc. p. 1. cap. 19. §. 1. nu. 4.* Garc. *l. c. cap. 2. nu. 321.* Pau. *comit. mor. lib. 1. q. 6.* Ricc. in Prax ubi supra *res. 363.* Sà *V. residentia nu. 1.* Candid *l. c. disq. 18. art. 29. d. 4.* Ghilin. *V. Canonici num. 1.* Viuian. *de iure patr. lib. 19. cap. 9. n. 166.* Gauan. *in com. tom. 2. sect. 1. cap. 5. tit. 7. nu. 3.* Grat. *cap. 56.* Marchin. *c. p. 6. tr. 2. cap. 12 diff. 11. nu. 12.* Bonac. *de hor. can. d. 1. q. 1. pun. 2.* Barb. *de can. & dign. cap. 10 nu. 8.* & alij. Negant Caiet. *in sum. V. Diuinum Officium, & V. hora 5. 5.* Tab. Sylu. Arm. *eod. V.* Sot *de iust. & iur. lib. 10. q. 5 art. 4.* Nau. *de Orat. cap. 5. nu 14.* Valen. *tom. 3. d. 6. q. 2. pun. 10. § 6.* Laym. *lib. 4 tract. 2. cap. 7. q. 7. nu. eod.* Bizozer. *cap. 5. nu. 4.* Escob. *exam. 6. tr. 5. cap. 3. nu. 53.* Tamb. *de iur. Abb. tom. 2. d. 10 q. 1. n. 4.* Car. Macig. *cap. 56. nu. 34.* Ferro *QQ. mor. p. 1. q. 50 per tot.* & alij apud Marchin. *l. c. diff. 8.* Vtraque opinio non caret probabilitate teste Diana *mor. par. 2. tract. res. 31.* vbi probabiliorem dicit affirmatiuam, sed postea *par. 4. tract. 4. Miscell. res. 149.* in fine vertit Tela, & satis probaliorē existimat negatiuam cui non grauatè adhæreo concurrentibus his conditionibus.

Primò, quod non sint remoti à choro ex contemptu.

Secundò, quod non fuerint iussi à Superiore ad interessendum.

Tertiò, & ultimo, quod non obstante eorum distantia Diuinum Officium celebretur cum debita solemnitate, uel non patiatur notabile detrimentum.

Et in hanc sententiam, cū dicta limitatione melius consideratā descenderunt Barb. *l. c. cap. 40. nu. 11. & alleg. 53. nu. 182.* Castr. Pal. *tom. 2. disp. 2. pun. 5. n. 13* Sāchez *lib. 2. conf. cap. 2. dub. 112.* Trullen. *in Dec. l. c. dub. 30. nu. 7.* & in Opusc. *dub. 2. nu. 3.* Canonici omnes à Choro disiuncti, licet iuris fictione pro pręsentibus habiti, si

priuatim

priuatim Ecclesiasticum Officium persoluere valuerint, & id prætermiserint, expoliantur fructibus sui Canonicatus, & Præbendæ pro rata officij commissi, iuxta Bullam Pij V. incipiente Ex proximo & docent Iacob. de Graff p: 1: dec lib 2. cap: 1: nu. 6. Nau. in
180 Man. cap. 25. nu. 122. & alij passim, Quod intellige nulla expectata Iudicis declaratione. Bonart. l. c. lib. 2. cap. 11. nu 9. Amplia etiāsi reditus Beneficij sint tenues. vt satis probat Graf de Cas. res. lib: 2. cap. 28. in fin.

Nec obstat Canonicis indecora in Choro facientibus licitè ab Episcopo imponi priuationem distributionum pro illa hora ipso facto, ut docet Scip. Rub l. c. V. Distributiones nu. 10. & tamen, non sunt obnoxij eas restituere, nisi postquam ab eodem Episcopo fuerint condemnati. glos. in cap Fraternitas 12 q. 2. Host: super cap. Dilecto de arbitr. Quia Episcopus cum his non habet omnimodam auctoritatem sicut Papa, ut adnotauit Fragos. de regim lib. 11. disp: 2. pun. 4. nu. 10. tom. 2. Nec vrget replicatio, etiam à Sacris Ca-
181 nonibus pœnam impositam non deberi ante condemnationem in foro Animæ, vt tradunt Fely. in cap. Rodulphus nu. 36. de rescript. & Caiet. 22. q. 62. art. 3. Namque in casu nostro, constat de mente Summi Pontificis dantis eosdem redditus sub illa lege, & conditione. Lopez in Instru. cas consc: p. 2. cap. 106. in princ. Vasquez ubi supra dub. 8. & latè Fran. Valent. in conc rd. iur. par. 2. tit: 2.

Hinc est, quod non recitantes horas canonicas in Choro, nec extra, quamuis semoto legitimo impedimento, a læthali culpa non sint immunes, tamen non tenentur ad restitutionem fructuum primis sex mensibus à die possessionis eorum Canonicalis Præbendæ; quia sic in dicta Constitutione dispositum fuit à Papa, cui in materia Beneficiali, nemo potest dicere cur ita facis. cum sit Dominus. Gemin. cons. 99, & Gonzal. d. §. 1. prom. 36. Elfluxis dictis sex Mensibus, restitutio ob non persolutas horarias Preces facienda
182 est fabricæ Ecclesiæ, uel pauperibus. Couar in cap. fin de test. nu. 4. Frag: l. c. lib 10. d. 22: §. 5. nu 4. & casu quo reus paupertate laboret, poterit Confessarius eam restitutionem illi applicare. Leōcill. de priu. paup. p. 2. priu. 37. nu: 6. Dummodo, ex hac occasione non inducatur ad idem peccatum perpetrandum. ut aduertit Graf: de de cas. res. lib. 2. cap. 28 in fin. vel in tali intentione non prætermiserit: ita Vulp. in Prax. Iudic cap. 51. nu. 57. Qui semel, aut bis in anno prætermittit aliquas horas ex quadam vecordia eximitur à dicto restitutionis nexu, quia opus est assiduum, & sic benignè interpretandum: ita Lopez l. c. cap 145 & alij. Quibus non adhæreo, nam in allegata Bulla Pij V. præcipitur restitutio pro omissione

etiam

etiam vnius horæ. ut post alios notat Garc. *de ben p.5. cap.1. nu.17.* Verum est, quod si distributiones, & fructus correspondentes sint exigui, restitutio facienda erit sub culpa veniali; quando autem quis ommittit plures horas Canonicas, vel notabilem earum partem, etiam in diuersis diebus, quorum Distributiones, & fructus simul sumpti constituunt notabilem quantitatem, ut potè duorum Iuliorum, prout in furto, tenebitur ad restitutionem sub mortali: ita Azor *tom.1 lib.10. cap.14. q.8.* Filliuc. *l.c. tr.23. cap.10. n.320.* Bonac. *de hor. can. d.1. q.5. p.1. nu.13.* Qui solitus Chorum frequen-
183 tare, quadā die non interuenit aliquibus horis Canonicis quas obliuiscitur priuatim recitare, excusatur à dicta restitutione, quia tali euentu nullum committitur peccatum, & vbi non est culpa, nulla debet esse pœna. Bard. ubi supra *nu.9* Val. *l.c.p.10. con.3:* Grass. *ef. sect.17. nu.7.* nisi Canonicus pluries fuerit expertus, se obliuisci tali casu priuatim supplere, quia tunc tenetur prouidere suæ incogitātiæ aliquo signo ad excitandam memoriam, ut docet Filliuc. *l. cit. cap.9. nu.282.* & ante eum adnotarunt D: Anton. *in sum. p.3. tit.3: cap.4.* & Nau. *in man cap.25. nu.99.* Canonicus, qui Diuinum Officium commune, aut speciale absque causa non obierit paratum habet remedium se componendi cum Summo Pontifice, qui par-
184 tem fructuum restituendorum, ut supra, applicare solet Cameræ, & partem ex gratia Oratori. Sanchez *l.c. cap.2: dub.88.* succurrit eadem gratia Sacra Pœnitentiaria, quę aliquando totum remittit debitum, vt tradit Busenb. in Med. *Theol. lib.2. tr.2. cap 4. d 4. in fine.* Corrad. *l.c. lib 4. cap:2. nu.68.* Dixi fructuum, quia neque à Papa, neque à Sacra Pœnitentiaria solent cōdonari Distributiones amissæ à Canonicis confabulantibus; vel submissa voce recitantibus in Choro, uel suo muneri non respondentibus, quæ accrescunt Canonicis Diuinis inseruientibus. Henriq. *in sum. lib.7. cap.36. n.5* Petrell: vbi supra *sect:10. §.4. nu 24.* Vega *in sum tit. de hor can. cas.1. & 18.* Nau. *cons 14: nu.1. de sent excom & cons.62 de celebr. Miss.* Ratio est, quia creditor est certus. Bard. *in exp. Bull. loc. cit. nu.26.* Canonicos priuatim horarias Preces exoluentes, & in Choro præsentes, sed ibi non recitantes nonnulli DD. apud Anel. *l.c. c.2. d.4: nu.10.* non improbabiliter eximunt a restitutione dimidiæ partis Distributionum, opinantes eis deberi ratione solius præsentiæ in Choro. Verius tamen puto teneri ad restituendas totas, quia præbentur assistentibus cum pacto, ut ibi cantent. ita Azor. *tom.1 lib.10 cap.11. q.7.* & late Monet. *de distr. p.2. q.1: con.7 n.31.* & alij. Coadiutores Canonicorum, ultra tempus permissum absentes a Choro, iniungunt onus restituendi fructus suis Coadiut., qui pro-

pterea

pterea poterunt petere, & obtinere, vt sibi concedatur nouus Coa-
diutor, & habebunt actionem de expensis. Gonzal. *l.c.glos.* 5. §. 4.
nu. 122. & Rot. *p.* 5. *diuer. decis.* 602 *num.* 8. Coadiutores prædicti
185 non dum sacris initiati, nullo alio intercedente titulo Beneficij Ec-
clesiastici, de obligantur à persoluendis priuatim horas Canonicas
in casum, quo abfuerint à Choro. Rationem assignant Merlin. *dec.*
141. *nu.* 4. *tom.* 1. Farinac. *p. pr. dec.* 456. *nu.* 1. Laym. *lib.* 4. *tr.* 2. *cap.*
5. *nu.* 8. Fragos. *lib.* 4. *d.* 10. *nu.* 123. *tom.* 2. Canonicus coadiutus,
186 vel alius Præbendatus supplens extra Chorum Matutinum, & Vesperas
tenetur facere commemorationem de Sancto Titulari Eccle-
siæ, & alterius titularis Beneficij, si quod possideat, vt ex rubricis
Breuiarij obseruat. S. Faust. *de hor. lib.* 2. *quæst.* 19. At in Choro fit
tantum commemoratio de Patrono Ecclesiæ, qui si fuerit S. Petrus,
vti apud nos, satis erit solita commemoratio. Bonac. *de hor. can. d.*
1. *q.* 2. *p.* 4. *nu.* 6. Hic adnotare non desinam, in Breuiariis præter
horas Canonicas esse registrata officium paruum B. Virginis, mor-
tuorum Psalmos Pœnitentiales, & graduales, ac Litanias, & atten-
ta Bulla Pij V. initio Breuiarij reformati posita, Canonici eo vten-
187 tes redduntur immunes ab his publicè, vel priuatè recitandis, nisi
vbi est introducta consuetudo in Choro persoluendi Officium par-
uum Deiparæ Virginis. Imol. *in Clem.* 1. *de celebr. Miss.* Plou. de
hor. can. p. 2. *q.* 2. Fum. *V. hora nu.* 8. Rodriq. *l.c. cap.* 142. *num.* 1.
Quæ consuetudo sub lethalis culpæ reatu afficit omnes Canonicos
simul, non singulos seorsim, vt dictum est de maiori officio. Al-
uar. vbi supra *V. horæ Canonicæ nu.* 16. Tamb. *de iur. Abb. tom.* 1. *dec.*
15. *q.* 2. cum hac tamen distinctione, quod Canonicus non recitans
in Choro, nec extra septem horas canonicas Dominicas, vel vna,
aut partem notabilem ipsarum, secundum veriorem opinionem,
vnico tantum mortali peccato se commaculat, & eò grauiori, quò
plures sunt preces omissæ. Sa *V. horæ nu.* 5. Nald. *V. Diuinum Offi-
cium nu.* 10. At non interueniens Choro, vbi fuerunt persolutæ ab
aliis Horæ minores de Beatissima Virgine, non peccat, nec tene-
188 tur eas priuatim recitare, quamuis ibi dicantur ob præscriptam
consuetudinem. Molfes. *in sum. tr.* 5. *cap.* 1. *nu.* 56.
Ratio est, quia huiusmodi obligatio non extenditur extra Cho-
rũ. Azor. *l.c. cap.* 16. *q.* 3. Less. *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 12. *n.* 36.
Quinimo qui hoc paruum Officium Dominæ nostræ ob meram de-
uotionem in Choro recitare consueuerint, vt penes nos cœptum
fuit, ac per statutum explicatur, non peccant istud omninò etiam
189 in Choro collegialiter omittendo. Trull. *in Opusc. d.* 2. *num.* 13. Dian.
par. 6. *tract.* 15. *ref.* 8. est enim in potestate Capituli in Collegiata

S prim or-

primordiis, ad dictum paruum pensum Marianum per statuta se obligare, uel immune reddere à præscribenda consuetudine obligatoria, ut docet Caramuel in Reg. D. Bern. *disp.* 101. *nu.* 3. immò in dubio, an consuetudo recitandi insinuatum Officium in Choro habeat vim legis, vel sit solus deuotionis, præsumitur inducta ex deuotione, vt in puncto tradit Suarez *de leg. lib.* 7. *cap.* 15. *num.* 13. & fauent tradita per Verruell. vbi supra *tr.* 8. *q.* 30. *nu.* 4. & Dian. *p.* 1. *resol.* 30. *de leg.*

190 Vbi ex deuotione persoluitur, in Matutino, & Vesperis Officij maioris postponere istud minus B. Virg. dixi licitum ex rationabili causa, veluti introductum fuit apud nos, eo quia pars Collegialiū, dum memoratæ duæ horæ B. V. anteponebantur, non intrabant in Chorum, nisi terminatis his minoribus horis, quibus hic non sunt assignatæ distributiones, & eas postponendo ut supra, omnes iam consistentes in Choro pro officio dominico, recitabant, & Matutinum, & Vesperas B. V. sicque iuxta *cap. Ex parte de consti.* augetur diuinus cultus; & non fit contra substantiam huius parui officij; quod in aliquibus Collegiatis vnica sessione continuatè persolui solet, quo casu initio cuiuscunque horæ dicitur Salutatio Angelica, & in fine *Benedicamus, & Fidelium*, quę prætermittuntur, dum dicitur coniunctim cum Officio maiori, & ad Matutinum, & Vesperas non fit commemoratio solita B. V. nisi in Ecclesiis eidem Deiparæ dicatis, quia in his Ecclesijs est titularis: ita colligitur ex rubricis, & ex parte determinauit S. R. C. asserente Polac. *de egrem par.* 2. *fol.* 48. In Collegiatis quibus ex consuetudine obligatoria, recitatur in Choro memoratum Officium minus B. V. eidem assignandæ sunt Distributiones, vt notant Monet. *l. c. q.* 3. *nu.* 6. S. Faust. *lib.* 2. *q.* 301. Atque tali euentu Canonicus absens a Choro habitus pro præsente, quo ad lucrandas Distributiones Officii Dominici, reputatur, & præsens, quo ad assignatas Officio paruo B. V. ita Nau. *de Orat. cap.* 10. *nu.* 5. Filliuc. *l. c. nu.* 247. & è contra absens á Choro absq. iusta causa, neutras acquirit. Monet. & Trullen. loc. statim citatis.

191 Prout etiam, si spontè euagetur in recitando, quia attentè est persoluendum veluti Officium maius, vt aduertit Zambell. *in resp. cas. V. Officium n.* 15 Hac tantum seruata differentia, quod Officium Paruum B. M. V. recitandum est in Choro depressiori voce in secunda, vel etia nota Officio diei, vt notat Don. Cal. *rit.* 2 *fol.* 14. Officium Mortuorum in Cathedralibus, & Collegiatis ex obligatione persoluitur, in die tantum commemorationis omnium Defunctorum, & quicunque ad Diuini Officij pensum adstricti, qui illud in Choro non decantauerint, tenentur illud priuatim legere; Ratio est,

quia

quia Vespere, & Matutinum Mortuorum illius diei sunt pars Offi-
192 cij, ipsamet die præscripti. ita DD. signanter Lezan. *in sum par. 2.*
cap 12. nu. 23. Hinc argumento à contrario sensu dixi, Canonicos
in Choro non obligari ad Lectionem Martyrologij ad primam, sub
193 mortali, quia non est pars Diuini Officij, ex Gauan. in Com. *sect.*
9. cap. 1. n. 23. & Caramuel. super Reg. D. Bened. *disp. 105. n. 1364.*
Laudabiliter tamen legitur in omnibus Collegiatis benè tempera-
tis, & per earum statuta eius Lectioni non interessentes priuantur
Distributione horæ Primæ. Præposito Collegiatæ, nisi adsit vrge-
tissima causa, non conceditur à Choro abesse, etiam pro seruitio
Episcopi, prout permittitur Canonicis, ut obseruat Nau. *lib. 1. cons.*
5. tit. de Sacr. unct. num. 2. est enim magis necessaria in Choro eius
præsentia, quam aliorum Canonicorum.

Primo, quia primæ Dignitatis prærogatiua maiorem honorem
194 affert Choro, quam multi Canonici simul. *cap. In nostra de test.* Ma-
cign. *l. c. cap. 69. nu. 18. & cap. 56. nu. 24.*

Secundò, quia prima Sede remanente vacua, facilè oriuntur scā-
dala, & turbatio Chori. Filliuc. *l. c. cap. 4. nu. 135.* Bonac. vbi supra
d. 1. q. 3. p. 5. nu. 10. Laym. *lib. 4. tr. 2. cap. 7. in fin.*

Tertiò, quia non frequentando Chorum præbet malum exemplū
minoribus, qui facili negotio maiorum sectantur exempla, ita Cō-
uit. *mor. V. Prælatus in fin.* & consonant sequentes versus relati à
Zabarell *in Clem. Ne in agro de stat. Mon.*

Dum sæpè spernit Fabas pro piscibus Abbas,
Consimiles mores cupiunt tenere minores.

Quartò, quia sicut nulla domus pro bono regimine debet esse si-
ne gubernatore. Prou. cap. 11. Ita nullum Collegium sine Capite,
cuius interest curare, vt Diuina Officia rectè, citò, ac exactè cele-
brentur, & seruentur circa id propriæ ipsius Ecclesiæ leges, & ordi-
195 nationes, quarum ipsi Custodes sunt. Marc. Digest. nouiss. *lib. 5. tit.*
Abbas cap. 15. Bass. *de Can. cap. 11.* Homob. *de stat. p. 1. cap. 22.* Tāb.
de iur. Abbatiss. d. 15. q. 2. nu. 2. Alias huiusmodi statuta in illa Col-
legiata adesse, parum esset, nisi qui ea regat, & seruari faciat, adess-
set, vt inquiunt Feder. de Sen. *cons. 154.* Hostien. *cap. Sicut num. 5. de*
accus. Rot. *p. 6. diuers. dec. 253. nu. 7.* & Gosfred. *loc. tit. de Test. n. 1.*

Nec ius est Episcopo alium deputare in Collegiatis, qui seruari
curet, quæ ad Chori disciplinam pertinent, cum illud sit proprium,
& peculiare munus primæ Dignitatis, & Capitis, ita declarauit S.
R. C. referente Barb. *in sum. Apost. Dec. coll. 1231.* Ex his verò, quæ
superius exarauimus summatim colligo, Collegiatæ Præpositum, &
196 primam Dignitatem obligatum esse ad vigilandum, vt Canonici in

Choro totum Officium benè correctum alta, & clara voce recitent, ac iuxta solitum concinant, concordent in nota, in pausis, versuum inchoatione, & terminatione, munera iniuncta suo loco, & tempore exequantur; & cœremonias vniformiter seruent; in prædictis errantes admoneat, & simul leniter obiurget libros, litteras, aliaue scripta in Choro tempore Diuinorum legentes, cum vicinis confabulantes, ridentes, vel ad risum per aspectum, vel nutum alios incitantes, dormitantes, alienum stallum, vel munus vsurpantes, per Chorum discurrentes, impetuosa m eleuationem, vel depositionem sedilium facientes, oculis huc illuc vagantes, se cum canes ducētes, vel Puerulos in Choro tenentes, vel ibi absque veste talari, aut habitu Chorali existentes, Chirothecas adhibentes, vestem domesticam, vulgò Zimarra, induentes, Flabella, siue Ventilabra æstiuo tēpore, ad captandā aurā vltro citroq. manibus agitantes quasi delicias in cilicio quęrētes; Summo tantū hyeme tollerantur Canonicis Manicę nigri coloris, vulgariter Manizze nūcupatæ. Hęc, & omnes aliæ in habitu gestu; motuq. leuitates, quæ Diuinum dehonestant Officium, velis remisq. elaborandum, est à Collegiatæ Præposito, vt arceantur à Choro: ipse verò caueat ab omni defectu, & prius efficiat, quæ suadet, vt docet D. Greg. *in hom. 10. lib. 1. in Ezech.*

Nam plenius opere docetur, quam voce teste D. Leone Papa in quodam Sermone, & dixit D. Aug. *lib. 4. de doctr. Christ. cap 27.* Canonici, qui Præposito, vt supra præmonenti, minimè paruerint,

197 à Punctatore punctentur, vel multentur iuxta formam statutorum, & Sac: Cong. Decretorum, Tamb. de Iur. Abb. d. 10. q. 2. *tom. 2.* Homob. *in com. par. 3. q. 18. cap. 3. ref. 3.* Vgol. *l. c. 5. 1. nu. 6.* Marchan: vbi supra *quæst. 3. & scribentes super cap. 1. & 3. de Off. Archipresb.* Quod si adhuc fuerint contumaces, eiusdem Præpositi partes erunt id Episcopo significare, ut contra huiusmodi arrogantes alijs iuris remedijs procedat, ita Vrsell. *par. 1. lit. A. con. 140. num. 26.* Rot. Rom. *in recollect. post. 2. vol: cons: decis.* 129. omninò videnda. Idem Collegiatæ caput tollerans exorbitantias, errores, & defectus, ex quibus Diuini cultus diminutio, & Chori perturbatio sequitur; grauiter, vel leuiter delinquit iuxta materiæ grauitatem, vel leuitatem:

198 Tambur. *de Iur. Abb. l. c.* & Pasqual *decis. 82. nu. 6.* Caramuell *l. cit. in reg. D. Bened. fol. 312:* congruit huic illud Isa. *Væ mihi, quia tacui.* Scias insuper, quòd sicut Princeps in manibus omnium delinquentium est, si horum malefacta punire negligit, Nald: *in cap. Pro humani de homic. & cap. seq. in fin:* ita omnia in publica Oratione errata eidem Præposito incurioso adscribuntur, cum obligatione Deo reddendi rationem, ut aliis citatis docet Dian. *par. 10. tract. 13. re-*

*sp.*10. & vbi constitui solet Magister Chori, si deficiatur in his,
199 quæ ad probatam Chori rationem pertinent; adhuc ius erit primæ Dignitati Ecclesiæ eundem Choragum admonere, eique iubere, vt ea, quæ decent, iuxta suum munus, fieri procuret, atque in casu inobedientiæ, ipsa prima Dignitas per se imperet, vt errata patrantes multentur, vel punctentur; ex Rot apud Port. *decis.* 667. *nu.* 20. *& p.* 6. *diuers. dec.* 253. *nu. vlt.* & congruunt disposita á D. Car. Const: *par.* 2. *tit. de Mag. Chor.*

Verum si in aliqua Cathedrali non fuerit consuetum, Magistrū Chori deputare, ad primam Dignitatem prorsus spectat Chorum à vitijs expurgare, eademque Dignitate absente, præsidentia Chori circa ea, de quibus mox effati sumus, omninò competit secundę Dignitati, vel antiquiori Canonico, vt tradit Rot. penes Seraph: *dec.* 639. *nu.* 8 *par.* 1. Aliquibus in locis congruè deligi solet Canonicus silentiarius, quo præcipiente silentium, silere de-
200 bet etiam primas Dignitas, & hoc ex reuerentia nemi Ecclesiastici: eidem tamen Dignitati non debet in specie indici silentiū; neque ab ea exigenda est multa, si illud frangat, prout exigitur, a cœteris de Choro. Rot: apud Post. loc. cit. *dec.* 667. *num.* 25. Nulla vox præter psallentium tempore Diuinorum audienda est tam in Choro, quam in Ecclesia, vndè ipsius silentiarij, partes erūt silentium etiam Populo indicere, quando opus est Brancat: *l.c V. Officium Diuinum,* & statuit Conc. Congreg. Sabin: *cap.* 18. Pręstat scire, quod Ranæ impedientes suo murmure auditum publicæ Orationis circa proximam Ecclesiam, iussæ á Sacerdote, vt conticerent, miro silentio obediuerunt, ita refert D. Ambrosius *lib.* 3. *de Virg.*

Poterit silentiarius enarrato prodigio tempore publicæ Psalmo: ia facilè cohibere viros, ac mulieres a confabulationibus, nugis, & strepitibus, nanque vt *l.c inculcat S. Ambrosius, silent Paludes, non silebunt homines?* Canonici, qui memorato silentiario non paruerint a Punctatore punctentur, excepta, vt diximus, prima Dignitate, Cathedralis, seu Collegiatę Præposito, qui pariter ob iustam occupationem exiens de Choro, dum Diuina celebrātur, ne peruertatur ordo Hierarchicus non adstringitur egrediendi licentiam ab alio postulare. Manriq. *de præced. q.* 41. *nu.* 2. Ricc. *in Prax. p.* 1. *ref.* 568. Antonell *de regim. lib.* 3. *cap.* 18. *nu.* 16. & Rot. *p.* 3. *diuers. dec.* 630. *nu.* 4. Aliæ verò Dignitates, & Canonici tenentur rationabilem causam egrediendi de Choro Punctatori in-
201 nuere, necnon in egressu, quasi licentiam petendo, primo de choro priuatiuè quoad alios caput inclinare, sub pœna absentiæ pro-

illa.

illa hora Canonica; ita informant Graff. *dec: p. 1 lib: 3. cap. 16. nu. 18.* Monet. *de distr. p. 2 q. 2. nu. 23.* & determinauit Sac. Episc. & Reg Congreg. sub die 18. Aprilis 1617.

Qui dignior de Choro capere debet, ne exeat plures quam duo, & inobedientes à Punctatore punctentur. Gauan: *in Man. V. Canmun. nu: 29.* & Brancat *l. c. V. Chorus.* Punctator præstare debet fidem Canonicis aientibus habere, vel habuisse iustam causam egrediendi à Choro. Ita post, & ante alios tenet Ferrar. *de hor. can: l. c nu. 39.* Veruntamen si quisquam sæpe sepius exiret, huiusmodi absentiæ causa, in pleno Capitulo esset aperienda, & probanda. Ita S. C penes Barb. *de Can. & Dign. cap. 24. num. 27. & in sum. collect. 93. nu. 5.* certe censenda est causa rationabilis, & fragilitati humanę congrua, si interdum Canonicus ob capitis fatigationem, cantus prolixitate aliquantis per exeat à Choro, vt spiritum assumat, & animum reficiat. glos. *in Clem. 1. de celebr. Miss.* Abb. ibid *nu. 6.* Io. Andr. *in cap. Dolentes.* Valer. *loc. c. V. Canonicus nu: 1.* Possunt adduci plures causæ, sed videatur, vt sint veræ, & nō tantū apparentes. Fugienda est in Choro inquietudo, vt monet Nau. *de Orat. cap. 16. n. 64.* vbi Canonicis persuadere nititur, quātum nocumenti afferat deuotioni, & attentioni psallentium, modo vnius, modo alterius à Choro egressio, & regressio. Consonat

202 informatio à Deo S. Birgittę pro quodam Canonico reuelata in eius Repelat. *lib. 4. cap. 8.* in hæc verba:

Consulo tibi, vt recitando Officium in Choro vsque ad finem stare debeas, & si forte necessitate compulsus fueris super magnis rebus te, vel alium tangentibus ad loquendum in medijs horis, tunc de Choro exeas, & quod tibi videtur paucis verbis respondeas, sine mora in tuum stallum Chori redeundo, & si poteris, ordina, vt illud negotium ad expediendum alio loco, & tempore suspendatur, ne diuinus cultus, vel honor Dei diminuatur, vel impediatur.

203 Canonicus, qui absque iusta causa deserit Chorum peccat Laym. *lib. 4. tr. 1. cap. 5.* & dicitur ad id instigatus à Sathana, inquit S. Anton. *in sum: par. 2. tit: 9. cap: 12. §. 3.* facit, quod refert Graff. *dec. par. pr. lib. 2. cap. 52 nu. 27.* Sanctum Patrem vidisse Dæmonem, qui extrahebat à Choro quendam Religiosum antequam terminaretur Diuinum Officium; & in vita S. Dominici legitur ipsum vidisse Dæmonem in Templo tempore Diuinorum & interrogatus, quidnam ibi ageret, respondit, vt Religiosi tardè huc veniant, & citò recedant. Hic notandum maiorem committi defectum à discedente de Choro, priusquam finiatur totum Officium, quam à non comparente ad eius initium; idcircò longè maior

maior pars reputatur notabilis in fine, quæ pro tali non habetur in principio; quo ad amittendas Distributiones. Nau. *de Orat. cap.10. num.50.* Archid. *in cap. Cum contumacia de haret. lib.6.*

A principio Diuini Officij vsque ad finem Punctator persistere debet in Choro cum suo libro, & calamo, vt absque alia iussione
204 punctet, ac mulctet omnes vt supra reos humanis affectibus remotis: ut aduertunt Vener. *de exam. l.c. cap.47. num.6.* Fusc. *de Visit. lib.1. cap.15. nu.29.* Massobr. *de Syn. cap.5.* Alias ipse de proprio, in Choro benè seruientibus, tenetur restituere. Raguc. *de Voc. q: 20. nu.3.* Pasqual. *dec.84. nu.4.* Punctator mensatim, vel ad annum iuxta consuetudinem cõstituitur unus eiusdem Ecclesiæ Canonicus, ut docet Vgol. *de Off. Episc. cap.19. §.2. nu.5.* Qui tempore sui Officij non potest deputari Sacristiæ Præfectus, nec heb-
205 domadarius, ita decernitur in Synod. Pistor. Ratio est, quia permanere debet in Choro ab exordio Diuinorũ vsq. ad vltimũ.

Horæ Canonicæ in Choro complentur Antiphona, *Salue Regina*, uel alia pro varietate temporis, quæ nõ alternatim, sed integrè ab vniuersis de Choro pronuncianda est, vt notat Filliuc. *tr.23. cap.7. nu.241.* In eius fine hebdomadarius dicit Ora-
206 tionem, & *Fidelium animę, &c.* omittitur autem Fidelium, &c. quando recitatur in Choro Officium Mortuorum. Gauan. *in Com. ad rubr. Breu. sect.5. cap.22. nu.16* vel sequantur *Processio*, vel Missa cantata, nisi fiat Sacrum post Nonam, quo casu Nona cum sit vltima hora Matutina, dicitur *Fidelium anima, &c.* vt obseruant Theob. *lib.2. cap.11. nu.61* & Arnald. *vbi supra.*

Antequam Canonici discedãt à Choro, operepretium erit gratias Deo referre, ac veniam de defectibus, & negligentijs in fundẽdis Diuinis Precibus postulare, deuote dicendo flexis genibus: *Sacrosanctæ, & indiuiduæ Trinitati, Crucifixi Iesu Christi Domini Nostri humanitati, Beatissimæ, ac Gloriosissimę Mariæ fæcunditati, & omnium Sãctorum Vniuersitati sit sempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni Creatura nobisque remissio peccatorum per infinita sæcula sæculorum. Amen.*

℣. *Et beata viscera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni Patris Filium.*

℟. *Et beata vbera, quæ lactauerunt Christum Dominum.*

Paternoster, &c.

Huiusmodi Orationem recitantibus Leo Papa X. remissionem concessit defectuum humana fragilitate ex quadam negligentia commissorum. Rodriq. *QQ reg. quæst.82. art.3.* quod indultum modo extenditur etiam ad Canonicos, & Clericos sæculares

teste Bordon. *cons reg. q.* 82. *art.* 3. Postremo datur signum per Præpositum, qui prius, exindè digniores afsurgunt Canonici, & eidē Præposito caput inclinantes, se sequè inuicem eodem modo confalutantes, statim retrogrado ordine, quo in Chorum ingressi sūt procedant in Sacristiam, ibiq. modestè,& quietè chorales vestes deponunt, abstinendo à facetijs,& manibus verbis, aliàs à Punctatore punctentur. Videatur Clem. 1. *de celebr. Miss.* & quæ tradit Monet. *de distr. par:* 3. *quæst.* 10. *nu:* 45.

207 Canonicum punctatorem à Choro absentem partes sunt, antiquioris Canonici punctare, ac multare, prout etiam omnes alios absentes, seu præsentes defectus ibi patrantes, de quibus diximus sed melius videtur Gauan. in sua Prax. de Synod: *p:* 1. *cap.* 34. *nu.* 1. quod eligantur duo Pūctatores, qui possunt esse etiā extranei à Capitulo, dummodo sint Sacris Ordinibus initiati. Vener. *de exam. loc. cit. cap.* 43. *num. vlt.* & Farinac. *in declar. ad Sac. Conc: fol.* 1120. Punctoris munus est insuper punctare Canonicos absq. iusta cau-

208 sa non interuenientes publicis Processionibus, quæ loco corollarij veniunt sub obligatione recitandi publicè Diuinum Officium, vt docent Filliuc. *mor. tom.* 1. *tr.* 12. *cap:* 4. *nu.* 85. Castr. Pal. *l. c. de hor. Can. s.* 5. *nu.* 2. His Processionibus assignantur Distributiones, iuxta quantitatem precum, & temporis in eis insumendi, vt tradit Monet. *de distr. p.* 2. *q.* 3. *nu.* 14. & regulariter, maior portio attribuitur interessentibus Processioni, quam vni horæ Canonicæ, vt notat Gauan. *in Man: Episc. V. Processio nu:* 28.

In Processionibus cantantur Hymni, & Psalmi, & præsertim Litaniæ Breuiarij, ac B. V. Lauretanæ, quæ tantum possunt in

209 Ecclesiis, & Processionibus decantari ex Decreto Clementis VIII. penes Quaran. *in sum. V. Litania.* Nec his possunt addi nomina Sanctorum, etiamsi sint descripta in Breuiario S. R. C. *die* 22. *Martij* 1631. Memoratis supplicationibus interesse tenentur non solum Canonici Sæculares, & alii Clerici Beneficiati, ut de mente

210 S. C. asserunt Rub. *V. Canonicus nu.* 1. Polac. *l. c. fol.* 253. Moron. vbi supra *resp.* 12. *nu.* 6. Sed, & Canonici regulares, & quicunque Monachi Monasteriorum non distantium à Ciuitate ultra medium milliare, si personaliter vocati fuerint. Lezan: *in sum. p:* 2. *cap:* 9. *nu:* 47. Campanil. *diuers. rubr.* 12. *cap.* 13. *nu.* 121. Lara *de Capell. lib.* 4. *cap* 24. *nu.* 15. Piasec. *in Prax. p.* 2. *cap.* 3. *nu.* 47. potestque Episcopus eos renuentes excommunicare, ut sentiunt Ricc. *in Prax. par.* 1. *res.* 31. Cesped. *cap.* 11. *dub.* 207. *num.* 3. vel potius à confessionibus, & concionibus suspendere, ut aiunt Lezan. *l. c. cap.* 11. *nu.* 14. Dian. *mor. par.* 11. *tr.* 2. *res.* 8.

Ad

Ad Processiones autem priuatas, quales sunt menstruæ SS. Sacramenti, Sacratissimi Rosarij non tenentur accedere Canonici, quibus non incumbit cura Animarum. vt notant Vgolin. *l. c. s.4. nu.3.* & Galett. *in sum. V. Priuilegium.* Etiamsi sodalitates essent in eorũ Ecclesiis Collegiatis, nisi ex statuto, vel fundatione obligentur. Rot. apud Mart. *l. c. V. Processio cap.4.* Processiones publicæ
211 dicuntur, quę fiunt in solemnitate Corporis Christi, in Rogationibus, in Iubileis, vel imminente Fame, Peste, aut Bello, siue ad petendam pluuiam, aeris serenitatem, vel pro gratiarum actione, liberationis ab insinuatis malis, aut in aduentu noui Episcopi, pro Principe loci ægrotante, vel aliis grauibus causis. ad tradita per Abb: *in cap: Nimis il 2. de exceß. Prælat.* Sylu. *in sum. V. præcedentia in addit.* Zerol. *in Prax: V. Processiones.* Ricc. *in Prax. p.1. res. 319.* Vulpes *in Prax. Iudic. cap.42. nu.9. & alij.*
212 Ad Episcopum, & eo absente, ad eius Vicarium spectat in Cathedrali Processiones solemnes indicere, atque quo sint dirigendæ, ac deducẽdæ pręscribere cum consilio tamen sui Capituli. Zipeus *loc. cit. tit. de maior. & obed. nu.8.* & Sacr. Cong. apud Zerol. *loc. proxim. cit.* Minus verò solemnes ad Capitulum ipsius Cathedralis. Manriq. *de præced. quæst: 52. Vbi sub nu.8.* subiungit, Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ habentes pro capite Præpositum cum iurisdictione quasi Episcopali, posse pręțendere, quod Processiones publicæ absque eorum consilio non dirigantur, idem clarius cum ratione docuit Pauin. *in tract. de pot. Cap. fol.7*

In Diœcesi ad Plebanum, siue Rectorem in sua Parochia pertinet tam publicas, quam priuatas Processiones consuetas dirigere, necnon extraordinarias pro deuotione, & necessitate in dies introducere. Lezan. *l. c. tom.2. cap.15. nu.29.* Nouar. *in sacerd. Reg. V. Processio nu.24.* Posseu: *de off. Cur. cap.12. nu.29.* Pasqual. *dec.477. nu.2.* Barbos. *de pot. Paroch. cap.22. nu.13.* Quod si Ecclesia esset Collegiata Parrochialis, & Primæ Dignitati tota cura Animarum
213 immineret, à fortiori debet ea consulere Capitulum, quomodo deducendæ, & reducendæ sint Processiones, per ea, quæ superius dicta sunt de Præposito exempto, potest tamen absque Canonicis Populo dictas Processiones denunciare, veluti si cura Animarum incumberet, tantum alicui simplici Canonicatui, iste Præbendatus eadem auctoritate polleret supplicationes denunciandi priuatiuè, quòd ad alios, etiam primam Dignitatem.

Ratio est, quia iste actus conuocandi, est potius officij, quam prærogatiuæ. vt obseruat Cespcd. *de exempt. Reg: dub.21. num.1.* Ad Episcopũ autem spectat pręcipere Regularibus in sua Dięcesi.

T com-

214 commorantibus, vt eant ad Processiones publicas. ita S. Congr: apud Chassaing. *de reg. priu. tr. 8. cap. 4. prop. 7.* stante eius absentia ad Vicarium foraneum. Omnes obligati Processionibus interesse, si comoditas adsit, congregantur in Choro Ecclesiæ, ex qua
215 primò exire debet Processio, ibique maneant in stallo, donec ea ordinetur, & licet non sint de gremio illius dicuntur habere stallũ in Choro quo ad illum actum. Rot. *par. 2. diuers. dec. 356. num. 6.* Canonici, qui cum suo habitu Chorali non fuerint in suo stallo ad Litanias ante inuocationem Sanctissimæ Trinitatis, reputantur absentes quo ad lucrandas Distributiones supplicationibus attributas; prout ostendunt Gauan. *in Man. V. Processio nu. 27.* & Brancat. *in Epit. Sac. Can. V. Processiones.*

Litanias incipiunt duo Clerici cantores ante Altare Maius genuflexi, Canonici verò, & cœteri in Choro ante suum stallum curuatis genibus respondent. & dicta *Sancta MARIA Ora pro nobis*, ut habetur in Rituali Pauli V. quilibet surgit procedẽdo suo loco, de quo dictum est supra Lib. I. & dicti duo cantores incedunt immediatè post Crucem prosequendo Litanias. Ita S. Congr. penes Barbos. *collect. 119. num. 2.* Omnes in eundo processionaliter pro-
216 phanis remotis colloquijs deuotè, decantent, Litanias, Hymnos, & Psalmos, alias Decanus, cum habeat eandem iurisdictionem in Processionibus, quam in Choro, vt censuit Sac. Episc. Congregat. sub die 13. Martij 1615. delinquentes punctari mandet, quamuis easdem deprecationes canere prætermittentes, nõ remaneant obnoxij ad eas priuatim postea exoluendas, exceptis Litanijs cum Orationibus assignatis in Processionibus Sancti Marci, & triduo ante Ascensionem; Namque his diebus sunt partes horarum Canonicarum, prout aduertunt Filliuc. *loc. cit. cap. 7. nu. 24.* & Bussẽb. *vbi supra art. 4.* In Processionibus Dignitates, & Canonici æquali
217 distantia, nempè vnius passus inter Collaterales, & trium inter antecedentes, & subsequentes bini, & bini, in signum geminæ charitatis progredi debent, ut docet Castald. *in Rit. process. num. 11.* Quod si accidat Dignitates esse numero impari, inferior Dignitas coniungenda est cum antiquiori Canonico ad ipsius dexteram, in casu quo Canonici essent pariter numero impari, si verò essent numero pares, & Dignitates impares, ne locus vacuus contra formã Processionis appareat prima Dignitas procedit in medio duarum Dignitatum proximè sibi subsequentium in eadem riga; quod intellige, quando habitus est vniformis, & æqualis, si enim habitus Dignitatum esset distinctus, & diuersus ab habitu Canonicorum, quamuis essent numero impari, non sunt coniũgendæ Dignitates cum

cum Canonicis, sed tres vltimi digniores tam ex illis, quam ex his incedunt simul in eadem riga. Ita determinauit S.R.C. in Malacitana 3. Iunij 1617. Quam declarationem vidi authenticam. Ex quibus suadetur primam, & vnicam huius Collegiatæ Dignitatē, quæ habet habitum diuersum à Canonicis, semper debere de per se in Processionibus post vltimos Canonicos progredi insinuata distantia trium passuum. Quandocumq. Canonici incedunt parati in Processionibus, Dignitates deferunt Pluuialia, Canonici Præsbyteri Planetas, Diaconi, & Subdiaconi Dalmaticas non obstante quacunq; consuetudine in contrarium. ita à Sac: Congr. decisum refert Barb. *in sum. collect.* 10. *n.* 3. explica vbi Præbendæ sunt ordinibus distinctę, quoniam tunc huiusmodi ordo incedendi fundatur in ordinibus. vide atur cœrem. Episc: *lib.* 1. *tit. de hab. Eccl. Episc. & Canonicorum*.

In Processionibus, quibus defertur Sacratissima Hostia, vniuersi de Clero cum facibus accensis incedere debent aperto capite; nedum pilleolus in capite permittitur nisi ex causa, ut senectutis frigoris, caluitiæ, capitis debilitatis, & eiusmodi. Castal. *l. c. lib.* 2. *sect.* 2. Facundez *l. c. cap.* 20. Et dum per viam cantari occurrit, Versicula, *Te ergo quæsumus*, & *Tantum ergo Sacramentum*, nō genuflectitur, ne impediatur Processio. ita declarauit Sacr: Rit. Congr. Deniq. quoniam Missa venit appellatione Diuinorum Of-

218 ficiorum. *cap. De his d.* 12. *cap. Abbates de priuil. in* 6. *glos: in Clem.* 2. *de ætat. & qual.* Coninch. *de interd. disp.* 17. *dub.* 2. *nu.* 1. & æquiparatur horæ Canonicæ *in Clem.* 1. §. *fin. de rel. & Ven SS.* propter quod Missis, quæ Canonicis à rubricis cantandæ præscribuntur, assignantur Distributiones veluti horariis precibus, glos. *in Clem.* 1. *de celebr. Miss. V. Canonicas. & in cap. Vnic. de Cler. non resid. in* 6. Bonac *de distr. dec.* 2. *q.* 4. *pun.* 1. *nu.* 4. Idcircò à Punctatore, cuius supra meminimus, punctandi, ac pro absentibus habēdi sunt Ca-


219 nonici præfatis Missis ante finem vltimi *Kyrie* non venientes, & in his non cantantes, vel confabulantes, huc illuc diuagantes, aut alios defectus conficientes, vt dictum est supra inter recitandas horas Canonicas, & eandem pœnam incurrunt, qui ante finem

220 Missæ à Choro discedunt, cum melius sit principio Orationis finis. Eccles. *cap.* 5. Quod luculenter probat Mazarin. *par.* 4. *disc.* 102. 129. *& circa fin.*

LIBRI SECVNDI FINIS.

DE CANONICORVM MINISTERIO IN MISSÆ SACRIFICIO.

Liber Tertius.





INISTERIVM idem est, quod Officium
circa res Ecclesiasticas, & Spirituales,
vt notant Abb. *in cap. Cum M. num.* 26. *de*
1 *const.* Bellém: *in cap: Super num.* 21. *de re-*
nũc. & Dec. *in cap: Cum in cunctis de elect.*
Quod maximè consistit in ritè, ac rectè
cantanda, & celebranda Missa, vt post
alios obseruat Grat. *disc. for. c:* 298. *n.* 6.
Missa vt docet Innoc. Papa III. de Myst.
Miss. *lib.* 6. *cap.* 12. Nuncupatur Mysterium, & Ministerium; My-
sterium, quod offertur Ministerium, quod profetur; vt Mysteriũ
est oblatio veri Corporis, & Sanguinis Domini Nostri, qua per
celebrantem in persona Christi offertur Deo Patri, vnicum legis
nouæ Sacrificium. Rodriq. *QQ. reg. tom.* 1. *quęst.* 43. *art.* 1. Ode-
ric. *super Annal. Baron. ann.* 34. *nu.* 60. *& aliy.* Missa quoad suam
2 substantiam fuit instituta à Christo Domino in vltima cœna, in
qua celebrauit, & Communicauit Apostolos, quos & Sacerdotes
creauit, ac legem tulit vt idem ipsum perpetuò fieret per eos, ac
cœteros in Sacerdotio successores. Card. Turrecr. *super cap. Porrò*
de consecr: dist. 1. D. Anton. *in sum. p.* 3. *tit.* 13: *cap:* 5. §. 1. Baron in
Annal. Ecclesiast. anno Domini 34. & latius Fagundez. *de præcept.*
Eccl. par. 1. *lib.* 3. *cap.* 1 *nu.* 17.

Missa, vt Ministerium, dicitur à mittendo; quia in ea Preces
cum Sacris cœremonijs ad Altissimum Deum mittuntur: & quo-

ad

ad cœremonias, Orationes, actiones, & alia accidentia profecta est ab Apostolis,& Summis Pontificibus Romanę Ecclesiæ. *cap. Iacobus de consecr. dist.* 1. Valen.*tom.*4. *disp.*6. *quæst* 11.*pun.*1.*nu.*3. Hoc nomen Missa simpliciter pro latum accipitur pro toto opere Sacro, quod impenditur in conficienda præfata oblatione, ut tradit Card. Bellarm. *contr. tom.*3: *lib.* 5. *cap.* 1. Vt autem de his ea notitia à Canonicis habeatur, quam eorum munus deposcit, scire oportet, quòd, dum in Missa Hostia consecratur, immolatur, & sumitur, Sacramentum, & Sacrificium incruentum propriè dicitur. Sacrificium idem sonat, quod Sacrum factum, & Sacramentum Sacrans mentem, quatenus est cibus Animæ. Et quia tam in Missis cantatis, quam planis interdum vltra Hostiam maiorem apponũtur Particulæ pro communicandis Fidelibus extra Missã, celebrans permittere non debet, quòd alius Sacerdos eas inde statim tollat post cõsecrationem, quia sunt simul victima Sacrificij, hisque congruunt Orationes, oblationes, & Benedictiones prout Hostiæ maiori, atque non sunt perfectè sacrificatæ, nisi post sum-
3 ptam communionem à celebrante. Ità ante alios recentiores adnotauit Dian.*mor. par*: 5. *tr.* 13, *res.* 72. Terminata Missa, si aliqua Hostia consecrata reponatur in Pyxide, pro adoratione, vel fidelium Communione, hæc ibi solummodo dicitur Sacramentum. D. Thom. 3.*par. quæst*: 9. *art.* 9. In omnibus Sacramentis necessario requiritur materia, forma, minister, eiusq. intentio. Ita omnes. Materia huius Venerabilis Sacramenti, & Sacrificii Missæ, est Panis triticeus, & vinum vitis, prout fuit determinatum *in cap. Firmiter de sum. Trinit.* Cum vino ponendum est in Calice paululum aquę non de necessitate Sacramenti, sed præcepti: *cap. Perniciosus de celebr. Miss.*

Forma in consecratione Hostiæ sunt illę quatuor voces, *Hoc est*
4 *Corpus meum*, vocula illa, *enim*, addita fuit à D. Petro. *cap. Cum Martad. tit.* Sed potest absq culpa prætermitti. Nonar. *de grau. tom.* 2. *grau.* 146. *nu.* 4. In consecratione Vini de substantia exiguntur illæ quinque verba, *Hic est calix Sanguinis mei*; & quæ sequuntur in Missali vsque ad *Remissionem peccatorum* inclusiuè non sunt de essentia Sacramenti. Auers. *de Sacrif. Miss. sect*: 19. *tit. de form. Euch. sect.* 2. Sà *V: Missa nu.* 5. licet grauiter peccaret celebrans, qui ea prætermitteret, vt notat Sanchez in D. Thom: *par.* 3. *dist.* 80. & Card. Tol. *Instr lib.* 2. *cap.* 26 *nu.* 1. Minister est solus Sacerdos, qui debet esse liber ab omni excommunicatione, suspensione, interdicto, & irregularitate. *cap. Peruenit de consecr: dist.* 2. D. Thom: vbi supra *quæst.* 82. Quod si his irretitus, vel etiam degradatus

Missam.

Missam celebraret, vtique grauissimo scelere se inquinaret, verum tamen Sacrificium, & Sacramentum perficeret. Abb. *in cap. De homine nu. 3. de celebr. Miss.* Ratio satis efficax redditur à Lactan: Finell. meo consobrino *in sua select. aur. cas. reser. cap. 6. n. 2.* Celebrans debet esse purus a læthali reatu, de quo scientiam habens certam, aut probabiliter dubiam tenetur sub nouo mortifero crimine confessionem præmittere, ita declarauit Sacros. Côc. Trid *sess.* 13. *cap. 7 & can.* 11. Nec sufficit contritio in quo errauit Caiet. *in sum. V. confessio. & V. communio.* Verum est, si copia Confessoris, arbitrio viri prudentis, deesset, & Missæ celebrationem absque propriâ infamia, vel aliorum offensione relinquere non posset, satis esset celebranti actum contritionis elicere. Azor. mor. *tom.* 1 *lib.* 10. *cap.* 31. *quæst.* 4. Ghilin: *l. c. V. contritio nu.* 14. & latè Em. Lugo *de Sacram. Euch. quæst.* 14. *sect.* 7. *n.* 83. In Ministe-
5 rio Sacrum facturo necessaria est intentio consecrandi, seu peragendi quod in cœna Christus gessit, vt notant Rubr. Missal. quã intentionem sufficit habere virtualiter. Henriq. *in sum lib. 9. cap.* 39. *nu.* 3. Anton. *de litt: in sum. par.* 6. *cap* 23. *nu.* 15: Actualem tamen attentionem, quantum quisque poterit, par est habere, maximè dum verba consecrationis profert Raguc. *de Miss. quæst.* 20. *nu* 2. His prælibatis circa essentialia Sacramenti Altaris; res po-
6 stulat nonnulla materialia in conficiendo hoc Sacrificio, quę sunt tantum de præcepto, vel de consilio, & ante omnia requiritur locus Sacer, qui est duplex, communis, & proprius, communis est Ecclesia consecrata siue Oratorium publicum ab Episcopo Benedictum, & hæc esse debent de præcepto incontaminata, non polluta. Ita docent DD. communiter. Polluuntur quidem pluribus modis, sed frequentius Sanguinis effusione, quæ ad hunc effectum non potest abesse, qui in sit pub ica, voluntaria, ac non parua. Videatur Ricc. in prax. *par.* 3. *resol.* 363. & Dian. *p.* 6 *resol* 24. Proprius locus, in quo Sacrum est faciendum est Altare, quod ex præcepto ad mortale obligante exigitur lapideum, & ab Episcopo consecratum. *cap: Altaria de consecr: dec:* 1. Card Turrecr: ibidem. Dicitur Altare, quasi alta Ara, quia ob reuerentiam Sacrificii, & Sacerdotis comoditatem extollitur in loco eminenti: & est duplex stabile, & portatile: primum dicitur lapis integer, qui toti super
7 imponitur moli. *cap. Si motum de consecr: d.* 1. D. Anton. *in sum. p.* 3. *tit.* 13. *cap:* 6. Secundum quod & appellatur Petra Sacrata, est paruus ille lapis continens in se sigillum sepulcri, in quo Sanctorũ Reliquiæ reponuntur. *cap ult. de priuileg.* Et debet esse tantæ lõgitudinis, ac latitudinis, ut immediatè valeat capere pedem Ca-

licis,

ficis, ac Patenam cum Hostia consecrata. Sylu. *V. Altare n.* 1. Iacob.de Graff: *dec. par.* 1. *lib*:2. *cap* 42. *num.* 4. Huiusmodi paruus lapis ab Episcopo consecratus propriè nuncupatur Altare, licet reponatur super aliam materiā lapidibus erectam, cui vulgariter nomen Altaris tribuitur. Trull. *de Sacram. & Aners. loc. cit.* Et quando violatur Ecclesia non polluuntur huiusmodi Petræ Sacratæ quare possunt de vna ad aliam Ecclesiam transportari, & propterea dicuntur portatilia, ut obseruat Vgolin. *de off. & pot. Episc. cap.* 30. *nu.* 4. secus dicendum de Altari stabili, quod remanet pollutum, dum violatur Ecclesia, vtrorūq. verò Altariū sigillis amotis, vel notabiliter fractis euanescit eorumdem consecratio. Coninck *de Sacram. q.* 83. *ar.* 2. *d.* 2. *num.* 138. & ante eum adnotauit Abb. *in cap. Ligneis de consecr. Eccles.* Altare Maius in Cathedrali-
8 bus, & Collegiatis de consilio debet versus Orientem respicere. *cap. Ecclesiarum dist.* 11. *glos ibid.* Abb. *in Clem. Si dominum de Reliq. & Ven. SS.* Potissima ratio esse videtur, vt fideles ad ipsum conuersi Orientalem plagam respiciant, vbi erat Paradisus, à quo ob peccatum eiectus fuit primus noster Parens, & ita propriam miseriam deplorando, postulent à Diuina Clementia reddi cœlestè Paradisum. ita S. Faust. *de Orat. q.* 164. Minora Altaria, & Oratoria liberum est fundare versus quaslibet Mundi partes, nempè Orientem, Occidentem, Meridiem, Aquilonem. Filliuc. *l. cit. tract.* 5. *cap* 4. *nu* 23.

9 Quodcunque Altare, in quo fit Sacra Missæ actio, præparandum est tribus Tobaleis lineis. Em. Lug. vbi supra *disp.* 20. *sect.* 1. *n.* 76. satis tamen est, vt altera ex duabus duplicetur. Gauan. *l. c. V. Altare nu.* 1. Qui absq. vlla ex his mappis Sacrum faceret, exitialis noxę reus esset. Fernandez *l. c. cap.* 5. *s.* 11. Suarez vbi supra *disp.* 81. *sect.* 6. Qui verò cum vna tantum celebraret, mortalem culpā euitaret. iuxta tradita à DD apud Dian. *par.* 10. *tract.* 11. *resol.* 5. Prædictas Mappas ab Episcopo esse Benedicendas iteratò tradūt Missalis Rubricę, & notat Marchan: *l. c. tit. de Miss q* 2 *dec* 1. sed loquuntur de conuenientia, ut volunt Busenb. *in Med. Theol. mor. tract.* 3. *dec.* 5. *resp.* 1. & Bauc. *tom.* 1. *tit. de oblig Sacerd: q:* 14. Totū Altare anteriori parte vestiri debet pallio festo, vel Officio conuenienti. ita Rubricæ, quod pariter non decernitur sub graui culpa Bauc: *loc cit.* Laym. vbi supra *cap* 6. *nu:* 10. solummodo feria sexta sanctioris hebdomadæ remanet expoliatum ad significandum Christum Dominum nudatum, suis vestibus. Ad idem Sacrosanctum Mysterium exposcitur Calix, & Patena ab Episcopo consecrata. *cap: Vasa, cap. Calix de consecr, d.* 1. Et celebrantes cum his nondum

nondum consecratis grauiter delinquunt. Ita omnes. Cœterum si
quis bona fide vsus fuerit Calice non consecrato, quem existima-
uerit consecratum, excusatur ab omni culpa, & Calix deinceps
nulla alia indiget consecratione. ita probabiliter tenent Marchin:
de Sacram Ord. tr. 3. par. 3. cap. 13. num. 3. Dian. *p:5. tr. 13. ref. 60.*
& alii recentiores. Calix constare debet ex auro, vel argento, sal-
tem in cuppa; stante vero Ecclesiæ paupertate tolleratur ex stam-
10 neo, vel rame deaurato. Imol. *in cap. Ex præsentium nu. 3. de pignor.*
Abb: *in cap Vlt: de cel. Miß.* Ad extergendum Calicem, os, ac per-
11 fusos celebrantis digitos, super eodem ponitur purificatorium ex
lino contextum, quod laudabiliter prius ab Episcopo Benedictio-
ne donatur Laym. *l. c. cap 6. nu. 12.* & Em. Lugo statim *cit. sect. 2.*
12 *nu. 76.* Corporale de præcepto debet esse confectum de lino, vel
canapa, aut Olanda, & ab Episcopo Benedictum. *cap Consultum de*
consecr. dist. 1. & Card. Turrecr. ibid. *nu. 2.* & esse debet purum quo
ad mediam partem capientem Hostiam, & Calicis pedem, extre-
mitates verò abesse non potest, quin sint sericæ, vel auro, aut ar-
gento elaboratæ. Fernandez vbi supra *cap. 5. §. 11. interrog. 8.* Ro-
driq. *in sum l. c. nu. 19.* & Card. Tol *lib. 2. cap: 2.* & prædicta proce-
dunt de Filiola, qua Calix operitur. Innoc: *de Myst. Miß. cap. 56.* Pi-
nell *in tract. de Miss: cap. 12.* Vasa sacra, corporalia, Purificatoria
13 Altaris mappas lacera, vel adeo sordida adhibere, quod à mensa
communi cum nausea reiicierentur, peccatum erit læthale, quia
fit contra reuerentiam tanto Sacramento debitam. ita Sylu: *in*
sum: V Vasa. Caiet. *in sum. V. Missæ celebratio.* Graff. *dec. p. 1. lib. 2.*
cap. 42. nu. 3. Leo *in Thes. par. 3. cap. 35. nu. 80.* Bauc. vbi supra *fol:*
321. & alii. Cæterum, quando Munda haberi non possunt, tota
culpa refunditur in Sacristam illius Ecclesiæ prout obseruant Sua-
rez *par. 3. disp. 83. sect. 3.* Em. Sà *V. Sacra n. 5.* Fernandez *l: c. inter-*
rog vlt. Polac. vbi supra *cærem. 1.*

Missam celebraturus Clericali tonsura insignitus, & veste talari
14 indutus esse debet: ita Rubricæ Missalis, & contrafaciens saltem à
graui veniali non excusatur. Gauan. *in com ad easdem rubricas p. 3.*
cap. 11. tit. 10. Barb *de Off. & pot. Episc. p. 2. alleg. 9. num. 11.* Talos
scriptores accipiunt pro osse, iuxta calcaneos exuberante, & sic
15 vestis talaris propriè nuncupatur, quę Talum pedis tangit ex epi-
cheia verò, (quæ est medium inter ius, & rigorem,) talaris quoq;
iudicatur ea, quæ protenditur ad Tibias propè Talos. Vgolin. de
Off. & pot. Episc. lib. 1. cap. 12. nu. 3. Graff. *dec. lib: 3. cap: 3. nu. eod.*
iuxta communem regulam, quod parum distat nihil distare vide-
tur. *l. quæsitum ff. de leg. & glos. in cap. Si virorum 30. dist:* Prælati

sæculares,

sæculares, Prothonotarij, & Canonici vsum Rocchetti habentes
16 eodem induti esse debent superdictam vestem vsualem antequã
sacris indumentis pro celebranda Missa se vestiant. Castald. in
Prax. *lib. 2. sect. 7. cap. 1. nu. 8. & legitur in nouis rubr. Miss.* Sena-
rius est numerus Sacrarum vestium, quæ de necessitate præcepti
opus sunt in Sacrificio Missæ nempè, Amictus, Alba, Cingulum,
Manipulus, Stola, & Casula. *cap. Vestimenta de consecr. dist.* 1. quarũ
rum significatum vide apud Sot. *in 4. dec. 13. q. 2. art 4.* Huiusmo-
di Sacerdotalia indumenta sunt ab Episcopo benedicenda. Sylu.
V. Missa nu. 1. Fusc. *de Visit. lib. 1. cap. 23. nu. 2.* hisque non benedi-
ctis ad Missam vtentes mortifera labe se commaculant. Nauar. *in*
17 *Man. cap. 25. nu. 84.* Ant. *de litt. p. 6. cap 3. nu: 8.* Suarez *l. c. disp. 83.*
sect. 3. Fragos. ubi supra §. 8. *nu. 23.* Castr. Pal. *par. 4. tr. 22. disp.*
vnic. p. 10. nu 10. Tol. *lib. 2. cap. 2. nu. eod.* ConincK *de Sacram. par.*
1. q. 83. disp. 2. nu. 250. & sequitur Bonart. *de Sacrif. Miss. cap. 16.*
circa fin. etiam si vna tantum earum adhibeatur non benedicta,
excepto Cingulo, quo non benedicto vtentes excusantur á læthali
noxa, vt pote, ob leuitatem materiæ, cum non sit vestis, sed alte-
rius indumenti ligatura. Ita aduertunt Sot. *vbi supra,* Em. Lugo
de Sacram. disp. 20. sect. 4. nu. 102. Recensita Sacerdotalia appa-
ramenta nequeũt benedici á Canonicis, vel Dignitatibus inferio-
ribus Episcopo, & si sint capita Collegiatarum. Ricc. in prax.
par. 4. res. 123. nu. 1. Quibus ne dum potest Episcopus talem fa-
cultatem impertiri. Posseu. *de off. cur. cap. 2. nu. 37.* Homob. *in com.*
tr. 11. q. 18. cap. 7. in fin. & censuit S. R. C. penes Gauan. *in Man.*
Episc. V. Benedicere nu. 5. Ratio est, quia huiusmodi benedictio nõ
est iurisdictionis, sed ordinis Episcopalis. Vgolin. *de off. & pot.*
Episc. cap. 32. nu. 9. Verum est, quod eadem Sac. Congr. facile cõ-
cedit licentiam dicta Paramenta benedicendi Personis in Digni-
tate constitutis: de consensu tamen Episcopi loci vt testatur Barb.
de iur. Eccl. vniu. lib. 3. cap. 21. nu. 29. Prælati Regulares ex priuile-
18 gio Apostolico eadem Paramenta benedicunt pro vsu tãtum sua-
rum Ecclesiarum. Henriq. *l. c. cap. 29. num. 6.* Ricc. vbi supra *num.*
vlt. & declarauit S. R. C. in Decreto typis impresso 3. Febr. 1660.
Si acciderit, Sacerdotem bona fide celebrare cum indumentis Sa-
cerdotalibus non benedictis, poterit is, vel alius deinde cum iis-
dem vestibus Sacrum facere, quia sic remanent benedictæ. ita te-
nent Escob. *tr. 1. exam. 11. cap. 4. nu. 95.* Polac. *l. c. fol. 32.* Castr. Pal.
de leg. lib. 2. cap. vlt. Dian: *par. 2. tract. 14. resol. 6.* Secus si mala
fide, hoc est sciens non esse benedicta, & his vsus fuerit, quemad-
modum si quis Planetam non benedictam veteri benedictæ sup-

V poneret

poneret, ac cum vtraq. celebraret, noua non participat de benedictione veteris. vt post alios notat Possev. l. c. cap. 2. nu. 28. Omnia sacra Vestimenta benedicta ammittunt benedictionem si ita frangantur, vt non videantur decentia ad vsum, cui sunt destinata. Azor. tom. 1. lib. 10. cap. 28. quaest. 9. Bonac. loc. cit. pun. 9. num 26. Vndè Cingulum ita fractum, vt neutra pars sufficiat ad cingẽdum, perdit benedictionem. Ghilin. vbi supra V. Cingulum. Similiter si ex Alba abscindatur manica, vt de nouo fiat, quia prior erat perforata, ammittit benedictionem. Polac. in add. ad p. par. tarem. 2. Auers. vbi supra q. 11. sect. 13. & Trullen. in Decal. l. 1. dub. 18. n. 12.

19 m. Dalmaticae pro Missa solemni de congruitate ab Episcopo benedictione donantur, de qua habetur in Pontificali. Trullen. loc. cit. Pluuiali autem non benedicitur; Ratio assignatur à Polac. l. c. fol. 283. De mensura, forma, & colore sacrarum Vestium percurrite Rubricas Missalis, & Gauant. in Com. ad easdem par. 2. tit. 3. Et sciendum, quod si quis paramenta adhibeat alterius coloris praescripti in Missali, remoto scandalo, non est plus quàm veniale, immò nullum peccatum, si id fiat in necessitate. Ita post alios sentit Dian. mor. par. 1. tr. 14. resol. 57.

20 Nemo inferior Episcopo cuiuscunque Dignitatis existat, dum priuatè celebrat, potest sacra paramenta accipere de Altari, non obstante quacunq. consuetudine, iuxta S. R. C. Decretum, quod in Missali ponitur, vt in Rubrica idéq; ead. S. C. cõfirmat sub die 5. Febr. 1660. Sed sacrae Vestes pro Missa sumendae in Sacristia, quae

21 est quidam locus remotior, vbi Sacerdotes se praeparant ad sacrũ faciendum, recitando Orationes ad singulas vestes dum his vestiuntur, prout in Missali, quod tamen est tantum de consilio, vt tenent Trullen. & Escob. loc. prox. allegatis, contra alios apud Facundez l. c. cap. 11. quos ipse non sequitur.

Antequam Missam celebraturus sacra indumenta recipiat lauat manus, dicens, Da Domine Virtutem, &c. procurando puritatẽ internam cum externa excitare, quàm corporalẽ manuum ablu-

22 tionem, praetermittens venialem culpam contrahit, tum quia facit contra rubricam, tum quia maximè decet ad tractandum tantum Sacramentum. Ita Durand. de Diu. Off. l. c. cap. 5. nu. 4. D. Ant. in sum. p. 3. tit. 13. cap. 6. §. 10. Suarez l. c. disp. 85. sect. 1. vbi pro his confirmandis refert verba D. Io. Chrysostomi in hunc, qui sequitur, modum. Nic mihi, illotis manibus ad Sacrificium eligeres accedere? Non puto. Nec praetermittenda est huiuscemodi lotio eò, quòd paulò antè facta fuit in propria domo, quandoquidem hoc loco fit quoque ad designandam animi munditiam, qua sacrificans

cans decoratus esse debet, vt inquit Card. Bellarm. *tom: 3. controu. tit. de Miss: lib. 2. cap: 15. lit. B.* Fit etiam manuum ablutio in Missa post offertorium perfundendo duntaxat capita digitorum; ad significandum, quod celebrans debet cauere etiam à peccatis venialibus. Plou. *de hor. can. cap: 10. num. 1.* Demum lauantur manus post Missam, & depositionem Sacrarum vestium ex decentia, non de præcepto, vt notant D. Bern. & Dian. loc. cit. Dum Sacerdos dictis paramentis induitur, ad singula recitare debet Orationes
23 eis appropriatas in Missali descriptas, quas tamen absq. contemptu ommittens non incurrit nisi in venialem culpam. Henriq. *l. c. cap: 25.* Ghilin. *V. Missæ celebratio nu. 4.* Aluar. vbi supra *num. 41.* Pro celebrando Sacro exposcitur Missale, quod antiquitus priusquam in Missa adhiberetur benedicebatur verbis in Pontificali descriptis. Ita Imol. *in cap Nullus de pignor.* Abb. *in cap. 1. nu. 3. eod. tit.* Fusc. *l. c. cap. 23. nu. 1.* sed modo id in desuetudinem trãsiuit, & non solet benedici. Absq. Missali celebrare lethalis culpa cõmittitur. Syluest. *V. Missa n. 1.* Tabien. *eod. V. n. 2.* Nau. *in Man. cap. 25.*
24 *nu. 64.* Card. Tol: *l. c. cap. 2. nu. 14.* Ex quo Sacerdos visu carens, vt notat D. Thom. *3. par. q. 88. art. 10. ad 3.* Non potest dicere Missam absque dispensatione Apostolica, qua Tridenti tempore Cõcilij, vsus fuit Episcopus cœcus, teste Sot. *in 4. dist. 22. q. 1. art. 1.* In Missis priuatis, à principio vsque ad finem adsint accensæ Candelæ cœreę, quæ debent esse geminæ tantum, etiam si celebrarent Dignitates vsu Pontificalium fruentes, qui, & vnico Ministro contenti sint, vt habetur in Decreto S. R. C. de mandato ALEX. Pa-
25 pæ VII edito Anno 1660. quod procedit, etiamsi celebrans esset Vicarius Generalis Episcopi, vt notant Polac. *l. c. c arem: 4. in addit.* & Gauan. *l. c. V. Missæ ritus nu. 11.* In Missis autem quæ in Collegiatis à Canonicis cantantur Dominicis, & Festis sex cęrei collocantur accensi super totidem Altaris Candelabris Suarez *l. c. di-*
26 *sp. 81. sect. 6.* & in præcipuis anni solemnitatibus octo, vel plures Bonarc. *de Sacrif. Miss. l. c. cap. 17. nu. 9.* solummodo cauendum est à superstitione certi numeri prohibiti à Sac. Conc. Trid. vt monet Diaz. *loc. cit: cap: 87. in fin.* In Missis cantatis diebus ferialibus, & pro Festis, sufficiunt quatuor, Gauan. *in com: ad rubr. Miss. p. 1. tit. 20. in fin.* In medio Altaris, dum fit sacrum, esse debet Crux, quamuis illius Icon sit ipsamet Crucifixi figura. Arnard. *l. c. tit. 20 nu. 3.* & alij, quibus tali casu non assentitur Dian. *p. 10. tr. 15. resol. 28.* concordant verò DD. ferè omnes requiri Crucem, etiamsi in eodem Altari asseruetur Sanctissimum Sacramentum, & ita seruari in praxi testatur Auers. *loc. cit. quæst. 11. sect. 13.*

Sacerdos celebrans in quocumque Altari, vbi non adsit Crux, non efficitur mortalis culpæ reus, vt dixerunt aliqui, sed tantum venialis. Ita post alios Busemb. *l.c. resp.* 8. *nu.* 10. Immò nulla erit culpa, si Crux tunc non possit commodè haberi, ut notant Bassęus *l.c. V. Missa* 2. *nu.* 17. & Bonart. *l.c. cap.* 19. *nu.* 2. Olim iam omnes Præsbyteri Missam celebraturi cum Sandalijs ad Altare procedebant, testibus Pinell. de Miss. *cap.* 14. *d.* 3. & Suarez vbi supra *disp.* 83. *q.* 3. In præsentiarum solis conueniunt Episcopis, & non alijs inferioribus, nisi ex concessione Summi Pontificis. *glos. in cap. Peruenit* 93. *dist.* Durand. *de Diuin. off. lib.* 3. *cap.* 8. *nu.* 11.

27 At omnes celebrantes, tam Sæculares, quam Regulares tenentur Sacrum facere cum calceis. Plou: *de Sacrif. Miss. cap.* 1. *nu.* 6. Arm. *V. Missa nu.* 5. Auers. *l.c. sect.* 13. Coninck *de Sacram. vbi supra nu.* 250. Facund. vbi supra *cap.* 13. *n.* 21. & contrafaciẽtes etiã ad præseferendam maiorẽ humilitatẽ peccant venialiter, nisi excusentur ob penuriam. ita Lezzan. *l.c. V. Missa n.* 65. Vt Missæ Sacrificium ritè expleatur, plures in Missis solemnibus requiruntur Ministri, vt videbimus infra; in priuatis verò sufficit vnus Clericus, vel Laicus. D. Thom. 3. *p. q.* 83. *art.* 5. & plures non possunt adhiberi ab

28 inferioribus Episcopo; & proinde non posse duos Cappellanos Vicario Episcopi ministrare tradit Gau. *in com. ad rubr. Miss. par.* 1. *tit.* 20. & censuit S.C. apud Barbi *collect.* 1147. *nu.* 4. Ex regulis Missalis celebrans dixisse debet Matutinum, an autem id non seruantes incidant in pœnam theologicam, diuisos in tres Classes inue-

29 nio DD. Prima dicit mortale hanc rubricam absque rationabili causa non seruare. ita D. Anton. 3. *p. tit.* 13. *cap.* 6. §. 4. Tab. *V. Missa nu.* 7. Ang. *eod. V. nu.* 42. Arm. *l.c. nu.* 3. Nau. *in man. cap.* 25. *nu.* 83. *& de orot. cap.* 21. *nu.* 3. Beia *p.* 1. *cas.* 54. Graff *dec. lib.* 2. *cap.* 40. *nu.* 5. Henriq. vbi supra *lib.* 9. *cap.* 24. *nu.* 7. & quamplures alij apud Barb. in remiss. DD. ad Conc. Trid. *sess.* 22. *cap. vlt. nu.* 9. & penes Bellarm. *in tract. de bon. oper. lib.* 1. *cap.* 18, qui sequitur Azor. *tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *q.* 17. vbi pro hac opinione addit Host. Paludan. Gabr. Astens. Rosel. Pisan. & ceteros attestando de cõmuni. Secunda defendere nititur, nullum esse peccatum celebrare non persoluto Matutino, etiam si causa non adsit. sic Suarez vbi supra *disp.* 82. *sect.* 1. *circa fin.* Becan. *de Sacram. l.c. quæst.* 15. *nu.* 5. Rodriq. *in sum. l.c. nu.* 22. Caramuell. super Reg. D. Bened. *disp.* 116. *nu.* 1441. & Dian. *p.* 2. *tr.* 14. *nu.* 256. Tertia tenet, esse culpam uenialem, nondum recitato Matutino hoc Sacrificium, nulla vrgente causa offerre. Ita Sot. *de iust. & iur. lib.* 10. *quæst.* 3. *art.* 4. Less. *eod. tit. lib.* 2. *cap.* 37. *in fin.* Gordon. *l.c. lib.* 6. *q.* 2. *num.* 40.

Filiuc.

Filliuc. *tr.* 23. *cap.* 7. *q.* 6. *nu.* 236. Carol. Macign. *de hor. can. cap.*
46. *nu.* 57. Lezan. *l. c. par.* 1. *cap.* 21. *nu.* 3. Comitul. *resp. mor. q.* 50.
nu. 3. Trullen. *in Dec. cap.* 7. *dub.* 20. *nu.* 4. Nald. *V. Missa n.* 8. Lopez
instr. par. 1. *cap.* 32. Bauc. ubi supra *fol.* 321. Bonam. *de Miss. par.* 2.
obseru. 1. Vulp. *in prax. cap.* 51. *nu.* 52. Molphes. *l. c. cap.* 10. *num.* 20.
Gestual. *mor. par.* 1. *tit. de Sacrif. Miss. cap.* 3. *n.* 13. Facundez *l. c. cap.*
17. *nu.* 3. & alij. Quibus semper adhæsi, si nulla sit causa celebran-
di ante Matutinum perdratum, nanque transgredi absque causa
rubricas Missalis, non effugitur saltem leuis culpa, vt tradunt DD.
communiter, quæ doctrina maximè procedit in casu, de quo lo-
quimur, cum rubrica bis disponat, Sacerdotem debere ante Mis-
sam Matutinum recitasse, quod maiorem denotat legislatoris
intentionē volentis hoc seruari. *cap. Si Christus de iureiur.* Daoyz
l. c. V. sermo nu. 3. eo magis, quod altera ponitur inter defectus qui
possunt in tali Ministerio occurrere, profectò (si id dicitur defe-
ctus) non video, quomodo quis ob hanc ommissionem absque
causa possit eximi à culpa veniali; prout excusandū censeo à mor-
tali contra Doctores primæ opinionis, quæ licet antiquis fuit fa-
miliaris, & communis, ad præsens euanuit, & tertia, quam secta-
mur effecta est cōmunis, & satis probabilis. Nec mirum, quoniam
30 plurimæ opiniones, quæ olim erāt improbabiles, modò industria
recentiorum effectæ sunt probabiles, & communes, ut obseruat
Verruell. *QQ. mor. tr.* 4. *quæst.* 12. *nu.* 68. Intellige, quæ diximus de
Missa plana, & priuata, conuentualis enim non potest absque gra-
ui noxa in Collegiatis decantari ante Matutinum. Bonac. *l. cit.*
pun. 9. *nu.* 7. Rodriq. vbi supra, Vasquez *in opusc. tit. de ben. cap.* 4.
31 §. 1. *d.* 6. Marchan. *l. c. cap.* 5. *nu.* 6. Castr. Pal. *par.* 4. *tit.* 22. *d. vnic.*
pun. 10. *nu. vlt.* Ratio est, quia id esset scandalosum, vt pote contra
generalem Ecclesiarum consuetudinem, vt aduertunt Francol. *de*
hor. can. cap. 22. *nu.* 26. Fragos. *tom.* 2. *lib.* 10. *d.* 21. §. 7. *num.* 10. Pe-
trell. *l. c. nu.* 17. & cęterj apud Henriq. vbi supra *cap.* 24. *num.* 7. &
Facundez *l. c.* Sacrificium Missæ cum summa Veneratione confi-
ciendum est. Hinc sub mortali culpæ reatu celebrari iubetur aper-
to capite. vt ex *cap. Nullus de consecr. dist.* 1. tradunt Bertach. in
tract. de Episc. q. 42. *nu.* 46. Ius olim erat Episcopi Pileoli vsum
causa infirmę valetudinis in Missæ celebratione concedere, vt scri-
bunt nonnulli DD. At modò hanc licentiam impertiri ad solum
32 Romanum Pontificem spectat. Ita determinauit Sac. Congr. rela-
toribus Ricc. *p.* 3. *dec.* 213. *num.* 2. Bauc. *de oblig. Sacerd. quæst.* 87.
Zambell. *V. Missa nu.* 3. & Ghilin. *l. c. num.* 17. Et sciant huiusmodi
facultatem obtinentes adhuc debere Pileolum à consecratione vs-
que

que ad sumptum Sacramentum deponere, necnon ad versum *Et
incarnatus est*, & dum Benedicit Populum. Polac. *loc. cit. cærem.* 2.
Vsus dicti Pileoli multò magis interdicitur Diacono, & Subdia-
cono in Missis cantatis ministrantibus ut aduertunt Trullen. *de Sa-
cram. lib. 3. cap. 8. dub. 18. nu. 8.* & Eminentiss. Campor. *in sua prima
Synodo Cremonen.* Licitum autem est Canonicis in Choro existen-
tibus vti Pileolo, quem tamen deponere debent per totum Cano-
nem. Ita Sac. Congreg. apud Nicol. in Flor. *V. Pileolus num. 2.*
Præsbyteri simplices neque in Missa, neque extra possunt Anulum
aureum in digito deferre sub pœna falsi; ut aiunt glos. in *cap. Vt
Apostolicæ de priuil. in 6.* Abb *in cap. 1. de Cler. non ordin. Ministr.* &
Franc. Marc. *decis. 688. nu. 1. par. 1.* Extra Missæ celebrationem li-
33 citè defertur à Doctoribus, & alijs in Dignitate constitutis ob ra-
tionem, quam assignant DD. mox allegati. In Missa autem non
competit neque Doctoribus, neque in Dignitate positis, qui sint
inferiores Episcopo, nisi id habeant ex priuilegio. ita cum alijs
docet Tamb. *de iur. Abb. tom. 1. d. 20. q. 2. nu. 13.* & fuit Decretum
á S. R. C. apud Gauan *in man. V. Anulus nu. 4.* eadem tamen Con-
greg. relatoribus Polac. vbi supra, & Barbos. *de iur. Eccl. vniu. lib.
34 1. cap. 23. nu. 36.* Prothonotarijs honorarijs celebrantibus Anulum
Aureum absque gemma indulsit.

Missæ Sacrificium peragentes ob honorem Sacramenti, quod
in ea recepturi sunt, debent esse ieiuni ieiuno naturæ, quod DD.
dicunt Abstinentiam ab omni prorsus cibo, potuque communi,
etiam ob medicinam sumpto, & in stomacum trāsmisso. Cathec.
Rom. *de Sacram. Euch.* Bellarm. *in contr. to. 2. tit. de Miss. lib. 2. cap.
14.* Quod ieiuniū incipit à media nocte præcedenti. Quapropter,
qui in Vigilia Natiuitatis Domini proximè ante mediam noctē
distulit prandium, aut fecit cœnulam, uel eadem Vigilia inciden-
te in Dominicam, in ipso puncto quo compleuit cœnam, termi-
nante media nocte, potest licitè celebrare priuatam Missam eius-
dem Natiuitatis, cum adhuc dicatur ieiunus, etiam si nō dormie-
rit, & cibus non sit digestus; vt considerant Sylu. *V. Eucharistia q. 7*
Ang. *Ver. Missa nu. 6.* Nau. *in man. cap. 21. n. 53.* Bonac. *de Sacram.
disp. 4. quæst. 6. punct. 2. nu. 11.* Molphes. *tr. 3. cap. 9. n. 14.* Ant. de
Litt. *p. 6. cap. 5. nu. 9.* Pasqual. *dec. 344. nu. 4.* Vnus, & idem Sacer-
dos vno die conficere nequit nisi vnicum sacrum *cap. Te refferente
extra de celebr. Miss.* Ratio est, quia Christus semel passus est, &
35 valdè felix est, qui vnum dignè celebrat, ut aiunt Innoc. III. *in cap.
Consuluisti eod. tit.* & D. Thom. *3. par. quæst. 83. ar. 2.*

Excipitur ab hac regula insinuata dies Natiuitatis Domini, in

qua

quia à quouis Præsbytero tres Missæ legi, vel cantari possunt. Cardin. Turrecr. *super cap. In sancta dist. 92.* & præfatas tres Missas planas potest quis dicere diuisim, vel collectiuè. Nauar. & Bauc. loc. *statim cit.* liberumque est Sacerdoti vnicam tantum dicere, vel cantare, videlicet aut primam, aut secundam, vel tertiam. Viguer. *de Sacram. Euchar. nu. 165.* Galett. *V. Missa.* Zambell. *eod. V. num. 24.* Dummodo in Ecclesia Collegiata omnes tres per Canonicum, vel Canonicos suis temporibus in Altari decantentur. Monet. *de distribut. par. 5. quæst. 10. num. 5.* Quæ omnes sunt Conuentuales. Illi Celebrantes priuatè, vel solemniter primam Missam, ac secundā Missā, quamuis in his non sumant ablutionem, dicant iuxta morē, *Quod ore, &c. Corpus tuum, &c.* Ita monet Gauan. *In com. ad rubr. Miss. par. 4. tit. 3. n. 2.* Atque digitos quibus hostiam tangunt, abluant, in aliquo vase mundo, non vt plerique faciunt, in Missæ Calice, qui nec est mundandus Purificatorio cum minimè sit destinatum ad abstergendas species consecratas, sed tantummodo Calicem post vinis purificationem, quæ solum in vltima ex tribus Missis fit primum vino, vt potè magis aspersiuo quàm aqua, qua postea abluuntur digiti ad remouendum vini odorem, vt inquit Sot. *in 4. d. 13. q. 2. art. 5.* Occurrente, quod Sacerdos Calicis ablutionem in prima Missa inopinatò percipiat, non poterit eadem die aliud sacrum facere, quia non est amplius ieiunius. *cap. Ex parte tit. de celebr. miss.* Host. ibidem, vbi dicit se vidisse quosdam in hoc errare, putantes huiusmodi ablutionem non impedire cœteras eiusdem solemnitatis celebrationes.

36 Istud quoque adnotandum duxi, quod si quis ante Missam cibum degustatum continuo expueret, vel lauando os paululū aquæ præter intentionem deglutiret, vel aliud modicum casu traijceret, non propterea impeditur à Missæ ipsius diei celebratione, quia hoc euentu ieiunium naturale non soluitur, prout asseuerant Card. Bellarm. *l. 1. de miss.* Val. *par. disp. 6. q. 8. pun. 3.* Castr. Pal. *par. 4. tit. de Euch. tr. 21. d. vnic. pun. 12. nu. vlt.* Vidal. *l. c. tit. de SS. Sacram. inq. 3. nu. 19.* Marchan. vbi supra de Miss. *q. 2. d. 2.* Laym. *in comp. V. Eucharistia.* Sylu. *eod. V. nu. 8.* Pasqual. *dec. 32.* & Vinal. *in cand. aur. p. 1. eod. 1. 2.* Omnes, & singuli Præsbyteri, ex vi Sacerdotij saltem

37 ter in anno in solemnioribus diebus hoc sacrificium Deo offerre tenentur, id quòd absque legitima causa prætermittentes mortiferam culpam contrahere ex 1. Corin. *cap. 11.* valdè probabiliter autumant D. Thom. *in 4. dist. 13. q. 1. ar. 2.* Sot. ibid. *q. 2. art. eod.* Fernād. *l. c. cap. 5. § 6.* Busemb. *in med. Theol. lib. 6. cap. 3. d. 1. q. 1.* & alii apud Zip. *lib. 3. tit. de celebr. Miss. nu. 1.*

Parochialium

Parochialium Ecclesiarum Rectores sub lethali crimine obligātur celebrare diebus Festis de præcepto. Cappellani iuxta onus in fundatione Cappellaniæ iniūctum. Canonici verò in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis tenentur quotidiè Missam decantare,
18 *cap. Cum creatura de celebr. Miss.* excepta feria sexta sāctioris hebdomadæ, qua die (quoniam Ecclesia recolit Domini Sacrificium cruentum) prohibet fieri incruentum, *cap. Sabato de consecr. dist.* 3 Molphes. *l. c. cap.* 10. *nu.* 33. In die Sabati Sancti, de iure antiquo nullum fiebat Sacrum in quibusuis Ecclesijs, nisi post Occasum Solis ante mediam noctem, atque eadem die à fidelibus ieiunabatur vsque ad solemniter celebratam Missam in memoriam Dominicæ sepulturæ. Card. Turrecr. *sup. d. cap. Sabato.* Sot. *in* 4. *dist.* 13. *q.* 2. *ar.* 2. Nau. *in Man. cap.* 25. *nu.* 88. Azor. *p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *q.* 5. Qui mos adhuc in certis locis retinetur, teste Tol. *l. c. cap.* 3. *in fin.* At totius Italiæ consuetudo huiusmodi solemne sacrum traxit ad meridiem, quam recepit pia Mater Ecclesia occasione humanæ imbecillitatis, quæ modò ad epulas festinans redditur impatiens tanti ieiunij, vt dicunt DD. mox cit. voluit tamen huius veritatis memoria in eadē Missa, ut prius, decātari: *Deus qui hanc Sacratissi-*
19 *noctem, &c.* Nunquid verò ipsa die Sabati licitum sit modò Missas planas dicere, dissonant DD. Alij absolutè negant, alij penitus concedunt, maximè post intonatum *Gloria in excelsis* ad Missam solemnem, alij quibus semper adhæsi, cum sequenti distinctione procedunt; Aut mos est in loco Missas planas eo die celebrare, aut non; si adsit solitum, non erit dubium licere sacrum facere, si verò vigeat consuetudo non celebrandi nisi vnicam solemnem Missam, non erit licitum aliud Sacrificium offerre, si non occurrat sacrificare ex aliqua rationabili causa, ita docent Castr. Pal. *p.* 4. *tr.* 22. *d. vnic. p.* 7. Filliuc. *tom.* 1. *tr.* 5. *cap.* 4. *nu.* 107. Molphes. vbi supra *tr.* 3. *cap.* 10. *nu.* 42. *par.* 1. Rub. *in Aphor. Episc. V. Missa nu.* 1. Trullen. *de Sacram. lib.* 3. *cap.* 8. *dub.* 9. *nu.* 10. & Dec. *lib.* 3. *cap.* 8. *d.* 6. & alii apud Fragos. *tom.* 2. *lib.* 10. *d.* 21. § 7. *nu.* 17. Qui consentiunt iustam causam indicandam esse, si ipsa die incidat Festū Annunciationis B.M.V. vt totus Populus valeat præcepto audiēdi sacrum comodè satisfacere, idem docet Facundez *l. c. lib.* 3. *cap.* 16. *in fin.* Erit etiam iusta causa post Missam solemnem de Sabato Sancto decantare Missam funebrem præsente & insepulto aliquo Cadauere, ubi solitum est sepellire Mortuos cum Missa in die depositionis. Ita de mente S. Cong. Gauan. *in com. ad rubr. Miss. par.* 1. *tit.* 5. *nu.* 2. Possent in medium afferri & aliæ causæ, quibus licet supradicta die sacrificare, sed de consensu Episcopi est faciendum

ciendum

ciendum, quando ad eum datur comodus recursus, vt exponunt præcitati DD. quicquid asseuerent alij, huiusmodi licentiam non esse necessariam, hac ratione moti, si id esset Pontificia Constitutione interdictum, vtique non posset Episcopus super hoc dispensare; quibus respondeo: Dato, quod non prohibeatur à iure in Sabato Sanctæ Missę celebratio, adhuc in casu nostro requiritur talis facultas, ratione insinuatæ consuetudinis, vbi inualuit. Sylu. *in sum. V: Consuetudo nu.* 11. Bonac. *de leg. cap.* 1. *q.* 1. *pun. vlt.* §. 3. *nu.* 5. & in his terminis Barb. *super d. cap. Sabato*, & modernè Gesual. *in oper. mor. par:* 1. *de Sacrif. Miss. tit:* 15. *nu:* 12. Et Episcopi interest videre, an expediat licentiam immolandi concedere, non est enim cur vnus consuetudinem non seruet, non est cur alios offendat, non est cur dissentiat ab aliis. Vt his formalibus verbis ait Azor. *l. c. cap.* 24. *q.* 4. Ego cum Guttier. *l. c. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 36. excusarem à culpa, qui secreto in remota Cappella celebraret.

Insuper scribentes super hac materia discrepant, qualis Missa sit priuatim dicenda, incidente Annunciationis Festo in Sabatū Sanctum. Quidam putarunt celebrandam esse Missam Sabati incipiendo à Prophetijs, & Litanijs, prout in Missa solemni, qui non sunt audiendi, quoniam Prophetiæ, ac Litaniæ non sunt pars Missæ priuatæ, nec ad eam pertinent, vt tradunt Eminentiss. Lugo *de Sacram. Euch d.* 20. *sect.* 1. *nu.* 21. & Busemb. *l. c. tr.* 3. *d.* 3. *resp:* 2. Alij opinati sunt, recitandam esse Missam Sabati exclusis Prophetijs, & Letanijs, addito introitu sequentis diei Resurrectionis, ita cum alii tenet Ghilin. *V. missæ celebratio nu.* 32. Quorum opinio non satisfacit, namque si Ecclesia voluisset introitum in hac Missa, ipsum posuisset in Missali, prout egit in Missis priuatis Peruigilij Pentecostes. Minus placet, quod dicunt Trullen. *in Decal. lib.* 1. *d.* 6. *nu. vlt.* & alij penes Barb. *de off: & pot. Paroch. cap.* 11. *nu.* 45. celebrari Missam Annunciationis ea die occurrentis: & moueor, quia ab Ecclesia in aliud tempus transfertur. Nec vllatenus consentio aientibus, dicendam esse Missam votiuam de B. Virgine; quoniam tota hebdomada maiori prohibentur Missæ votiuæ, vt patet ex rubricis Missalis, & Decretis S.R.C. Libentissimè verò adhereo sentientibus Missas priuatas eiusdem Sabbati incipiendas esse à confessione sequendo statim, *Kyrie eleison, &c.* vna cum Vesperis, quæ ipsa die sunt pars Missæ solemnis, vel priuatæ. Dian. *par.* 11. *tract.* 8. *ref.* 66. & alij.

Die Iouis hebdomadæ magnæ, quæ sic nuncupatur, quoniam magnalia in ea effecta sunt, caueat quiuis Sacerdos à celebrandis Missis planis post Officium solemne eiusdem feriæ, quia tunc in

Vesperis incipit Officium Veneris Sancti, in quo Ecclesia Sponsa Christo Salvatore viduata, ut mæstitiam temporis ostendat, à Missis celebrandis cessat, ut observant Auers. ubi supra *sect.* 14. Castr. Pal. *l.c. d. unic. p.* 7. *nu.* 5. Mane autem eiusdem Iouis usque ad sacrum maius Missa peculiaris ab omnibus potest, absq. alia licentia celebrari, quia nullus Canon, aut Pontificia Constitutio, nullaq. Ecclesiæ traditio id prohibent, prout aduertunt Sot. *in* 4. *dist.* 13 *quæst.* 2. *art.* 2. Nau. *in man. cap.* 25 *nu.* 88. Laym. *lib.* 5. *tr.* 5. *cap.* 4. *nu.* 9. Lezan. *l.c. cap.* 11. *nu.* 18. Aluar. ubi supra *nu.* 11. Em. Lugo *l. c. disp.* 20. *nu.* 20. Nec obstat quorundam consuetudo eadie priuatim non immolantium, nam viri docti absq. ullo scrupulo celebrant, veluti se Romæ fecisse tradunt Pinell. *de miss. cap.* 10. Dian. *par.* 6. *loc. cit. res.* 19. & Florentiæ, ac alibi Marchin. *de Sacr. Ord. tr.* 3. *p.* 3. *cap.* 8. *nu.* 1. quibus fauent Gutier. *can. QQ. lib.* 1. *cap.* 30. *nu.* 36. Filiuc. *tom.* 1. *tr.* 5. *cap.* 4. *nu.* 105. Suarez *to.* 3. *d.* 80. *sect.* 3. Barb. *de off. & pot. Paroc. cap.* 89. Maximè si sacrū fiat absque pulsatione Campanarum, ubi moribus vtētium fuit introductum. Aluar. ubi supra, & Peyrin. *to.* 2. *constit. unic. n.* 25. Nec huic libertati celebrandi refragatur quoddam S. C. Decretum, quod vidi descriptum in Calendario Romano disponens Sacram Cōmunionem præfata die ab omnibus Presbyteris esse percipiendam per manus Primarij Sacerdotis illius Ecclesiæ, cui inseruiūt, quia non est usu receptum in Ecclesijs Secularibus, ut testatur Diana *loc. prox. cit. S. non desinam, & in sum. V. Sacerdos n.* 3. Laudabilius tamen, & congruētius semper dixi, ut singuli Sacerdotes illius Ecclesiæ insinuata die ibi non celebrant, sed Sacro Christi Corpore per manus decantantis Missam reficiantur ad recolendam memoriam Domini Nostri, qui feria V. in ultima Cœna seipsum, & suos Apostolos communicauit. Ita Bellarm. & Auuers. *l. c.* Gutier. *l. c. cap.* 30. *num.* 36. Adde, quod si plura sacra ea die publicè fiant, concurrunt permulti, & audita Missa se transferunt ad negotia profana, & sic sacrum solemne, Processio, & reseruatio Sanctissimi Sacramenti Populi frequentia, & deuotione priuantur, ut considerat Francol. *de hor. can. cap.* 30. *nu.* 4.

41 Memorata Missa solemnis in Cathedralibus, prout aliæ Festorum solemniorum, de quibus infra, necnon delatio SS. Sacramenti, benedictiones Candelarum, Palmarum, sacri Fontis, dicuntur functiones Episcopales, & pertinent ad Episcopum, quo absente, vel impedito, ad digniorem de Capitulo, non ad Hebdomadarium Hurtad. *p.* 1. *tr.* 2. *cap.* 6. *res.* 21. *nu.* 23. & resolutum fuit à Rot. Rom. apud Pasqual *cent.* 2. *q.* 191. *n.* 7. In Collegiatis Episcopo subiectis,

quarum

quarum cum diuersa sint genera, diuersimodè seruatur de iure circa earundem functionum dispositionem. Sciendum, quod in Collegiata, vbi non exercetur Cura Animarum, quia Capiti in ordine excellentiora conueniunt. Oldrad *cons.* 204. *nu.* 3. Missa solemnis Iouis Sancti per eum decantatur, & inter Missam Sacra Communione reficiuntur Canonici, & alij de Clero eidem Collegiatæ ad dicti, pro quorum vsu tantum benedicuntur ab ipso Candelæ in die Purificationis, & Palmæ in Dominica Palmarũ. Barb. *in Collect. Bull. V. Collegiata.* Non enim decet Canonicos, & eiusdẽ Ecclesiæ Cappellanos propriam deserere Ecclesiam; & ideò ibi fit sepulcrum, & continuò asseruatur Sacra Synaxis pro adoratione, de licentia tamen Episcopi. Vgol. *l. c. p.* 1. *cap.* 18. *nu.* 4. Intellige, nisi Ecclesia fuerit exempta, vt aduertit Dian. *p.* 11. *tr.* 2. *ref.* 51. In Collegiatis verò Parochialibus, prout regulariter esse solent Collegiatæ sæculares. *cap. Cum ab Ecclesiarum de off. ord.* Gabr. *cons.* 190. *nu.* 7. Roman. *cons.* 325. *nu.* 3. Viuian *l. c. lib.* 10. *cap.* 1. *nu.* 62. Quoniam Animarum cura penes totum Capitulum residet, & Caput non existit vt Parochus iuxta theoricam. Bald. *cons.* 74. *num.* 4. *lib.* 4. nisi cumulatiuè cum cœteris Canonicis, ut considerãt Mart. *vot.* 187. *nu.* 6. Merl. *dec.* 257. *nu.* 1. *tom.* 1. Rot. *par.* 3. *rec. dec.* 37. *nu.* 1. Ad Canonicum hebdomadarium spectat SS. Sacramentum in Processionibus deferre, Candelas, Palmas, & Aquam sacri Fontis in die Sabbati Sancti benedicere, quascunque Missas cantare, etiam in diebus solemnibus Paschatis, & Cœnæ Domini, ac intra huiusmodi Missam Canonicos, Magistratum, & cœteros de Clero communicare, vt habetur *lib.* 1. *cap.* 6. *& lib.* 2. *cap.* 30. *in Cærem. Episc.* quod supponit Collegiatam esse curatam de iure naturę, & in his Collegiatis Canonico Sacrista competit cura, vt tabernaculum Sanctiss. obseretur fidis clauibus, penes se conseruandis, nec non cura Fontis Baptismalis, & Sacrorum Oleorum, & aliarum rerum, vt videre est in eod. cærem. *lib.* 1. *cap.* 6.

42 De consuetudine tamen in his Ecclesiis prima Dignitas, & caput, cantat Missas in diebus solemnioribus, & præsertim in feria V. sanctioris hebdomadæ, quæ consuetudo est satis rationabilis, qua seclusa, etiam si Ministerium curæ Animarum à Capitulo alicui Personæ de Capitulo, aut extraneæ esset commissum, vt licitè fieri potest ad tradita per Abb. *in cap. Proposuisti in fin. de præb.* & Grat. *discept. for. cap.* 865. *num.* 36. Adhuc antedictæ functiones ad hebdomadarium pertinent, & funeralia ad Capitulum. Ratio est, qui ille deputatus exercet curam nomine Capituli, penes, quod semper remanet cura habitualis. Lotther. *l. c. lib.* 1. *cap.* 20. *nu.* 126

Rot. iur. Paroch. 1651. Quod si aliqua Ecclesia simplex Parochialis à Sum. Pontifice fuerit in Collegiatam erecta cum aliquibus Canonicis, Plebano ipsius Ecclesiæ cum omissione illius nominis creato, prima dignitate, & Capite, eidemq. relictis, redditibus, & prouentibus illius Ecclesiæ, necnon cura Animarũ, vt prius quòd ritè fit, nam vnus status non est contrarius alteri. cap Statutũ de elect. in 6 Fely. in cap. in nostra cod. tit. tunc funeralia, oblationes, & alia ratione curæ prouenientia, & dd. functiones Parochiales ad dictam Dignitatem competunt, vt ante Collegiatæ erectionem, & simul custodia Sacrorum Oleorum, Sacrosanctæ Eucharistiæ, ac retentio clauis Ciborij. cap. Sanè de celebr. Miss. Clem. 1. §. sanè tit. de hæret. Post: obseru. 22. nu. 5. & ex parte Polac l.c. carem. 5 Item ius libere exponendi in eadem Collegiata Parochiali Sanctissimũ

43 Sacramentum. Sylu. V Parochia. Vgol. l.c. cap: 18. nu 4. & in Oratorijs suæ Parochiæ de licentia Episcopi. Marchin. de Sacram. Ord. p. 3. tr. 3. cap. 8: nu. 6. Nouar. in lucer. Reg. V. Eucharistia num: 3. & Ricciul. in lucub. Eccles. lib. 4. cap. 6. Et quia est Pastor; cuius proprium est pascere Gregem sibi commissum, idq. fit per Sacramenta. cap. Peruenit de consecr. d. 2. D. Thom. l.c. q. 82. art. 3. Ad eumdem vti Pastorem pertinet Eucharisticum Panem suis Parochianis ministrare in Ecclesia, & extra Suarez l. c. d. 72. q. 1. Nau. l.c. c. 21: nu. 52. Et quicunque alij Sacerdotes, exceptis Regularibus, absq. ipsius Curati expressa, vel saltem præsumpta licentia, Laicos communicantes, etiam intra Missam, alienum Officium, & iurisdictionem inuadunt, & peccant mortaliter, vt docent Coninck de Sacram. tom. 1. q. 82. art. 3. nu. 28. Medin: in sum. lib. 1. cap. 14. §. 42. Em. Sà V. Eucharistia nu. 14. Corrad. 2 p. q. 237. Tol. l.c. cap 28. nu. 2. Busemb. vbi supra lib. 6. tr. 3. cap. 2. num 1. Em. Lago l.c. disp. 18. sect. 2. nu. 37. Quibus de iure consistentibus, cum intra sacrum solemne Iouis Sancti in Collegiatis Parochialibus distribuenda sit Sacratissima Hostia Canonicis, Cappellanis, Clericis, necnon Laicis Missæ adstantibus, vt ordinatur in cœrem. & Missali reformatis, consequitur huiusmodi Missam maiorem peragendam ab eo, cuius Præbẽdæ est adiuncta cura Animarum, nam vnum connexorum habens, & reliquum habere debet. glos. in cap. Quia sępè de præb. in 6. quod de vno connexorũ statuitur ad aliud. connexum extenditur Rot. part. 3 diuers. decis. 160. nu. 5. Viuian: in cap. Translato nu. 2. de const.

Non idem sequitur de Missis conuentualibus, quibus præmittitur aliæ functiones Parochiales, vt potè benedictiones Fontis, Cãdelarum, Palmarum, ac delatio Sanctissimi Sacramenti in Festo

Corporis

Corporis Christi, siquidem istæ Missæ cantantur per hebdomadarium, & per eum, cuius Prebendæ est annexa perpetuo cura Animarum fiunt dictę functiones Parochiales. Quæ connexæ nō sunt memoratis Missis, possunt benè ab eis diuidi, quod nō potest fieri absq. violatione rubricarū de memorata communione, quæ mandatur distribui à celebrante intra Missam solemnem Iouis Sancti; Quamobrem dixi huiusmodi Missam, & dictas functiones spectare ad huius Collegiatæ primam Dignitatem, ipsamq. posse alteri de Capitulo eas delegare, cum sint iura Parochialia, & sibi soli in erectione Collegiatæ fuerit à Sum. Pont. impositum onera, & officia Parochialia sufferre; Hinc eidem competit non solum honor benedicendi, & distribuendi Candelas in die Purificationis, sed & onus de his proprio ære prouidēdi, prout quiuis Parochus tenetur, & Episcopus in actu Visitationis debet inquirere, an huic oneri satisfiat. Gauan. *in Prax. Visitationis* s. 11. Et quamuis de his cęreis in hac Ecclesia à Consulibus Vniuersitatis communi bursa prouideatur, id euenit ex laudo inito cum olim Plebano, qui idcirco exemit Communitatem à sibi persoluendis certis consuetis decimis, quas tribuere quot annis erat obnoxia: vt vidi in libris antiquis ipsius Ecclesiæ. Ad hæc sciendum, in *Cærem. Episc. p. 2.*
44 *cap. 24* & in Missali suo loco ordinari pedum ablutionem, quam minimè ommittendam statuit Conc Biterren. sub Innoc. III. *cap. 18.* atq. in Toletan. sub excommunicationis pœna precipitur Episcopis, & omnibus Ecclesiarum Præpositis, vt eam nō prætermittant. ita Brancat. *l. c. V. Ablutio.*

In Cathedralibus Episcopo impedito, vel absente huiusmodi functio spectat ad primam Dignitatem, quæ si fuerit impedita, ad secundum, vel antiquiorem Canonicum, ita S Congr, apud Barb. *de iur. Eccl. vniu. lib. 1. cap 21. nu. 98.* Intellige, si prima Dignitas fuerit Sacerdotio insignita; nec obstat dicere hanc pedum lotionē ex se sacrum Ordinem non requirere, sicque à Monialibus, & à Laicis in Confraternitatibus exerceri. quia iuxta rubricas Missalis, quę ex cœrem. *l. c. in fin.* absente Episcopo in Ecclesijs Collegiatis, Parochialibus, & Regularibus Virorum seruandę sunt, necessum est, vt qui hanc functionem exequitur, sit Sacerdos, vt pluribus comprobat Quintanaduen. *singul. tr. 7. sing. 42. nu. 3.* In Ecclesijs Collegiatis hæc pedum ablutio semper fieri debet à Superiore ipsius Ecclesiæ, etiamsi non sit Animarum curator; & Superior hoc loco accipitur, qui cęteros præcedit in Choro. ita Rebuff. quem citat, & sequitur Quintanad. *l. c. sing. vlt. nu 1.*

Sufficiant, hæc de pedum ablutione, quæ in multis Collegiatis

sæcularibus.

sęcularibus immeritò prætermittitur, cum in ea fiat repręsētatio maximæ humilitatis, non excusantur Præpositi allegātes labores illius mane diei, & horam tardam, qua explentur eiusdem diei vespere, post quæ præscribitur dicta pedum, lotio etenim licitè fieri potest á prandio, ut innuit cœrem. loc. prox. cit.

Non est silentio obuoluendum, quod Superioribus annis vacauerit antedicta prima Dignitas huius Collegiatæ, propter quod vigilantissimus Episcopus statim ad formam Sac. Conc. Trid. in ipsius Ecclesiæ Vicarium, & æconomum me eiusdem Ecclesiæ Canonicum cum plena administratione in temporalibus, & spiritualibus, ac solitis oneribus, & honoribus deputauit. vt *7. quæst. 1. cap. 1.* Et non multò post á quibusdam Canonicis mota fuit dubitatio, num antedictæ Parochiales functiones deputato Vicario, aut Canonico hebdomadario competerent, & re vera mihi non videbatur hæsitandum, Missam solemnem feriæ V. in Cœna Dñi, Sanctissimi delationes, Fontis Baptismalis, Candelarum, & Palmarum benedictiones, ac distributiones spectare non ad hebdomadarium, sed ad Vicarium Canonicum in locum prædefuncti Abbatis, quo ad curam Animarum vt supra deputatum, etenim si ei, non vti primę Dignitati, sed vti Parocho prædictę functiones competebant, vt superius demonstrauimus, & fuit in Praxi seruatum, non sunt denegandæ Canonico Vicario, qui in eius locum quo ad Officia, & onera Parochialia sufficitur; cum assumat naturam eius pro quo subrogatur; tam actiuè, quam passiuè. Zacch. de *de salar. & merced. q. 43. num. 2* Card. Turrect. *in cap. Præcipimus dist. 93.* Barbat. *cons. 2. col. fin.* Daoyz *V. honor. nu. 4.* Rub. *in Aphor: Episc. V Vicarius nu. 15.* Quæ corroborantur ex intercapedine, quā ponunt Canonistæ inter delegatum à Parocho ob eius infirmitatem, vel absentiam, & Vicarium ab Episcopo deputatum in vim dispositionis Conciliaris, quandoquidem ille non retinet omnes
45 prærogatiuas, & honorantias velutì suus principalis, quia personam delegantis rapræsentat sine vllo officio. Bald. in *l. 1. §. 2. ff. de leg. 3.* & fauet *l. Vicarius ff. de delegat:* & huic non debetur quarta funeralium. vt notat Bordon. *cons. reg. par. 2. res. 51 nu. 47.*

At verò iste Vicarius ęconomus, tametsi vice alterius fungatur est tamen sub ratione officij, & tituli Vicariatus, eique debetur insinuata quarta Ita Host. & Io. And. *in cap. Relatum de sepult.* Et donec Ecclesia suo Pastore orbata maneat, retinet officium eius, in cuius locum à lege fuit subrogatus, non iure alieno, sed proprio in se radicato, atq. iure subintrat cum ijsdem priuilegijs iuribus, honoribus, & oneribus, *l si cum §. qui iniuriarum, ibi glos. V. danda ff. de*

ff. si quis, Gabr. *de reg. iur. concl.* 2. Rot. *p:* 1. *recent. decis* 48. *nu:* 12. Fran. Marc. *decis.* 421. *nu.* 4. *par.* 1. Sylu *in sum. V. Vicarius. nu.* 5: Manriq. *de praeced. q.* 1. *nu.* 28. Abb. & Dec. *super cap: Sanè nu.* 2. *de off. deleg.* Fely: *in cap. Olim el* 2. *eod. tit.* Grat *discept. for. cap.* 111. *nu.* 4. & 62, *cum seq.* Seraph. *dec.* 1080. *p.* 2. & sequitur Pegn. *ad* 3. *par. Direct. Inquis. com.* 53. vbi refert hanc doctrinam etiam de cõsuetudine seruari. Accedit, quod iurisdictio concessa à lege est ordinaria: glos. & DD. *in cap. Romana de appell. in* 6. Monet. *de Commut. l. c. cap.* 5. *nu.* 472. & proindè Canonicus Vicarius, suffectus vigore iuris Conciliaris, dicitur habere iurisdictionem ordinariã. *cap. A iudicibus* 2. *q.* 6. *V. Ordinarij.* Pasqual *cent.* 1. *quaest.* 97. *nu.* 4. & sic ei competunt functiones Parochiales superius enarratae. Fuit insuper dubitandi ansa, per quem deferendae sint in Processionibus Reliquiae Sanctorum existentes sub cura, & Custodia Capituli. Quod dubium fuit resolutum à S.R.C. in vna Camaioris Lucanae Dioecesis sub die 22. Martij 1653. vt infra, videlicet
46 dictas Reliquias ferendas esse non per eum cuius Praebendae cura Animarum omninò incumbit, sed per Canonicum faciẽtem hebdomadam; Similiter si vrgenti causa contingerit Processionaliter deferri per Ciuitatem aliquam Reliquiam desumptam ex aliqua Ecclesia Regulari, & ad eundem locum reportetur, Priori dictae Ecclesiae competit Reliquiae delatio, & Fratres debent in Processione praecedere caeteros Regulares, sed digniorem locum cedere, Canonicis, & Clero saeculari. Ita declarauit S.R.C. 23. Ianuar. relatore Ricciul. *p.* 4. *cap.* 42. *nu:* 17. & notandum Reliquiam sancti etiam in die propria festi non posse adorandam exponi in medio Altaris ante Sacramentum, vel Crucem; ratio redditur à Bordon. *p.* 2. *res.* 64 *nu.* 10. De modo seruando in delationibus Reliquiarũ
47 percurrite Archiepisc. Bonon lib. 4. fol. 301. & Castald: *l. c. lib.* 2. *sect.* 10. *cap.* 1. *n:* 16. Et prosequendo nostrũ institutũ oportet aduertere, quod veluti omnia tẽpus habent *Eccles. cap.* 3. Ita Missis celebrandis suum assignatum est tempus, tam Solemnibus, quam priuatis, de quo antequam tractemus, vt melius dicenda percipiantur, sciendum est, Missae solemnis varia esse nomina, dicitur Missa magna, maior, cantata, publica, communis, Canonica generalis, principalis Popularis conuentualis, Capitularis, & Missa diei, siue Tertiae, quae semper cum cantu celebratur.

Missa conuentualis propriè appellatur solemnis, dum diebus Festis cantatur cum Diacono, & Subdiacono paratis, & Clericis ad Altare inseruientibus, & in Choro Canonicis respondentibus, ut ostendit Suarez *tom.* 3. *q:* 83. *d.* 88. *art.* 6. *sect.* 1. In ea fit Altaris incensatio

incensatio, præbetur osculum pacis, ac paratur Credentia, cooperti velo ad Sacrum necessariis super ea collocatis. & licet diebus ferialibus cum tanto apparatu non celebretur, nihilominus Missa de die potest dici solemnis, si in ea inseruiant Diaconus, & Subdiaconus, prout colligitur ex rubrica Missalis *tit.* 5. ibi, in Missa solemni quatuor temporum dicitur à Diacono *Flectamus genua*; Quæ verò de die decantatur sine Diacono, & Subdiacono ipsorum penuria Missa minus solemnis nuncupatur. vt notat Arnard. in Epit. *par.* 2. *tit.* 2. *n.* 16. Quo euentu Epistola canitur à Clerico Superpelliceo induto in ordine Lectoratus constituto. Io: an Campistr. *in cap. Vt quisque nu.* 2. *de vit. & hon. Cler.* & Euangeliũ cantatur à celebrante, *cap. Lector dist.* 23.

Huiusmodi Missa, iuxta morem Ecclesiæ Collegiatæ, vel Cathedralis in diebus profestis cantari potest absque Diacono, & Subdiacono, esto hi comodè haberi queant; ita declarauit Sacr. Cong. apud Barb. *collect.* 479. *nu.* 6. Excipè dies feriales Quadragesimæ, in quibus vbi sunt Cappellani de mensa, Episcopus cogere potest Canonicos, vt cantari faciant Missam Capitularem per Cappellanos cum Diacono, & Subdiacono. ita censuit S. C. teste Gauan. *in Man. V. Missa conu. nu.* 4.

Priscis temporibus minor erat numerus Sacerdotum, & maior fidelium deuotio, & omnes tam Clerici, quam Laici ad Missam conuentualem conueniebant, atque nullus Sacerdos priuatè celebrabat, nisi terminata Missa cantata. Durand *de Diu. Off lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 20. & facit *cap: Ad hæc de consecr.* Hinc Oratio Missæ nũcupatur collecta, quia funditur pro Populo in vnum collecto. Pinell. *l. c. cap.* 15. *d.* 6. Tempus congruum cantandi in Collegiatis
49 Missam de die tam solemnem, quàm minus solemnem assignatur, vt infra. In Dominicis, & Festis diebus post Tertiá; in profestis, & ferijs per annum post Sextam; in Quadragesima, quatuor Tẽporibus, & Vigilijs, quæ ieiunantur post Nonam. D. Antonin. *in sum. p.* 3. *tit.* 13. *cap.* 6. § 4. BoicK *in cap. Præsbyter num.* 7. *de celebr. Miss.* & constat ex rubr. Miss. Sac. Congr. penes Nicol. in Flor. *V. Missa nu.* 6. censuit esse in Æstate hora 14. in Hyeme 17 pulsata. In diebus Aduentus Missa conuentualis celebratur post Nonam, etiam si sint dies Festiui, Ratio est, quia olim, excepta Dominica, singulis diebus Aduentus obseruabatur ieiunium velùti in Quadragesima. ita Host. *in sum. tit: de obser. ieiun. §. quotuplex nu.* 4. & Bellarm: *de bon. oper. lib.* 2. *cap.* 20. Excipitur à prædicta regula Missa Natiuitatis D N. quæ in Collegiatis canitur nocte, statim post medium silentium, secunda Missa post primam horam Canonicam

nonicam diei,& tertia post horam tertiam. *ita rubr. Miss.* ubi Gauan. Sed vt melius agnoscatur tempus oportunum Missæ Capitularis, non ignorandum est, diem aliquando sumi pro naturali, aliquando pro artificiali; Naturalis incipit á prima noctis hora, & 50
durat vsq. ad Occasum proximè Orientis Solis, continetq. 24. horas æquales, ac diuiditur in duas partes, videlicet, á Vespere vsque ad mane,& á mane vsq. ad Vesperam, iuxta illud Genes. cap. 5. *Factum est Vespere, & mane dies vnus.* Artificialis incipit á Solis Ortu,& terminatur in Occasu, ac continet duodecim horas inæquales Pariformiter non artificialis,quæ initium sumit ab Occidēte Sole, & finit eo Oriente continet duodecim horas inæquales. Die,ac nocte sic distributis necessariò eueniebat, vt in æstate horæ diei essent longiores, quám horæ noctis,& è conuerso horę nocturnæ,quàm diurnæ in hyeme. vt latè ostendit Card. Bellarm. *in tract. de bon.oper. lib.1. cap.11. lit P.* Huiuscemodi horas tempore, quo in terris cum hominibus conuersatus est Iesus Christus, fuisse in vsu apud Hebræos, satis probat Bonacurs. super Passione, quæ legitur in Dominica Palmarum, cum ipse Christus apud Io. *cap. 11.* dixerit, *Nonne duodecim sunt horæ diei?* & *Matth.cap.20.* fit mentio horarum, Primæ, Tertiæ, Sextæ,ac Nonæ. item Iohan.cap.1. horę decimæ, & cap.4. horæ septimæ: Atq. *in Act. Apost. cap.2.* legitur Spiritum Sanctum apparuisse hora tertia diei, qui non incipiebat, sed complebatur modo insinuato,& ideò ibi dicitur, *Cum complerentur dies Pentecostes,&c.* hoc est secunda pars diei hora tertia ab ortu Solis. ita explicat Card.Caiet. *super d. cap.20. Act. Apost.* Apud Iudęos in maxima erāt veneratione horæ Tertia,Sexta,& Nona, qui mos receptus fuit á Catholicis, maximè ob Mysterium, quia hora tertia Christus Crucifixus est linguis Iudæorum clamantium *Crucifige*; in quem sensum accipiendus est D. Marc. sui Euang. *cap.4.* dicens; *Erat hora tertia,*& Crucifixerunt eum Sexta,qui eo tempore fuit in Cruce sublatus. Io.cap.19. Nona,quia tunc magna voce clamans in Cruce expirauit. Matth.*cap.27.*& notat Sot. *in 4.dist.13.q.2. art.2.* Vt fideles magis præparati accederent ad audiendam Missam publicam olim differebatur ad horam tertiam, sic religiosè acceptam comprehendens tres horas vsuales post Orientem Solem,ut innuimus,& obseruant Raguc. *de Off.Cani in Chor.quæst.18. nu.13*, Couar. *var. resol. lib.4. cap.20. nu.14.* Omnesq; ob reuerentiam ieiuni conueniebant. Francol. *de hor: can. cap. 38. in princ.* Nec ad præsens congruum est á cibo Missam publicām aut priuatam auscultare, & contrafacientes absq. causa non eximuntur á leui culpa. ita D.Bernardin. *serm.37. tom:3. p.3. in fin.* &

 sequitur

sequitur Homob. *in suis consult. par. 3. resp. 64.* Illius æui cursu fideles de Missa progrediebantur ad Mensam corporalem, & extra dies ieiuniorum prandium fiebat in meridie; quamobrem diebus pro Festis, hoc est, procul à Festis Missa principalis celebrabatur hora sexta, quæ loquendo more nostro, est decimaoctaua, *cap. Solet de consecr. dist. 1.* Bonacurs. *loc. mox. cit.*

51 Dominicis autem, ac Festis de præcepto, citius Sacrum maius fiebat, quoniam his diebus post cantatum Euangelium habebatur concio ad Populum, & sic necessè erat Missæ Sacrificium anticipare, vt quiuis iuxta morem post verbi Dei prædicationem, & totâ Missa auditam posset ad prandium accedere. In Vigilijs, & diebus ieiuniorum ad horam Nonam protrahebatur huiusmodi Sacrũ, quo terminato, & non prius teste Mirand. *in man. Prælat quæst. 41. art. 12.* fiebat corporum refectio, quæ illis diebus vnica tantũ erat. Card. Tolet. *sup. Instr. lib. 6. cap. 2.* & Victorell. *in addit. ibid.* Neque collatio serotina, quæ modò ob præscriptam consuetudinem absolutè sumitur, tunc temporis permittebatur, nisi necessitatis causa. D. Thom. 22. *q. 147. art. 7. ad 2.* Tabien: *V. ieiunium.* Nau: *lib. 3. cons. 7. nu. 4. de celebr. miss.* Sed quia hodie prandium in diebus ieiuniorum fit in meridie, incipiendo diem ab ortu Solis vsq. ad Occasum, simul translata est hora Missæ solemnis, & celebratur hora ante meridiem, & alijs diebus paulò ante. Vndè tempus, quod olim obseruabatur in cantandis Missis publicis, recessit ab vsu, vt post alios notat Victor. *in sum. tit. de Eucharist. conclus. 95. & 97.* & remansit duntaxat quo ad horam Canonicam Officij. Veruntamen Missa principalis tempore præfixo in Ecclesijs Collegiatis decantanda est, maximè diebus Festis, vt Populus Missæ assistere commodè valeat: & consuetudo introduxit, vt Dominicis, & Festis, licet non fiat concio, Missa cantata celebretur tardius, quàm diebus ferialibus, & ieiuniorum, vt notat Angel. *V. Missa 5. 41.* Si Populus huiusmodi Missæ Festiuæ solitus sit conuenire, vt magnopere decet; ac interdum ob terræ frigiditatem, pluuiam, vel aliam causam serius pergat ad Ecclesiam, eo casu præstat potius differre cantum horæ Tertiæ, quam cantare Missam de Dominica, vel Festo de præcepto post recitatam in Choro Sextam, & Nonam. Ità de mẽte Sac. Congr. docent Castald. *in Prax. lib. 2. sect. 9. cap. 1. nu. 4.* & Gauan. *in man. V. Missa nu. 16.* Nec id videatur nouum, quoniam ob dictas causas Sacrum maius fiebat hora aliquando post posita, aliquando anticipata pro comoditate Populi. Sylu. *V. Missa nu. 6.* Rodriq. *in sum. tom. 1. cap. 250. in fin.* Card: Bellarm. *contr. tom. 3. lib. 2. cap. 9. tit. de Miss.* Semper tamen cõcinebatur Missa statim recitata

Tertia,

Tertia, quod modo seruandum est, nam, ita si nõ omninò intépore, saltem in ordine conseruetur antiquitas, cui Sancti Patres in Ritibus Ecclesiasticis reuerentiam statuerunt. *cap. Statuta 25. q. 1.* & glos. *in cap. Ordinationes dist. 75.* Vt Missæ, quæ in Collegiatis decantandæ sunt iuxta *cap. Dolentes de celebr. miss. cap. Cum creatura eod. tit.* ac rubricas Missalis debitâ cum præparatione à Canonicis ce-
52 lebrētur, cuilibet Missæ semper præmittenda est in Choro aliqua hora Canonica, qua recitata, immediatè cantatur Missa, vt post alios aduertit Bonart. *lib. 1. cap. 23. nu. 19.* Et deducitur ex rubrica Missalis pręcipiente primam Missam Natiuitatis decantari cum præparatione Chori per Matutinum, secundam illico post persolutum Officium Primæ, & Tertiam post cantatam horam Tertiæ.

Singulis diebus recitata in Choro Cathedralium, & Collegiatarum hora Primæ celebrandam esse cum cantu à Canonicis Missam De-
53 functorum, & deindè iuxta temporis congruentiam Missam respõdentem Officio eiusdem diei, *ex d. cap. Cum creatura arbitrati sunt,* glos. ibidem, Ant. de Butr. Barb. & alij scribentes super eod. Capit. Quibus adhęserunt Nau. *l. c. lib. 3. conf. 9. nu. 3.* Graff. *conf. tom. 1. conf. 5. nu. 14. tit. de celebr. miss.* Hēriq. *in sum. lib. 9. cap. 23. nu. 7. & cap. 30. nu. 7.* & sequitur modernè Gesual. *l. c. tit. 25. n. 5.* Alij verius & probabilius tenent, nullum extare ius obligans Capitulum, & Canonicos ad cantandam insinuatam Missam pro Defunctis. Siquidem allegatum *cap. Cum creatura de celebr. miss.* solum decernit, ob Missam decantatam Defunctorum non esse omittendam conuentualem, & è contra, sed vtranq. cum cantu celebrandam in Collegiatis: ex quo textu non colligitur præceptum faciendi Sacrum vt supra pro Defunctis. Ita docent Suarez *l. c. disp. 80. sect. 2.* Laym. *tr. 3. nu. 5. lib. 5.* Sot. *in 4. d. 13. q. 2. ar. 2.* Castr. Pal. *p. 4. tr. 23 d. vnic. pun 12. in fin.* Trullen. *de Sacram. lib. 3. cap. 8. dub. 9. num. 5.* Facundez *de præcept. Eccl. lib. 3. cap. 15. nu. 9.* vel secundum Iacob 55
de Graff. *dec. Aur. p. 1. cap. 39. nu. 9.* & March. *de Sacram. ord. tract. 3. par. 2. cap. 30.* dici potest, allegatum capitulum per non vsum, & contrariam cõsuetudinem abolitum fuisse, quo ad Missam pro Defunctis: & propterea ex obligatione quotidie est decantanda duntaxat, vbi adhuc viget talis consuetudo, quam Romæ in Basilica S. Petri, & alibi esse testantur Francol. *l. c. cap. 29. nu. 20.* Gauan. *in com. rubr. miss. in fin.* & Barb. *de off. & pot. Paroch. cap. 11. num. 25.*

Hoc indubitatè asseuerandum est, Canonicos de iure teneri, & obligatos esse in omnibus Cathedralibus, & Collegiatis Sęcularibus sub pęna peccati mortalis ad canendas duas Missas quotiescũq. occurrit Officium Sancti nouem Lectionum in diebus feriatis

Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarũ; videlicet vnam de Festo post Tertiam, alteram de feria post Nonã. Ita docent Peyer. *in addit. Priuil. Regul. cap. 1. nu. 17.* Gauan *loc. cit. p. 3. tit. 10. nu. 7.* Dian. *mor. par. 1. tract. 14. res. 76.* Lezzan. *in sum. tom. 4. V. Missa nu. 49.* Hurtad. vbi supra *tract. 2. cap. 7. num. 302.* vbi alios cumulat. Et sic, non obstante quacunq. consuetudine in contrarium, seruandam esse tertiam Rubricę Missalis, vbi hoc expresse mandatur, determinauit S.R.C. sub die 5. Martij 1633. Nec sunt omittendæ à Canonicis, etiam ex vrgenti negotiorum causa, antea declarauerat ead. Sac. Cong. die 16. Ianuarij 1627. Nec sufficere ad euadendam culpam, si vna ex his duabus Missis, legatur, & altera cantetur, vt tradunt Hurtad. & DD. mox allegati, licet quidam, quibus hic panis durus visus fuit, huic doctrinæ contradixerint, hac ratione innixi, quod rubrica Missalis ait, *In Collegiatis dicuntur duæ Missæ, &c.* & non inquit, cantantur duæ Missæ, quæ ratio inefficax, & manifestè friuola per se satis apparet, non enim minor est ratio ex illis verbis, duæ Missæ dicuntur, vt altera sit cantata, altera tantum lecta, & plana, siquidem vtraq. præcipitur, vt benè obseruat March. *de Sacram. ord. loc. statim cit.* Præterea cernimus in Missali aliam rubricam in ijsdem terminis dicentem, *In Collegiatis cantantur duæ Missæ,* atq. ambæ nuncupãtur conuentuales à DD. & non est temere dicendum, rubricas Missalis sibi aduersari, sed iura iuribus concordando, vt decet, ad tradita per Abb. *antiq. in cap. Sedes nu. 1. de rescript.* prior rubrica inquiens, dicuntur duæ Missæ, explicanda est, cantantur, prout explicat Gauan. in com. ad ipsamet rubricã, & doctè quidem, nam semper vna pars legis alteram declarat. Ludouis. *dec. 87. nu. 10.* Surd. *cons. 85. nu. 35. & alij passim* Neque dictis diebus, quibus duæ præcipiuntur Missæ cantatæ, respõdent Canonici suæ obligationi, cantando vnam Missam votiuam, & alterã de Officio currenti, sed dicendæ sunt prout præscribuntur à rubricis
55 ita decreuit S.R.C. apud Barb. *in sum. Apost. dec. collect. 222. nu. 8. & de Can. cap. 34. n. 1.* & à fortiori, quando vna tantum Missa præscribitur non potest absq. graui peccato omitti Missa de die pro votiua, non obstante quacunq. consuetudine, quia esset abusus. Lezan. vbi supra *cap. 21. nu. 29.* Verruell. *QQ. mor. tract. 8. q. 30. num. 1.* Missa feriæ occurrens die Festo in Quadragesima, licet reputetur magis priuilegiata, quãm illa de festo, ex traditis per Castald. *l. c. cap. 2. num. 3.* Nihilominus, si huiusmodi Festum erit de præcepto, Missa conuentualis de Sancto cantanda erit post Nonam, & coniũgatur cum qualitate paramentorum in eius Vesperis, quæ subsequuntur cum interuentu Populi. Ita apud nos fuit introductũ, quia

sic

sic seruatur Romæ, & alibi, quãuis de hoc nulla reperiatur rubrica.
56 Festum Dedicationis Ecclesiæ vbiq. gentium debet in eadem Ecclesia celebrari. Farinac. *decis.245. nu.4 par.1*, Ludouis. *dec.472. nu.5. & decis.493. n.7. in add.* & eo adueniente in præfatis diebus priuilegiatis cantantur in Collegiatis duæ Missæ, altera de feria post Tertiam, iuxta indicatam obseruationem, & post Nonam altera de Dedicationis die; qui licet nõ sit amplius de præcepto, quò ad cessionem ab operibus seruilibus, attenta Constitutione Vrbani VIII. ædita anno 1643. in Ecclesijs tamen remanet firma eius solemnitas quo ad Officium, & Missam. Huius Collegiatæ Parochialis vigesima prima Mensis Februarij Anniuersaria celebritate recurrit; vbi verò præcisa dies ignoratur, poterit Capitulum de consensu Episcopi aliquem anni diẽ deputare ad effectum celebrãdi huiusmodi Dedicationis Festum. Card. Turrect. *super cap. Nullus nu.5. de consecr.* & censuit S.C. apud Zambell. *V. Diuin. Offic. nu.8.* 57
Canonici Collegiatarum Diœcesis quemadmodum tenentur recitare Officium Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis, vt dictum est supra Lib. II. ita sunt adstricti binas ea die concinere Missas, si inciderit ante dictis diebus priuilegiatis. Polac. *de cærem p.1. fol.62.*

In Cathedralibus, & Collegiatis regulariter non cantantur duæ Missæ in Vigilijs occurrentibus infra Octauam, sed tantum illa de Vigilia, cui locum cedit Missa de Octaua, quia hæc pluries fuit cantu repetita. Excipe ab hac regula Corporis Christi Octauam, infra quam eueniente Vigilia Sancti Ioannis Baptistæ, vel SS. Apostolorum Petri, & Pauli, non prætermittitur Missa de Octaua, vti priuilegiata, sed de ea cantatur Missa post Tertiam, & de Vigilia post Nonam. Vltimo die Rogationum, si veniat Festum nouem Lectionum, concinuntur tres Missę, videlicet de Festo post Tertiã, de Vigilia post Sextam, & de Rogationibus post Nonam. ita Rubr. Miss. & Francol. *de hor. cap.16. nu. eod.* vbi obseruat Missam Vigiliæ præscribi post Sextam, non post Nonam, vt alibi, quia hæc Vigilia est sine ieiunio.

Canonici vnam ex his tribus Missis Missum facientes secundum probabilem opinionem nonnullorum DD. à graui culpa eximuntur, immò à leui, vbi præbendæ, & distributiones sunt tenues, ex Carol Macign. *de hor. Can. cap.56. num.22.* & Bizzozer. *T.6. cap.5. nu.3.* à quibus non dissentio, cum valdè consãtaneum sit, & ratio naturalis, dictat, vt onus minuatur, quando tenue est stipendium Filliuc. *tr.23. cap.4. nu.129.* Bonac. *de hor. can. d.1. q.3. p.5. in fin.* Sentiunt alij non minus auctoritatis DD. relati à Diana loc. statim cit. læthaliter non delinquere Canonicos prætermittentes 58

Missam

Missam vnam cantatam ter, aut quater in anno, quando duę cantādæ à rubricis ordinantur; id quod cogitandum aliis dimitto. Cœterum si vel vnica die intra anni interuallum à decantando Missam Officio respondentem cessarent, dum ipsa die à Rubricis alia non præscribitur, mortiferam noxam eos patrare censeo, cum Rodriq *QQ. reg. tom.* 1, *q.* 43. *art.* 14. Trullen. *in Dec cap.* 8. *dub.* 9 *nu.* 15 Laym. *lib.* 5, *tract.* 5. *cap.* 3. *nu.* 5. Marchin. *l. c. cap.* 30. *nu*: 5. Castr. Pal. vbi supra *pun.* 22. *in fine.* quia non potest omitti sine graui scandalo, nisi id fiat ex vrgentissima causa. Facundez *l. c. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 9. Culpa, quæ committitur omittendo cantum Missę conuen-
57 tualis in Choro, adscribitur primum Collegiatæ Præposito, cui iurare incumbit, vt adimpleatur huiusmodi onus, quod inest Capitulo. Lezan *in sum. par.* 1. *cap.* 12. Sot. *in* 4. *d.* 13. *q.* 2. *art.* 2. Iacob de Graft. loc. statim cit. *cap.* 39. *nu.* 9. & eo absente peccatum, imputatur ei, qui præest Choro, vel Canonicis, qui fuerunt causa huius omissionis. Vanc. *in discipl: Cler. lib.* 3. *tit de Miss.* & Caramuel. *in reg. D. Bened. fol.* 313. Non autem cœteris Canonicis, per quos nō stetit, quo minus sacrum fieret, & ipsi soli nequeant debito cultu canere, vt notant Nau. *de Orat: cap:* 16. *nu.* 39. & Sot. *de iust. & iur. lib:* 10. *q.* 5. *art.* 11. Secus si valeant per se canere, nam ob necessitatē præceptum commune obligat singulos. Cum à Canonicis solita solemnitate Missa côuentualis decantatur, si nonnulli ex his etiam culpatè non interueniant, absentes non contrahunt mortalem culpam, cuius supra meminimus, quia dicta obligatio cantandæ Missæ Capitularis sub mortali consistit in hoc, vt cum pręsentia Chori celebretur. Monet. *de distr. p:* 2. *q* 3. *n.* 11. & Faust. S. C. penes Barb. *collect.* 101. *nu.* 12. & non interessentes perdunt duntaxat partem Distributionum Missæ cātatæ assignātam, de qua dictum est libro Superiori.

Ad hæc sciendum in die commemorationis Omnium Defunctorum, cantandas esse in Collegiatis binas Missas, nempè de Octaua post recitatam Tertiam in Choro, & pro Defunctis post Nonam
58 nanq; ista de Requiē hac die habetur pro Missa principali, licet aliis diebus quibus præscribuntur duæ Missę, quæ ambæ sunt conuentuales, ea dicatur principalis, quæ correspondet Officio Chori. Prima, Secunda feria cuiuscunque mensis extra tempus Aduentus, Quadragesimæ, & Paschale non impedita Festo nouem Lectionum pro Missa conuentuali de Officio cantatur Missa de Requiem in genere pro omnibus animabus existentibus in Purgatorio. Quod si ea ipsa die accidat Festum simplex, aut resumenda sit Missa Dominicæ præcedentis, quæ fuit impedita, cantantur duæ Missæ, al-

terà die Festo, vel feria prędicta. Ita clarè disponitur in noua Rubr. *Miss. sub tit.* 5. quæ est preceptiua; & tamen in nullis Collegiatis
58 negligitur, vt deplorat Gauan. ibid Dũ in Choro fit Officiũ de feria, nec fit resumptio aliqua Missæ Dominicæ, exclusis ferijs Aduentus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum. Cantari potest in Collegiatis ad libitum Canonicorum Missa votiua eidem diei per hebdomadã destinata, vt potè feria secunda de SS. Trinitate, vel pro omnibus Defunctis, feria tertia de Angelis, feria quarta de Apostolis, feria v. de Spiritu Sancto, vel de Sanctiss. Sacramento, feria 6. de Cruce, siue de Passione, & Sabbato de B. Virgine, atq his Missis votiuis satisfaciunt Canonici eorum obligationi canendi sacrum iuxta Officium eiusdem diei, quia talis Missa votiua censetur conuentualis. Castald *in Prax. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 3. Ant. de Litt. *de litt. in sum p.* 6. *cap.* 9. & declarauit Sac. Congr. ut legitur in prox. allegata Synodo Cremonen. *tit de celebr. miss.*

Quinimò in Sabbatis Aduentus, nisi fuerit Festum duplex, semidupl. quatuor Tempora, aut Vigilia, liberum est Canonicis pro Missa de feria, de quã fit Officium decantare Missam Votiuam in Sabbato de B. Virgine ita rubr. & notat Arnaud. *l. c. tit.* 4. Prętereà si feria tertia Rogationum occurrat festum simplex Officium fit de eo sine commemoratione feriæ, & tamen liberum est Canonicis concinere Missam de Rogationibus, vel Missam de Festo simplici, quamuis Missa Rogationum non respõdet Officio, quod recitatur in Choro. ita Arnaud. *in Epit. Sac. Rit. tit.* 11. *nu.* 7.

59 Istud quoque, vti singulare adnotandum duxi, licitum esse occasione Synodi Diœcesanæ, quæ habetur in Cathedrali, vel Collegiata, Missam de die prętermittere, & eius loco canere Missam votiuam Spiritus Sancti post recitatam horam Canonicam Tertiæ in Choro eiusdem Ecclesiæ. Ita tenet in Sacris Ritibus versatus Gauan. *in sua prax: Synod. cap.* 5. *nu.* 3. quod non videtur gratis dictũ, licet Missa non sit substantia Synodi, ut docet Ricc, *in Prax. par.* 3 *resol.* 443. *nu.* 6. Præter enarratos casus non reperio obligationi cãtandæ Missæ conuentualis à Canonicis satisfieri eius vice canendo Missam non concordantem Officio Chori, vel votiuam, quod procedit etiamsi Missa votiua solemniter celebretur pro re graui, vel pro publica causa. ita DD. supra citati. & sequitur Bonart. *l. c cap. vlt. nu.* 8. Res grauis dicitur ea, pro qua in Ciuitate conuenit totus
61 Clero cum Episcopo, vt explicauit S.R.C. sub die 19. Maij 16?7. relatore Lezan. *l. c. cap.* 21. *nu.* 27. & in locis insignibus, vbi non cõmoratur Episcopus dicenda est res grauis, quando interueniente toto Clero Collegiatæ cum concursu Populi, cantatur Missa pro salute

lute Principis, vel obtinendo communi bono, vel gratiarum actione pro Victoria parta, vel vniuersali beneficio petito, & obtento, vel alia simili, vt colligitur ex Rodriq. *QQ. reg. tom.* 1. *q.* 43. *art.* 14. veluti apud Regulares reputatur res grauis, iuxta eorum regulatū arbitrium. Gauan. *in Com. ad rubr. Miss. p.* 1. *tit.* 8. Et quia præfatæ Missæ, celebratæ pro re graui cum Diacono, & Subdiacono nuncu-
61 pari possunt solemnes ad tradita per Rodriq *in sum. tom.* 1. *cap.* 150 *in fin.* & Rot. *par.* 7. *diuers. dec.* 59. *nu.* 10. cantantur post Nonam, vt Populus commodius interesse valeat. Rubr. Miss. *tit.* 15. Cœteræ Missæ votiuæ, quæ non pro dictis causis, sed ad votum siuè voluntatem fidelium celebrantur, quamuis cum Diacono, Subdiacono, & alijs Ministris decantentur, non appellantur solemnes, & non
62 habent assignata tempora, sed possunt dici eo temporis spatio, quo ritè celebrantur Missæ planæ, etiam immediatè post Missam conuentualem absq. præmissione alicuius horæ Canonicæ. vt docet Suarez *l. c. quæst.* 83. *art.* 2. *in fin.* Ratio est, quia vnum sacrum est præparatio ad alterum.

Nuncupantur Missę votiuę etiā quæ dicuntur de Requiem, excepta insinuata commemorationis Omnium Defunctorum, licet celebrentur cum apparatu, & cantentur statim post Primam, vel post Laudes Officij Defunctorum, si istud eo mane fiat in Choro. Ita legitur in folio Romæ edito typis R. C. Apost. 1639. In die tamen septimo, trigesimo, & Anniuersario, ob frequentiam Populi interuenientis, congruentius cantantur post Nonam. ita rubr. Quæcunque Missæ votiuæ celebrari possunt singulis diebus, quibus Officium nō fit duplex, exceptis Dominicis, & ijs diebus, quibus prohibetur fieri Officium de Festo duplici, hoc est infra Octauas Epiphaniæ, Paschæ, Pentecostes, Vigilijs Natiuitatis Domini, & Pentecostes, ac feria quarta Cinerum, & tota hebdomada Sancta. ita decreuit S. R. C. 27. Augusti 1627. penes Barb. *de off. Paroch. cap.* 11. *nu.* 28. Et prędicta procedunt, tam de Missis votiuis cantatis, quàm planis, & priuatis, demptis aliquibus casibus, quibus Missæ cum cantu vti magis Priuilegiatæ celebrari permittuntur; Explica infra Octauam Epiphaniæ interdicitur priuata celebratio votiua vt dictum est, & à S. R. C. conceditur Missa votiua cum cantu chorali; ita refertur in Const. Synod. Pistorien. de anno 1641. Similiter in Ecclesijs, vbi est consuetudo tumulandi Mortuos simul cum Missa, permittitur à rubricis, posse cantari Missam de Requiem in Dominicis, & Octauis Priuilegiatis, ac Festis, exceptis solemnioribus, non prętermissa Missa conuentuali. Ita Azor. *lib.* 10. *cap.* 32. *q.* 7. *to.* 1. Posseu. *de off. cur. cap.* 14. *n.* 13. & censuit S. C. apud Samuell. *l. c. concl.* 7. quòd sanè

non

non sequitur de Missis priuatis, quæ diebus mox dictis, non possint celebrari, vt ex Rit. Pauli V. *tit. de exeq.* notat Arnaud. *l.c.p.* 1. *tit.* 5. *nu.* 4. Pariter vbi est titulus Ecclesiæ, vel concursus Populi ad celebrandum Festum, quod transferri debeat, cantari possunt duæ Missæ, illa prius de Officio currenti post Tertiam, altera de Festo, quod transfertur post Nonam, cũ Populus libentius conueniat ad Ecclesiam hora tarda. Quintanad: *l.c. sing.* 38. *nu.* 4. Et quia fideles potius concurrere solent ad Missam, quàm ad Vesperas, nulla mentio fit in rubricis Missalis, aut Sac. Congr. Decretis de Vesperis votiuis, prout de Missis votiuis, & Vesperæ semper cantantur de Officio currenti. Videatur Gauan. *in com. l.c. tit.* 6. *n.* 1. minus ob liget rubricæ Missalis, quàm rubr. Breuiarij de tali officio Castaing. *l.c. tr.* 8. *prop.* 4.

Hic aduertendum, ex prænarrata causa tituli Ecclesiæ, vel concursus Populi nõ licere Missas votiuas canere prima Dominica Aduentus, feria quarta Cinerum, prima Dominica Quadragesimæ, Palmarum cum tota hebdomada, Dominica Resurrectionis, Pentecostes cum duobus diebus sequentibus, Festis Natiuitatis, Epiphaniæ, Ascensionis, & Solemnitatis Corporis Christi. Ita expresse iubent rubricę nouę Missalis, quas non considerauit Gauan. in com. *ad rubr. Miss. p.* 4. *tit.* 15. *n.* 5. vbi dicit fas esse ob concursum Populi cantata Missa de feria canere in Collegiatis Missam Annunciationis B. V. in primo triduo Septimanę Sanctæ. Quandoq. bonus dormitat Homerus. videre Arnaud. *l.c. fol.* 264.

63 In Collegiatis, vbi instituta est Societas Beatissimæ Virginis de Monte Carmelo, cuius Festiuitas ibi celebratur Dominica tertia Iulij, cantata Missa conuentuali post Tertiam, cõcinitur post Nonam solemniter Missa votiua Deiparę Virginis cum præfatione, vt in Festo Sanctæ Mariæ ad Niues. Castald. in Prax. *l.c lib.* 2 *sect.* 6. *cap.* 4. Polac. *p.* 1. *carem.* 7. *aphor.* 2. Vbi verò reperitur Confraternitas Sacratissimi Rosarij, prima Dominica Octobris, quam Gregorius XIII. perpetuò sacram memoriæ Victoriæ toti Orbi Christiano concessę contra Turcas, quorum classis numero longè maior quassata remansit, cantatur dumtaxat Missa de B. V vt supra cum commemoratione Dominicæ, ac eius Euangelio in fine, quę Missa de B. V. non est in ea die votiua, sed conuentualis, quia est conformis Officio Chori, quod in his Ecclesijs celebratur de B V. vt dictũ est superiori libro. Hic adaptatur resolutio dubij, cur in ferijs Quadragesimæ, 4 Tẽporibus, Rogationibus, & Vigilijs occurrente Fe-
64 sto nouem Lectionum cantentur duæ Missę conuentuales, & incidente Festo duplici in Dominica prætermittitur Missa Dominicæ?

Respondet Francol. *de hor. can. p. 1. cap. 16. nu. 18.* id fieri, quoniam tempus celebradi memoratas Missas de ferijs priuilegiatis est post Nonam, hora verò canendi Missam conuentualem tam in Dominicis, quàm in festis assignatur post recitatam horam Tertiæ, quod si diceretur Missa Dominicæ, veniret eodem tempore vna post aliã decantanda, quod non videtur congruum. Alij arbitrantur ita obseruari, vt Populus audiat vtrunq. Euangelium, siquidem, si vtraq. Missa separatim caneretur, auscultata prima, non conuenirent ad secundam, vel forsitam putarent vtrunque sacrum esse die precepto audiendum. Alij non friuolè opinantur, binas Missas vt supra ordinari cantandas, quia cum ieiunio debet esse prolixior Oratio, & olim etiam diebus Rogationum ieiunabatur, quorum opinio magis arridet, sed hic arguentem audio, quod in Festo S. Marci cum cantu chorali celebrantur duo sacra, vnum de festo, aliud de Rogationibus simul concurrentibus, fiunt Processiones, & dicũtur Litaniæ maiores, etiam si fuerit dies Dominica: cui respondeo hoc esse peculiare, & fuisse institutum à D. Gregorio ad placandam iram Dei occasione Pestis.

65 Hic aduertendum hanc Missam Rogationum à Canonicis nõ esse cantandam in eorum Collegiata, à qua Processio sumit initium, sed in Ecclesia, vbi terminatur, vt notat Trullen. *in expos. Bull. Cruc. lib. 1. §. 6. n. 2.* & docet *Carem. p. 2. cap. 32.* Quòd si Ecclesia, ad quã dirigitur Processio fuerit sub titulo S. Marci, fit ibi sacrum non de Rogationibus, sed de Sancto. ita declarauit S. R. C. sub die 23. Maij 1603. Et quamuis Canonici teneantur Missas conuentuales, vnam, duas, vel tres, quando præscribuntur in eorum propria Ecclesia quotidie canere, & alibi cantando suo muneri non respondent; vt post alios ait Moron. *ref. 91. nu. 13.* & propterea violata Collegiata remanent exempti à celebrando Missam conuentualem in alia Ecclesia, vt notat Auers. *l. c. q. 3. sect. 18. in fin.* Excipe ab hac regula diem S. Marci, & tres ante Ascensionem Domini, in quibus fiunt Processiones, & Canonici vna cum Regularibus Processionaliter solent aliam Ecclesiam eiusdem Ciuitatis adire, in qua ab ijsdem Canonicis, & alijs de Clero, tam sæculari, quã Regulari cantatur Missa Rogationum; ita *carem. Episc. lib. 2. cap. 32.* & notat Lezan. *l. c. to. 3. V. Episcopus nu. 40.* Quod seruatur etiam si Ecclesia, ad quam iuxta consuetum dirigitur Processio, fit Regularis. Nouar. *in lucern. Reg. V. Episcopus n. 40.* & declarauit S. R. C. in vna Firmana 25. Ian. 1603.

66 Nec possunt Regulares impedire, quò minus Canonici præfatas Missas in eorum Ecclesijs decantent. Rub. *in Aphor. Episc. V. Processio nu. vlt.* Insuper accedente Episcopo simul cum suis Canonicis

in

in Dominica Palmarum ad Ecclesiam Regularium, ad ipsum Episcopum, priuatiuè quo ad Superiorem Conuentus, spectat Palmas benedicere inseruientibus suis Canonicis: ita S.R.C. relatoribus Barb. *in sum. Dec. Apost. collect.* 202. *nu:* 19. Nouar. *l. c. num.* 1. Verumtamen in ingressu Ecclesię Episcopo porrigitur aspersorium à Priore Conuentus? ita à S. C. decisum tradit Ciarlin, *contron: for. tom.* 2. *cap.* 208. *nu. Vlt.* Extra insinuatos casus non possunt Canonici Missas conuentuales, immò nec votiuas in Ecclesijs Regularium canere ipsis inuitis, vt de mente S.C. notat Gauan. *in Man. V. functiones Episcopales n.* 2. *in addit.* nisi aliud obtinuerit cōsuetudo. Canonici Collegiatarū accedētes ad cantandā Missā votiuā cū apparatu, vel solemnem de die in aliquo publico Oratorio Confraternitatis Laicalis, decantatis prius Missa conuentuali, & horis Diuinis in eorum Collegiata, non retinent ius celebrandi prefatas Missas in Altari dicti Oratorij siti intra fines Parochiæ Curati extranei à Capitulo, absq. consensu eiusdem Parochi. Innoc. *in cap. fin. de censi.*
67 Zabarell. *cons.* 8. & sequuntur Graff. *de arbitr. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 16. & Bordon *p.* 2. *res.* 72. *nu.* 23. Nec potest Parochus absque iusta causa huiusmodi iure ab Episcopo priuari. *glos.* 2. *in cap.* 2. *de consti.* Ripa *de oblat. resp.* 69. *nu.* 10. Henriq. *in sum. lib.* 6. *cap.* 6. *nu. eod.* Alias totus Reipublicæ ordo confunderetur, si vnicuiq. sua iurisdictio non seruetur *cap. Peruenit* 11. *q.* 1. Petr. Perus. *de Vnion Eccles. cap.* 10. *n.* 3 Dixi absq. causa, nam rationabili exigentia id requirente, erit in eius arbitrio talem licentiam concedere; videte Pasqualig. *decis.* 62. *nu.* 4. certè Episcopus plenius potest quicquid potest Parochus in iuribus Parochialibus. D Thom. *in* 4. *d:* 17. *q.* 3. *art.* 3. Rub. *l. c. V.*
68 *Parochus n.* 1. Est enim Episcopus Parochus Parochorum suæ Diœcesis. Abb. *in cap. Omnis de Paroch.* Leo *in Thes. p.* 1. *cap.* 4. *nu.* 12. Regulariter huiusmodi Missas cum Diacono, & Subdiacono in dictis Oratorijs, tām votiuas, quām de Festo titulari canere, priuatiuè quo ad alios conuocatos, spectat, ad Parochum, quo recusante ad Cappellanum ipsiusmet Oratorij. Cutill. *in tract. de sep. dub.* 8. & ita S.C, respondit Episcopo Leodicensi teste Ricciul. *in lucubr. Eccl. lib.* 4. *cap.* 6. *nu.* 10. Ex vrbanitate tamen simplex Parochus, & eò magis dictus Cappellanus locum pro cantanda Missa in Altari
69 cedere deberent Canonico digniori ex inuitatis vt supra; consonat Synod. Florent. anni 1637. Nanq. Missam solemnem canere denotat pręeminentiam, & honorem, quæ honestioribus, tribuere conuenit. *glos.* 1. *in cap. Prima dist.* 16. & Genuen. in Prax. Neap. *cap.* 52. *nu.* 1. & Anton. Molin. *in instr. cr. Sacerd. tract.* 3. *cap.* 2.

Nihilominus si in eodē Oratorio solemne sacrum faceret dictus

Plebanus, aut Cappellanus assistentibus in Choro Canonicis, horũ
maioritas non tollitur, ex Dan. de Nob. *disp. 75. nu. 72.* In ijsdem
Oratorijs possunt á Canonicis, vel alijs de Clero absq. alia licentia
vel scitu Parochi cantari Missæ minus solemnes, hoc est sine Mini-
stris paratis, nisi aliud ab Episcopo fuerit cautum. Etenim vbi po-
test dici Missa plana, siue lecta potest celebrari cantata absq. Dia-
70 cono, & Subdiacono, vt latius probat Castald. *l. c. lib. 2. sect. 6. cap.*
21. nu. 1. Nec his obstat fuisse ab Episcopo impertitam facultatem
celebrandi in dictis Oratorijs absq. præiudicio iurium Parochialiũ,
quia hæc clausula interpretatur de Decimis, oblationibus, Nuptia-
rum, Benedictionibus, Funeribus, Sacramentorũ exhibitionibus, &
similibus, quæ sunt functiones merè Parochiales. Gutier. *QQ. can.*
lib. 1. cap. 3. nu. 2. Dian. *mor. lib. 1. cap. 3. nu. 2.* Dian. *mor. par. 9. tr. 1.*
resol. 15. resp. 99. nu. 132.

Admonendum duxi, melius esse Missas votiuas, & Diuina Offi-
cia celebrare in Collegiatis Parochialibus, quàm in Oratorijs Con-
fraternitatum, quoniam in illis, cæteris paribus, preces sunt Deo
magis acceptæ, cum sint Ecclesiæ consecratæ, in quarum Missa
Dedicationis dicitur Oratio, *Exaudi Deus preces Populi tui, & præ-*
71 *sta vt qui hoc Templum petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse læte-*
tur. Ita obseruant Leo *in Thes. p. 1. cap. 5. nu. 2.* & Ricciul. loc. sta-
tim cit. *nu. 10. in fin.*

Missæ votiuæ, tam in Oratorijs, quàm in Ecclesijs Collegiatis, &
Parochialibus non sunt celebrandæ diebus, quibus prohibentur, vt
supra, necnon in Festis de præcepto, ac duplicibus, licet non sint
de præcepto, ita ex rubric. Miss. & S. C. Decretis. Celebrãtes in Fe-
72 sto duplici, quo ab Ecclesia non præcipitur cessatio ab operibus ser-
uilibus, peccant saltem venialiter. Suarez *l. c. disp. 83. sect. 3.* Mirãd.
in man. p. 1. q. 37. art. 25. Ghilin. *l. c. n. 30.* Escob. vbi supra *exam. 11.*
cap. 4. nu. 95. Lezan. *l. c. cap. 21. nu. 25.* *Vbi sub nu. 28.* refert S. C. De-
cretum, quod dictis diebus permittit Missas de Requiem pro adim-
plenda voluntate Testatoris. At verò si Missæ votiuæ celebrentur
Dominicis, & Festis de præcepto, volunt nonnulli DD. esse mortale
quod ego cum Trullen. *de Sacram. lib. 3. cap. 8. dub. 11. nu. 8. & alijs.*
Non admitterem, semoto scandalo, & in festis ordinarijs, sed tantũ
in solemnioribus; nec condemnarem peccati mortalis qui Missas
votiuas priuatè celebraret diebus hebdomadæ Sanctæ, ita Quintan.
l. c. sing. 40. & sciẽdum, quòd Missis votiuis satisfit celebrando Mis-
sam diei in quo celebratur Officium duplex, & petita fuit Missa vo-
tiua ea ipsa die. Ita DD. communiter. Ferijs Quadragesimæ occur-
rente festo simplici, cantata Missa de feria, liberum erit cum ap-
paratu

paratu, vel sine canere Missam ipsius Sancti cũ *Gloria*, quia est dies Natalis, ac de eo per annum amplius non fit Officium Polac. *l. c. fol.* 75. Solent fideles intra annum exigere Missam Natiuitatis, Assumptionis B. V. quo euentu faciendum est sacrum B. V. de tempore cum intentione ad honorem Natiuitatis, Assumptionis: ita Cassaing. *l. c. p. 2. cap.* 81. *prop.* 1. vbi dicenda est Missa dd. festiuitatũ mutatis verbis, *hodie, huius diei, hodierna die, diem festum, solemnitatem* in *commemorationem, vel memoriam.* vt docent Dian. *p. 3. tr.* 16. *resol.* 101. & Bauc. *tom.* 1. *opusc.* 4. *quæst.* 84. vbi monet idem esse seruandum in Missis aliorum Sanctorum. Consentiunt sanè omnes non esse mortale insinuatas Missas legere, seu cantare, vt in propria die, testatur hoc Megal. *Var. tom.* 2. *resol.* 87. *nu.* 18.

74 Dubitari potest, nunquid peccet mortaliter celebrans Missas interdictas, vt sunt illæ *Patris æterni Quindecim Auxiliatorum D. Gregorij pro viuis, & defunctis*, & eiusmodi, quæ recensentur in Decreto S. R. C. sub die 8. Aprilis 1628. & arbitror, quod sic, quia sunt prohibitæ, & violatur præceptum in re graui; quemadmodum legentes libros prohibitos, lethaliter delinquunt Bonac. *de censur. q.* 5. *p.* 4. *d.* 2. *nu.* 5. & Card. Tol. *lib.* 1. *cap.* 20. *nu.* 15. Qui si fuerint hæreticorum, & hæresim continentes, insuper incidunt in excommunicationem *in cap.* 1. *Bullæ Cænæ contentam*, vt aduertunt Homob. consult. *par.* 4. *resp.* 1. Corrad. *resp. par.* 2. *quæst.* 20. Celebrantes verò Missas non approbatas, nisi pro certis Religionibus, vt sunt Sacratissimi Rosarij, & B. M. V. de Monte Carmelo, non condemnarem peccati mortalis, si absit contemptus, & scandalum: Semper tamen obtẽperare consulerem Rubricis, & S. C. Decretis, tàm in his Missis, quã in aliis votiuis, quæ aliquibus diebus vetantur, & si enixè exigantur à Populo; qui profectò est docendus, non sequẽdus, vt inquit Barb. *in cap. Osius n.* 2. *de elect.* Iam prælibauimus horam celebrandi Missas cantatas, superest attingere tempus dicendi Missas planas, & quidem exceptis tribus Missis Natiuitatis Domini, quę priuatim possunt dici post mediam noctem. Suarez *ho disp.* 80. *sect.* 4. Azor. *de sacrific. Miss. q.* 11. *sect.* 15. Em. Lugo de Sacram. Euch. *d.* 20. *sect.*

75 1. *nu.* 25. Tempus celebrandi Missas planas est ab Aurora vsque ad meridiem, iuxta receptam Constitutionem Pij V. editã anno 1556. Non est autem necessarium expectare ipsum Auroræ tempus, sed poterit Sacerdos Missam inchoare per tantum temporis internallũ, vt illius finis sit lucescente Aurora, quę dicitur prima lucis irradiatio. Ghilin. vbi supra *nu.* 1. Rodriq. in *sum. l. c. n.* 1. Bonac. *de Sacram. Euch. disp.* 4. *quæst. vlt. pun.* 9. *nu.* 4. Et qui a Aurora durat per horã cum dimidio, vt aiunt omnes, fas erit quasi per duas horas ante or-

tum.

tum Solis sacrum facere. Laym.*lib.* 5. *cap.* 4. *nu.* 3. Em.Lugo *l. c.* Ercob. *in exam.* 11. *cap.* 4. *nu.* 95. Similiter, quoniam res morales debēt morali modo definiri, ut tradit Suarez *l.c. tom.* 3. *q.* 83. *art.* 2. *d.* 85. celebrantes confestim elapso meridie excusantur à culpa. Sanchez *cons. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 3. *d.* 35. Verruell. *l.c. tr.* 5. *quæst.* 5. *nu.* 125. Vbi tenet, non esse mortale celebrare, sine causa nisi integrâ horâ post meridiem, & sequuntur DD. apud Dian. *p.* 10. *tr.* 12. *res.* 22.

Dixi *sine causa*, nam licitum erit per vnam, vel binas horas post meridiem cum rationabili causa Missæ Sacrificium immolare, vt puta, ne aliqua Populi pars die Festo priuetur auditione Missæ, dum aliquo casu concio, vel Missa solemnis ob Musicam non fuit prius terminata. Rodriq. *QQ. reg. to.* 1. *q.* 43. *art.* 2. Filliuc. *tr.* 5. *cap.* 4. *nu.* 113. Mirand. *l.c. q.* 41. *art.* 11. In eadem Constitutione Pij *V.* mandatur quascunq. Missas celebrantes debere se cōformare ijs, quæ in Ordinario, ac Rubricis ipsius Missalis ordinantur: intelligunt DD. tàm in dictis, quàm in factis, hoc est, in actione, & cæremoniis. Dian. *p.* 10. *tr.* 12. *res.* 11. Ant.Mol. *loc. infra cit.* Ante dictæ Rubricæ aliæ sunt præceptiuæ, aliæ sunt directiuæ. Aiunt nonnulli præceptiuas, quæ sunt, *Iubemus, Mandamus, Præcipimus*, & similia, obligare sub pœna culpæ mortalis: quod in casu nostro non videtur in vniuersum admittendum, sed tantummodo dum simul respiciunt

76 aliquam legem canonicam in corpore iuris contentam, veluti de Petra consecrata, Paramentis benedictis, de lumine, mundicia Sacrarum Vestium hora celebrandi, Confessione præmittenda mortalium, de Ieiunio, Calice, Patena, Corporali, & cæteris, quæ spectāt ad essentiam, vel quasi essentiam Sacrificii, de quibus superius sermonem habuimus. hanc doctrinam amplexi sunt Em. Lugo *l.c. disp.* 20. *sect.* 2. *in fin.* Marchin. *de sacr. ord. tr.* 3. *p.* 3. *cap.* 6. *nu.* 6. *nu.* 3. Bonart. *de satisf. Miss. l.* 1. *nu.* 7. Busemb. *l.c. tr.* 3. *d.* 5. Verrell. *tr.* 5. *q.* 5. *nu.* 121. Facundez *l.c. p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 32. Peiery *tom.* 3. *priuil. cap.* 1. *nu.* 15.

Aliæ dicuntur Rubricę directiuæ, quæ sunt doctrinales instructiones, vel consilia, aut etiam præcepta, quæ tamen nō obligant sub mortali, nisi prorsus prætermittantur. Nau. *cap.* 21. *n.* 21. Ioseph de Aug. *l.c. tit. de Euch. nu.* 10. Leand. *in sum. V. Missa nu.* 59. *tom.* 4. Gesual. *p.* 3. *tr.* 21. *cap.* 2. *nu.* 12. Omittentes in Missa aliquid notabile in verbis committunt mortale, si parum, erit veniale. Coninck *de Sacram. p.* 1. *q.* 83. *d.* 1. *nu.* 265. Suarez *l.c. d.* 83. *sect.* 3. Ant.Mol. *in instruct. Sacerd. tr.* 3. *cap.* 11. Qui idem docent de addentibus notabi-

77 le, immò magis erratur addendo, quàm omittendo. Posseuin. de

off.

ff. tur, cap:2. q.6. Nam in committente dolus, in omittentem culpa præsumitur *l:Vtrum ff. de leg. Pomp.* & dolus punitur grauius, quã culpa. *l. Si Sterilis §. cum ff: de actio. empt.* quasdã tamen breues Orationes secreto additas tolerat S.C[...]ibus Gauan in *rubr. Miß. tit. 16. n. 2.* & Nicol. *l. c. V. Mißa n. 40.* Quę sit in hoc notabilis additio, vel omissio remittunt DD. arbitrio prudentis, viri qui considerare debet non tantum quantitatem, sed qualitatem precum; Vndè prætermissio Euangelii in Missa esset læthale peccatum. Nau: *conf. 3. de celebr. Miss.* quia est membrum principale huius Corporis æterogenei. Verùm excusatur à culpa, qui in Missa Dominicæ Palmarum omitteret Euangelium de Passione ponendo Euangelium, quòd
78 in benedictione Palmarum legitur, si id fiat ex rationabili causa, vt pote ob importunam tussim, vel capitis debilitatem, aut crurum lassitudinem. ita tenent viri docti, quos citat, & sequitur Chasaing. *l. c. tr. 8 cap. 1. prop. 11.* Intellige si id non pariat scandalum præsentibus Missæ, & eò fatius ob insinuatas causas aliis diebus hebdomadæ Sanctæ poni poterit in priuatis Missis Euãgelium Missæ votiuæ Passionis, vel ipsa Missa uotiua Passionis celebrari. Omittere in Missa, vel addere *Gloria in excelsis*, vel *Credo*, aut vnam collect am, non iudicatur grauis culpa. Bauc. *de oblig. Sacerd. to 1. opusc. 4. q. 8.* Chasaig. *l. prox: cit. l:c.* & alii, & quia, vt diximus, perpendenda est magis qualitas, quam quantitas, grauior est culpa relinquere in canone vnum verbum, quàm tres versus extra illum, vt post Suarez & alios notat Verruell. l. c. *q. 5. nu. 274.* Adiicientes aliquid, vel parum in Missa intentione introducendi illum ritum in Ecclesia, læthaliter delinquunt, vt ex Bulla Pii V. aduertunt Mirand. in Man. vbi supra, & alii communiter. Idem sequitur, si illud minimum addatur, uel omittatur ex contemptu *cap. Nam concupiscentiam de const.* & glos. *in cap. Si quis dist. 10:* Sed nota, quod non accipitur in contemptum, si quispiam in parte rubricarum directiuarum etiam ex
79 consuetudine deficiat, quoniam consuetudo non est contemptus. Suarez *de leg. lib. 3. cap. 28. nu. 8.* Non celebrans censendus est mortiferi reatus reus, si illum actum paruę omissionis, vel commissionis paruipendat, non simpliciter, sed secundum quid, scilicet, quia in his actibus leuem tantum culpã agnoscat. vt considerant Caiet. *in sum. V. contemptus* Prem *l c. par. 3. cap. vlt* Lopez *in Instruct. p. 1. cap. 1.* & Finell. *noster in select. aur. cap. 5. nu. 8:* In re tamen, tam graui minimum iota est contemnendum tanquam leue, vt monet Quintanad. *l. c. sing. 38: nu. 1.*

Orationibus, quæ in Missali pręscribuntur pro Rege, non licet addere, *Cum tota familia sua.* Tum quia, nil est addẽdum in Missa, tum

tum quia nomine Regis in collecta expressi, veniunt Vxor, & Filij. Eman. Sà *V. Missa nu* 41. Atq. eandem collectam pro Rege non est licitum in Missa dicere pro Principe Superiorem recognoscente, vt notat Nau. *de Orat. cap*: 19. *num*. 100. Defertur verò eidem Principi loci, quod coram eo veluti coram Episcopo non decet celebrantem
80 dicere collectam descriptam pro ipso Sacerdote. ita Gauan. *in com. Miss. p. 4. tit. 17. nu.* 30. Polac. *l. c. pag* 85. Vt Missæ actio ritè, ac rectè fiat, debet vestiri quatuor qualitatibus comprehensis his literis A.B.C.D. & primum A. hoc est altè legenda sunt eius verba, vt
81 adstantes audiant, & ad deuotionem excitentur. Conc. Colon. *par.* 2 *cap.* 13. Caiet. 22. *Q.* 81. *art.* 2. Non voce clamorosa, sed graui, & deuota, vt inquit Ant. de Bur. *in cap: Quod nonnulli n.* 4. *de priuil.* Missam adeò depressa voce recitantes, vt proximè Altari existens; non valeat auribus intentus sacra verba distinctè audire, venialem, culpam non effugiunt. ita sentiunt Homob. *in consult. p.* 1. *resp.* 61. Sà *V. Missa n.* 50. Aluar. *l. c. eod. Ver. n.* 48. Sanchez *in opusc. lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 8. *nu.* 6. & quam plures alii.

In his, quæ in Missa clara voce dicuntur, oportet aduertere nonnulla proferri non eadem voce, sed vno tono vocem deprimendo, videlicet *Orate fratres*, *Sanctus* vsque ad finem Præfationis; *Nobis quoque peccatoribus*, & *Domine non sum dignus*. ita obseruant Castal. *l. c. lib.* 2. *sect.* 7. *cap.* 2 *nu* 5. Bonam *de mod. celebr. p.* 1. *obseru.* 7. & apertè disponitur in ipsius Missæ ordinario, quàmuis ex inaduertentia à paucis seruetur.

Secunda qualitas est B. id est, breuis, super quo pius Thomas de Kempis *cap.* 10. *num* 7. ait, *Non debet celebrans esse nimis prolixus, nec nimis festinus, & sciat se potius debitorem esse communi imbecillitati horum temporum, quàm propriæ deuotioni.* Et S. Philippus Nerius, relatore in eius vita Bacc *lib.* 1. *cap.* 19. *nu.* 10. hortabatur Sacerdotes, ne inter celebrandum adstantibus essent tędio, vt breuitati potius, quàm prolixitati studerent; dando tamen tantæ rei debitum temporis spatium, quod Homob. Lezzan. & Bonart. *de sacrif. Miss. lib.* 3. *cap.* 9. *nu.* 6. alijque Spirituales, & sapientes Viri circumscribunt, dimidię horæ; & quando Missa plana excedit, horam integram dicitur inconuenienter prolixa, atq. sic publicè sacrum faciens non remanet immunis à culpa, vt inquiunt Maior *in* 4. *sent. d.* 13. *quæst.* 4. & Mantiss. *cap.* 1. *nu.* 847. veluti non eximitur, qui breuiori temporis interuallo, quàm tertia parte horæ Missam terminat: vtriusq. rationem assignat Anton: Mol. vbi supra. §. 3.

Tertia qualitas est C. hoc est, clara, nempè, vt Sacerdos omnia, & singula verba Missæ clarè, ac integrè proferat, aiunt DD. quod

Syllabas

Syllabas deglutiens, vel vnum tantum Missæ verbum malè pronunciens non euadit liber à culpa veniali, quia verba sic prolata dicuntur quasi non pronunciata. Caramuel. *l.c. disp.* 108. *art.* 3. Vnde errant aliqui dicendo *Kyrie leison* pro *Kyrie eleison*, vt aduertit Petr. Anel. *de hor. can. cap.* 4. *dub.* 7. *nu.* 5.

Quarta est D. quod sonat deuotè, nam si Auditores debent tunc temporis mentem habere ad Deum, quod Sacerdoti dicenti *Sursum corda*, pollicentur, respondendo, *Habemus ad Dominum.* multò magis celebrans sacras Preces corde, & animo fundere debet, animaduertendo sibi offerenti adstare Angelorum Choros, trementes, adorantes, ac intuentes Sacrosancta mysteria, quæ ab eo fiunt.

Prædictis quatuor Missæ partibus. Gauan. in Com. *l. c. p.* 3. *tit.* 11. *n.* 12. Addit quintam, scilicet E. quod interpetratur, exactè, quo
182 ad obseruantiam sacratum cœremoniarum; quæ profectò cum grauitate sunt peragendæ, non cum confusione, aut nimia acceleratione, vt pleriq. faciunt, qui videntur muscas expellere, vt inquit Verruel. *l.c. tr.* 8 *q.* 53. *n.* 8 Non obseruãtes signa Crucis eo tempore quo signatur in rubricis, sed paulò ante, vel post peccant. Vnius cęremoniæ volũtariæ prætermissio aggrauat celebrantẽ venialis peccati. Suarez 3. *p. disp.* 8. *sect.* 2. Sanchez *l.c. cap.* 2. *dub.* 25. Bellarm. *contr. p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 31. Chassaing. *l.c. prop.* 11. At verò, si cœremoniæ non sunt prætermittendæ in Missis priuatis, certè cum grauiori onere iuxta ritum Missalis, & cœremonialis, sunt adamussim seruãdæ in Missis solemniter decantatis, vt post alios notant Bonac. de *Sacram. d.* 4. *q. vlt. p.* 7. & Bonart. *l.c. lib.* 2. *cap. Vlt. nu.* 7.

Quamuis Episcopus non teneatur sub mortali Missam solemniter decantare, vt tenet Hurtad. *par.* 2. *tit. de oblig. cap.* 6. *resol.* 21. *nu.* 251. Valdè tamen decet diebus solemnioribus, quos recenset ad
183 hunc esse stum *Cærem. Episc. lib.* 2. *cap.* 1. ipsum in sua Cathedrali Missam solemnem celebrare, vel saltem assistere; id quod ex quadam conuenientia per diem debet prius Capitulo innuere. S.R.C. 9. Decembris 1634. Eidem celebraturo, aut assistentiam acturo Dignitates, & Canonici omnes in eorum habitu chorali tempore opportuno ad Episcopi cubiculum accedant, eumq. Cappa indutum ad Ecclesiam comitentur, & in reditu vsq. ad Ostium Palatij Episcopo præcedente, iisdemque subsequentibus. ita decreuit S.R.C. penes Marzill *lib* 1. *fol.* 71. Intellige, dummodo Palatium non distet vltra 160. passus. Ricc. *decis par.* 4. *dec.* 23. Antequam Canonici ob dictam causam adeant Episcopale Palatium, vel proximum, tenetur Episcopus congruam sui aduentus horam denunciare, vt probat Dan. de Nob. *disp.* 60. *nu. vlt. in addit.* vbi subiungit, quod casu quo

ad ipsum Palatium peruenerint, & Episcopus nondum fuerit integrè vestitus, dum se indumentis induit, Sedes præstandæ sunt Canonicis in proximiori mansione Talami Episcopi, & tractandi vt Senatores, idem docet Barb. *de iur. Eccl. lib. 1. cap. 12. num. 19.* Episcopum cum Cappa eius familiares, alijq; Nobiles vnà cum Canonicis comitantur vsq; ad Ecclesiam, in quam debitis cum cæremonijs à cæremoniali præscripti ingrediuntur, videantur Vener. *l. c. de cerem. lib. 1. cap. 2.* In anni Festiuitatibus nō solemnibus Canonici de iure non tenentur ad præfata obsequia Episcopo pręstanda. Nouar. *de grau. Vaßall. tom. 1. grau. 314. nu. 5. & alij.*

Quando Episcopus ad Ecclesiam progreditur pro celebranda Missa plana, vel audienda Concione, & Officia nondum fuerint incepta, Canonici omnes, ac Dignitates sunt adstricti ad Ostium Templi ei occurrere, Aspersorium ministrare, ipsumq. abeuntem pariformiter ad portam associare, ita S. R. C. die 9. Decemb. 1634.
84 Episcopo autem ueniente, inchoata Missa conuentuali, vel horis Canonicis, nō debet omnino deseri Chorus, sed ad summum quatuor Canonici obuient ad Ecclesiæ Iannam. Dan: de Nob. *l. mox cit.* Ac diebus ferialibus duo tantùm Canonici occurrant vt supra, idemq; obseruent in reditu. ita determinauit S. C. penes Marzill. *l. c. lib. 1. tit. 9.* In Missis Pontificalibus, quæ ab Episcopo solemniter celebrātur, pluribus opus est Ministris, quàm in illis, quæ solemni ritu per alias inferiores Dignitates decantantur, siquidem ei debent inseruire Dignitates, Canonici, Magister cœremoniarum, Cappellani, ac plures minorum Clerici, quibus Ministris potest vti tam in Cathedrali, quam extra, licet nullam habeant mercedem, dummodo non impediatur Ecclesię Cathedralis seruitium. ita censuit S. R. C. die 9. Decembris 1634. atq; in defectum dd. Cappellanorum, Sacerdotes simplices sunt obnoxij Episcopo, vt supra, inseruire. ita declarauit Sac. Conc. Congr. die 21. Augusti 1631. Ex dignitatibus prima, hisque deficientibus, antiquior Canonicus assistit Pluuiali
85 indutus in Scabello sine postergali, vt notat Barb. *de can. & dign. cap. 31. nu. 5.* De assistentia duorum Diaconorum videatur cœrem. *lib. 1. cap. 36.* Horum assistentia non est munus præcedentiæ, sed Ministerij, & ideo prima Dignitas, & Caput Collegiatæ ad id non tenetur. ita docet Sperell. *dec. 76. nu. 11. tom. 1.* Videtur tamen posse ab Episcopo adstringi ad assistendum cum Pluuiali, dum in eadem Collegiata Pontificaliter cantat. & ita in Praxi seruatum vidi.

Canonici Cathedralis Episcopo, vt supra, inseruire recusantes, non solùm perdunt Distributiones, sed & graui peccato se cōmaculant, etiam si tunc temporis in Choro assistant. Homob. in Com.
86

par. 3. tract. 14. q. 11. res. 3. Atque aliis iuris remediis potest Episcopus eos ad sibi inseruiendum constringere, non tam in Cathedrali, sed etiam dum ad dictum effectum accedit ad secularem, vel Regularem Ecclesiam suæ Ciuitatis, vt ostendit Scip. *de Rub. in Aphor. Episc. V. assistentia* Dummodo in Cathedrali sufficiens Canonicorum numerus ad Officiandum remaneat. ita S.R.C. relatore Barb. *collect. 47. & 100. nu. 2.* Canonici autem Collegiatarum, tàm Ciuitatis, quàm Diœcesis non sunt obnoxij Episcopo sacrum solemne peragenti inseruire, aut assistere, nisi in propria eorum Collegiata. vt adnotauit Barb. *de iur. Eccles. Uniu. l.c. cap. 12. nu. 17.* aut in casu necessitatis, prout explicuit Sac. Episc. & Regul. Congreg. relatore Nicol. in Flor. *V. Collegiata nu. 5.* Antedicti Canonici Vrbani, ac foranei non tenentur ad inseruiendū Episcopo in Altari, dum priuatè celebrat. Rub. vbi supra, & Vener. *in exam. Episc. l.c. cap. 40. num. 6.* Dum Episcopus Missæ maiori solemniter assistit, sentiunt nonnulli, cum quibus resider Samuell. *l.c. lib. 1. contr. 2. nu. 20.* Circulos ad formam cœrem. *lib. 1. cap. 21.* fieri duntaxat Episcopo à Canonicis Cathedralis, quorum ipse est caput, & circuli denotant membrorum vnionem ad ipsum caput, vt inquiunt Abb. *in cap. Dilectus nu. 7. de Cler. non resid.* & Quarant. *in sum. V. Episcopus nu. 10.* satis tamen congruè videntur fieri etiam per Canonicos Collegiatarum præsertim insignium, qui & dicuntur Senatores, & horum etiam Episcopus est caput, vt dicitur infra Lib. 4. & ita semper cum venerit casus, fuit apud nos in more positum. Porrò prædicti circuli nō fiunt nisi proprio Episcopo, etiam si Missæ per Canonicos cantatæ assisteret Cardinalis, ut notat Castald. *in Prax. cærem. lib. 1. sect. 9. cap. 7. nu. 4:* Verum est, quod si cum Episcopo interesset Cardinalis circuli non conueniunt etiam Episcopo ob honorem Cardinalis, vt benè obseruat Crass. *l.c. cap. 34. & 43.* Post Canonicos præstantior Missæ solemni inseruiens est Magister cœremoniarum; Is Cotta indutus, sit præcipuè sollicitus circa personam Episcopi, exindè circa Canonicos paratos, quibus dum opus fuerit humili voce, vel leui aliquo signo, aut solo intuitu, quæ agenda sunt, ostendat; Capellanos, & Clericos inseruientes non imperiosè, sed leniter sui Officij admoneat, omnibus prouideat, ut omnia rectè, ac ritè fiant; Episcopus, & cæteri ei obediant, etiamsi aliquid non benè annuerit. Magister cœremoniarum debet regulariter stare à cornu Epistolæ, vt notat Gauan. in com. ad rub. Miss. *par. 2. n. 5.* Dum verò Episcopus sedet, ipse quoq. sedeat apud Canonicos assistentes paratos in infimo gradu Sedis Episcopalis. ita aduertit Barb: in sum. Apost. *dec. V. cæremoniarius.* quod officium non decet Canonicū exercere.

(Margin numbers: 88 beside "nicis Cathedralis"; 89 beside "indutus, sit præcipuè")

ita S.C.relatore eodem Doctore. Insignia Pôtificalia cum insinuatis
90 tis Ministris, & apparatu, prout in cœrem. priuatiuè quo ad alias Episcopalis inferiores Dignitates, Episcopo de iure communi cōpetunt: Abb. *in cap. Clerici el 2. de vit. & hon. Cler. nu. 6.* Iacob. de Graff. *dec. par. 2. lib. 3. cap. 25. n. 25.* Daoyz *in suo repert. V. Mytra nu. 1.* Ex priuilegio tamen Apostolico solent concedi aliis Dignitatibus, præsertim primæ, & capiti Collegiatarum insignium tàm Sæcularium, quàm Regularium aliquando cum toto apparatu more Episcoporum, & quandoque cum restrictione expressa, vel cum limitatione, quæ fit a iure, cœrem. & Pontif. aut Sac. Rit. Congreg. Decretis. Hinc est, quod Dignitates inferiores Episcopo ad Ec-
91 clesiam accessuræ pro Diuinis Pontificaliter celebrandis, iisdemq. absolutis, ab Altari recessuræ non sunt à Canonicis associandæ ex Decreto Sac. Cong. ab Alexandro VII. approbato, & typis dato sub die 3. Februar. 1660. Nam huiusmodi associationes, de quibus loquitur cœrem. cōpetunt tantùm Episcopali Dignitati, non autē inferioribus ita antea fuerat decisum à S.R.C. testibus Nouar. loc. cit. *V. Monachi nu. 5.* Barb. *in collect. V. Abbas*, & Gauan: *in man. eod. V. nu. 2. in addit.* quicquid dixerint Tamb. *l. c. disp. 10. nu. 6.* & Castald. vbi supra; Sed quia obuiatio est actus Ciuilis, & in aliquibus locis fit ab Ecclesiasticis fundatori Ecclesiæ vsque ad eius valuas testibus Peyer. in addit. ad Const. Iul. II. *cap. 3. num. 29.* Cassan. *l. c. p. 8. consid. 80.* crederem posse vsq. ad Portam Ecclesiæ
92 à Canonicis fieri primæ Dignitati sæcularis Collegiatæ capiti accedenti aliquibus solemnitatibus ad Ecclesiam Missam Pontificalem celebraturo, dummodo ad id consentiat Episcopus loci Ordinarius, cui tamen non est ius augendi certos, & determinatos tres dies Festiuitatum in quibus Abbatibus, siue Præpositis Ecclesiarum tàm Sæcularium, quàm Regularium in Missarum, & Vesperarum solemnijs operari licet, ac multò minus indulgere potest, vt extra locum in eorum diplomatibus deputatum solemniter celebrent Missam Pontificalem. Tambur. *de iur. Abb. p. 1. disp. 21. q. 3. nu. 6.* & Castr. Pal. *tract. 3. de priuil. d. 4. pun. 6. nu. 7.* & habetur in allegato Sac. Congr. Decreto nuper impresso, in quo ijsdem prohibetur retinere Sedem fixam in Præsbyterio, quod & iam fuerat ordinatum ab Vrb VIII. Const. X incipien. *Exponi Nobis*, vt refert Brancat. *in Epit. Sac. Can. V. Abbas.* & iam pridem ipsis fuerat à S. C. interdictum, ne in pręfatis Missis Pontificalibus vtantur Bireto violacei coloris. Tambur. *l. c. q. 10. nu. eod.*

Antedicti Prælati Regulares, necnon alij Sæculares possidentes Territorium ab iurisdictione Episcopi externè exemptum, pos-

suus

funt in dictis tribus anni Festiuitatibus vti Baldachino in Missis solemnibus, ac vltra ministros Epistolæ, & Euãgelij assumere duos Diaconos, & Presbyterum assistentes, & inseruientes. Gauan. & Brancat. loc. prox. cit. & patet in dicto nouo Decreto, atq; assistere cum Cappa, si eius vsum habeant. ita declarauit S.R.C. sub die 12. Iulij 1638. Alias secus; nam vsus Mytræ, & Cappę haud sunt correlatiua Barb. *in sum. Apost. dec. coll. 196. nu. 5.* prout existunt Baculus, & Mytra, vt notant Nouar. vbi supra *V. Baculus nu. 1.* & Lezzan. *V. Mytra nu. 1.* vbi ponit tres species Mytrę.

Ingredientibus Ecclesiam dictis Prælatis ad Sacrum Pontificaliter obeundum tanguntur Organa, vt disponitur in cęrem. Episc. *lib. 1. cap. 15.* Et quia iste sonus non denotat externam iurisdictio-
93 nē, veluti Baldachinum, quod est tegumen Cathedræ Episcopalis, vt inquit Mart. *de iurisdict. par. 2. cap. 53. n. 6.* sed adhibetur Organū ad maiorē magnificentiā Missę solemnis. Molan. *l. c. cap. 40.* Coster. *in Enchir. tit. de prec.* Henriq *lib. 9. cap. 31.* Non dubito esse pulsādum Organum, dum caput Collegiatæ etiam Episcopo subiectum intrat Ecclesiam pro decantanda Missa Pontificali, quicquid alij
94 senserint, cui Missæ si Episcopus intererit, Sedes celebrantis ponitur à sinistra Altaris, & Cathedra Episcopi à dextera. Vbi verò Episcopus non erit assistens nō potest ibidem suā Episcopalem Sedem habere, sed relinquendus est locus vacuus Sedi Principis Sæcularis interesse cupientis eidē Missę absente Episcopo, quo casu cum Dignitas Principis Laici nō concurrat cum Episcopali pręfertur omnibus aliis Ecclesiasticis à cornu Euangelij, si ibi sibi, competat locus, vt dictum est Lib. II. nu. 60. Quemadmodum à cornu Epistolæ sedet in Præsbyterio Cathedralis in Sede cum duobus gradibus tàm præsente, quàm deficiente Episcopo, cuius Cathedra,
95 hoc est, excelsa Sedes cōtinuò ibi manet fixa cum tribus gradibus, & Ecclesia dicitur Cathedralis ab huiusmodi firma Cathedra, videatur Altograd. *p. 2. conf. 1. per tot.* & aduertendum, quòd non assistente Episcopo, nec Principe Sęculari Missæ Pontificaliter celebrandę in Collegiata, tàm Sæculari, quàm Regulari, licitum erit habere sedem Abbatialem cum duobus gradibus à cornu Euāgelij ita Cast. Id. vbi supra, & censuit S.R.C. in Neapolitana 18. Martij 1617. non tamen fixam, & permanentem. Peyrin. in addit. *cap. 12. num. 2.*

96 Canonici Collegiatarum, qui tantummodo suo principali Prælato subduntur, tenentur ei Missas solemnes decantanti ministrare vt supra, &, dum Diuinis assistit, assistentiam facere necnon ad circulos accedere, prout superius de Episcopo explicauimus. ita Sanchez

Sanchez *in Decal. lib. 7. par. 2. cap. 29. nu. 373.* Qui circuli non conueniunt Præposito Collegiatæ Diœcesis, nec Ciuitatis, qui sit subditus Episcopo. An verò huic Collegiatæ Præposito, siuè Abbati teneantur Canonici sacris Paramentis induti inseruire, dum so-
97 lemniter Missam Pontificalem celebrat, non modica orta fuit cōtrouersia inter Abbatem, & Canonicos huius Ecclesiæ, atque per eundem Abbatem proposito dubio S. R. C. sub die 18. Iunij 1633. fuit respōsum, *Canonicos teneri pro Diacono, & Subdiacono inseruire*, quod Decretum cum fuerit non citata, nec audita parte obtētum, Canonicis supplicitet instantibus fuit ab ead. S. C. commissum Em. Card. S. Ceciliæ Episcopo Lunen. Sarzanæ, vt audiret Abbatē, & Canonicos & cum suo voto referret. Ad fauorem Abbatis vltra dictum, aliud adducebatur Decretū S. C. in vna Cenen. apud Barb. *in collect. 100: nu. 16.* his verbis, *Canonici duo debent ministrare Decano, d m Missam diebus solemnibus cantat. Ad hæc in Cærem. Episc. lib. 2. cap. 7. tit de Fest. Purificat.* legitur, *Canonicus hebdomadarius, seu Dignitas paretur cum duobus Canonicis habitu Diaconali, & Subdiaconali, &c.* ergò tantò magis Canonici, vt supra, parati debeant inseruire primæ Dignitati, & Collegiatæ capiti, dum Missam cū insignibus Pontificalibus decantat; alias eius Priuilegium redderetur elusorium. Exindè pro Abbate fuit allata consultatio Ciarlin: *contr. for. tom. 2. cap. 208.* qua probare intendit Canonicos S. Martini obligatos esse inseruire Archipręsbytero, & capiti eorum Ecclesiæ Collegiatę pro Diacono, & Subdiacono, ac Præsbytero assistēte dum ille solemniter celebrat in eadem Collegiata. Quæ vt supra adducta nil me turbauerunt, dum pro Canonicorum exemptione dicebam Primo omnibus huius Ecclesię Præbendis non inesse ordinem sacrum, & propterea non esse grauandas hoc onere, maximè, quia sunt de iurepatronatus Laicorum. facit. *cap. 2. de trasl. Præl.* & traditā per Nonar. *de grauam: p. 1 grau. 1. nu. 9.*

Secundò ius celebrandi cum Pontificalibus eidem Abbati competit, non ratione Dignitatis, sed ex Priuilegio, quod non debet esse, onerosum, Tertio, sed semper interpratandum sine aliorum præiudicio, nisi expressè hoc dicat, *cap Causam de rescript.* Viuian. *in cap. Quamuis eod. tit.* Paris. *de resig. benef. lib. 12. q. 14. nu. 12.* Rota *p. 1, diuers. decis. 169. nu. 6.*

Tertiò Canonici tenentur inseruire Episcopo, qui est eorum Dominus, & caput principale, & sua interest non habere plures Dominos, quibus seruire cogantur, aliàs indebitè duplici onere pręgrauarentur. Purpurat. *cons. 161. nu. 8. tom. 2.* Tiraquell *de iure primog. q. 4. num. 30.* & Papa non præsumitur, quod voluerit aliquem

duplici

duplici onere grauare: *cap. Mandatum de rescript.*

Ad ea verò, quæ ex aduerso fuerunt adducta, respondi, primum
98 Decretum vti vnica tantum parte informante solitum esse moderari ex melioribus iuribus ab altera allegatis vt declarauit ead. Sac. Cõg in Firmana 23. Maij 1603. Minus viget aliud simile apud Barb. loc. cit. quia in isto subiungitur, Canonicos esse obligatos, quando Mansionarij sunt, impediti in cura Animarum, at in casu nostro dictus Abbas retinet duos Cappellanos pro cura Animarũ, & quando hi in ea essent impediti, non desunt alij Cappellani mercennarij, qui ei, vt supra, possunt ministrare. Nec officit cæremon. supra cit. *tit. de Fest. Purif.* nam ibi circa fin. dicit; *Deinde Diacono, & Subdiacono paratis cum celebrante si sunt Canonici, &c.* Ex quo dicendi modo patet, ministrantes hebdomadario, vel Dignitati posse existere etiam non Canonicos Videlicet, non Canonicos quãdo Præbendæ non sunt distinctæ, & Canonicos, dum possident Præbẽdas Diaconales, & Subdiaconales, quod suadetur ex Decreto Sac. Cong. apud Barb. *in collect. V. Canonici*, in Ecclesia resoluente, Canonicos non esse cogendos ad cantandum Epistolam, vel Euangelium, quando alius Canonicus, vel Dignitas celebrat nisi quando Præbẽdæ sunt distinctæ. ita S. R. C. in vna Tarẽtina die 3. Sept. 1605.

Denique nullius momẽti est insinuata consultatio Ciarlini, cum assertam ab eo obligationem Canonicorum oriri resoluat in illa Collegiata, quia in eius erectione hoc remittitur arbitrio Ordinarij, à quo in actu Visitationis fuit sancitum, Canonicos debere pro Diacono, & Subdiacono inseruire Archipræsbytero, cui iam ministrare consueuerunt; quæ clausula, siuè conditio, non reperitur in
99 Bulla nostræ Collegiatæ, & ideo his Canonicis non est imponenda obligatio sine causa, & iure ad id obligante. *cap. Consuluisti 2. q. 4. & cap. 2. de transl. Prælat.* Neq; adaptari potest, quod dicit d. Ciarl. de illo Archipræsbytero, ipsum manutenendum esse in possessione, nam ab initio huius Collegiatæ, Canonici recusarunt describi per turnum in Tabella, sed tantum aliqui benè affecti erga Primum Abbatem ipsi, vt supra solemniter celebranti, inseruierunt ex humanitate, renuentibus cœteris huiusmodi seruitium præstare, cum autem præfati actus minimè fuerint facti turnatim, non potest iste Abbas, vti remedio manutentionis in possessione, ita fuit resolutũ per Rot. Rom. in Maioricen. de celebr. Miss. 26. Iun. 1652.

Præterea voluntariæ præstationes non habent in se formam præcisè obligationis. Abb. *in cap. ex parte nu. 2. de concess. Præb.* Decian. *cons. 67. nu. 77. vol. 2.* Nouar. vbi supra *graua. 10. nu. 4.* Hæc, & alia, quæ à me fuerunt insinuata ad fauorem Canonicorum induxerunt

Abbatem

Abbatem recipere dictum Ministerium ex mera humanitate; & sic
hilari animo maior pars Canonicorũ non solum inseruit pro Pres-
100 bytero, Diacono, & Subdiacono, sed etiam pro Diaconis assisten-
tibus, qui adhibentur sciente, & non reluctante Episcopo, quem
puto posse permittere ad tempus, cum regulariter quiuis valeat
fauori, & priuilegio pro se introducto renunciare, *cap. Cum nobis de elect. cap. Quod ob gratiam de reg. iur. in 6.*

Dignitates inferiores Episcopi non habentes Priuilegiũ cantãdi
Missam cum ornamentis Pontificalibus, ea sibi acquisita remanẽt,
101 si bona fide his vsi sunt spatio quadraginta annorum. Abb. *in cap. 1. de præscript. in fin.* Tamb. *l. c. d. 19. q. 2.* Campanill. *diuers. rubr. 1. in prol. sum. num. 7.* & eò magis hęc præscribuntur per consuetudinem, cuius omninò ignotum est exordium. *glos. in cap. 1. de præscript. in cap. Nemo de iudic. & in cap. Cum contingat de for. compet.* Gram. *dec. 64. nu. 3. 4.* Moron. *resp. 12. nu. 33.* Ante præscriptionem vtentes dictis insignibus in Missis solemnibus peccant, cum nemo possit sine culpa excedere metas sui Priuilegij, *cap. Porrò de priuil. D. Bern. in spec. cap. 4.* Post insinuatam verò consuetudinem liberum est tàm Canonicis, quàm alijs Ministris inseruire in Altari dictis Dignitatibus more Episcoporum in omnibus celebrantibus, vt docent Innoc. *in cap. Cum olim nu. 2. de præscript.* Abb. *in cap. Ad hæc nu. 4. de excess. Prælat.*

Non idcircò iuuaret allegare præscriptionem pro obligãdis Canonicis huius Collegiatæ ad inseruiendum, & assistendum Abbati vt supra attentis ijs, quæ superius scripsimus cum DD. allegatis, quibus adde Ceual. *dec. 286.* Mar. Ital. *lib. 1. de immun. cap. 6 §. 1.* qui dicunt, subiectum voluntarium nõ subiacere necessitati. Et quamuis olim manuscriptis affirmauerim, Consules Vniuersitatis stante consuetudine 40. annorum, & vltra: nón posse recedere à porrigendo quot annis certos cereos, & nummos pro celebrando Festo S. Rocchi; Hoc non repugnat doctrinæ mox allatæ, quia testantur Seniores Ciuitatis, se audiuisse a suis maioribus huiusmodi Festũ celebrari ex voto emisso occasione Pestilentiæ, & sic pręsumptio
102 non stat pro libertate, sed pro voto, quod habet vim pręcepti, & transit in Populum successorem Suarez *de relig. lib. 4. cap. 9. in fin.* Pont. *de Matrim. lib. 10. cap. 1. nu. 3.* Sa *V. Festum nu. 3.* Salas *p. 2. tr. 8. d. vnic. sect. 17. nu. 164.* Quod votum non potest virtute Iubilæi à Confessario commutári, quia indultum non cõceditur Commu-
103 nitati, sed singulis Fidelibus, vt notat Trullen. in expos. Bull. Cruc. *lib. 1. cap. 3. d. 5. nu. 12.* Et licet dictum votum dicatur emissum de faciendo solemniter in hac Ecclesia cantari Missam D. Rocchi, &

Processione

Processione in eius peruigilio, quod sacrum ad præsens non potest celebrari, nisi in Ecclesijs Sancto dicatis, ob nouum S.C. decretum apud Barb. in coll. *V. Officia nu.26.* adhuc interpretatio facienda est, vt actus sustineatur. Rolan. *conf.61. nu.23. lib.3.* Roman. *conf.* 180. & Purpurat. *cons. 2. nu.22. p.1*: & ita prædictum votum accipi debet, quod qui illud emiserunt voluerunt successoribus imponere onus faciendi decantari Missam eo die cum pluribus Ministris, eo ritu, quo ipsamet die celebrat Ecclesia, ita in casu ferê proprio tradit Pasqual. *cent.1. quæst.72.*

At esto, quod non esset votum, cum dicta Vniuersitas cursu non
104 solum dicem, sed triginta annorum, & vltra continuatè persoluerit vniformem stipem, vt à Clero fieret illud reciprocum, & correspectiuum, induxit sufficientem obligationem in futurum; quia datio non est pura. Abb. *in cap. Suam nu.8. de Simon.* Fely. *in cap. Cum M. de const. nu.21.* Marta *de iurisd. p.2. cap.34. nu.35.* Nouar. *de Priu. miser. pers. priuil.24. nu.3.* vbi plures cumulat. Et potest Episcopus compellere ad eius obseruantiam. Abb. *in cap. Ad Apostolicam d. tit. nu.4.* Fely. Barb. ibid. Genuen. *QQ. pract. q.47. nu.9.* Homob. *in consult.2. tom. par.6. res.68.* Fragos. *l.c. lib.2. d.4. S.4. num.336.* Quemadmodum potest cogere Populum ad præstandam solitam eleemosynam Prædicatori. vt post alios docet Ricciul. *lucubr. Eccles. lib.5. cap.5. nu.13.* Ex quibus etiam benè infertur, eandem Vniuersitatem à tempore immemorabili dare solitam in Festo Purificationis B.V. candelam certi ponderis Vicario foraneo, non posse recedere ab huiusmodi prestatione, quia non est purè facultatiua, sed introducta in quamdam recognitionem. Onerum, quæ
105 idem Vicarius in commodum, & seruitium Populi sustinet. ita colligitur ex Vulp. in Prax. Iud. *l.c. cap.14. n.1.* & manifestè ex Moron. vbi supra *resp.27. nu.21.* Nec alicuius mom̃eti est dicere, quod idem Vicarius habet suam Candelam ferè eiusdem ponderis, vti Canonicus, nam Romæ tot candelæ benedictæ à Papa dantur Prælatis, quot hi officia ibidem retinent. Videte Rub. in suis singul. l.c. Nec possũt ab eadem Vniuersitate minui candelę per lõgum tempus consuetæ dari Canonicis, cum & his dentur ex causa onerosa. Facit quod scribit Leoncill. *de priu. paup. par.2. priu.117.*

Et propterea decennalem consuetudinem obligare Prelatum in solemnioribus Festis Prandium præbere Canonicis, qui ei inseruierunt in Missa solemni, resoluit Homob. *in com. p.3. tr.14. q.13. res.2.* & ita seruari in Ecclesia Gadauen. testatur Bellam. *cons.* 31. Atque in simili causa vertente inter Episcopum Mutinæ, & eius Capitulum, fuit pronunciatum Canonicos manutenendos esse

in possessione recipiendi à suo Episcopo septem conuiuia in anno in Episcopali Palatio. ita refert Vghell de Episc: Ital. *tom. 2. lit. C. fol. 254*. Ac pręciso huiusmodi vsu, conueniens esse Episcopū Canonicis, qui sibi in Missa inseruierunt, Prandium ministrare asserunt Crass: *l.c. lib. 2. cap. 3.* & Ant. de Litt *in fine suæ sum.* Quod multò magis efficere conuenit Præposito Collegiatæ, cui Canonici ex mera voluntate, vt supra inseruiunt. Quod si Canonici consueuerint aliquod munus Episcopo conferre, non valet, nisi id fit quadraginta annorum interuallo, præscriptum, & nunquam fuerit interruptum: siquidem magis decet Patrem donare filijs, quam filios Patri. Vulp. in Prax *l.c. cap 14. nu. 20.*

106 Dum occurrit, Principem Ciuitatis, vel loci diebus Festis accedere ad Ecclesiam tempore, quo cantatur Missa solemnis, duo Canonici occurrunt ad Ostium Templi, ac ipsum comitantur ad Sedem suo loco paratam. ita censuit Sac Cong. penes Barb. *de Can: cap. 32. nu. vlt.* At si Diuina nondum fuerint incepta, fas erit omnibus Capitularibus eidem Principi obuiare vsque ad portam Ecclesiæ, opportunas cæremonias faciendo, vt tradit Castal. *lib. 2. sect. 1. cap. 4. nu. 11.*

Nouo autem Principi prima vice, qua extra tempus Diuinorū ingreditur maiorem Ecclesiam Ciuitatis, vbi habet Aulam, & Domicilium, vltra prædictas cœremonias datur Pax, & incensatur triplici ductu, cantando postea, vt scribit Polac. *l.c. nu. 69.*

℣. Saluum fac N. Principem nostrum. ℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilio de Sancto. ℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Fiat Pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Domine exaudi orationem meā. ℟. Et clamor, &c. ℣. Dominus vobiscū.
℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DEus, cui omnis Potestas, & Dignitas famulatur, da huic famulo tuo Principi nostro N: prosperum suæ Dignitatis effectum, in qua te semper teneat, tibique iugiter placere contendat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Et redeuntes ad rem, vndè parum discessimus, aduertere oportet in regulis Missalis, & cęrem. *lib. 2. cap. 21.* ordinari, vt diebus Dominicis fiat Aspersio Aquæ benedictę per Sacerdotem celebrātem, qui in infimo Altaris genuflexus medius inter solitos duos Ministros accipit ex manibus Diaconi Aspersorium cum Aqua benedicta, & intonando Antiphonam ter aspergit Altare, deinde se, & erectus Ministros Clerum, & Populum in signum puritatis

animi

animi requisitæ in tam Diuino Sacrificio. Val. *tom. 4. d. 6. q. 11. pun. 3.*

Prima Dignitas Collegiatæ gaudens Insignibus Pontificalibus, si aliqua die Dominica voluerit Missam Pontificalem decantare, non debet per se facere Aspersionem Aquæ benedictę, sed fiat ab aliquo Cappellano cum Cotta, & Stolla procedente in medio duorum Accolitorũ. Quaran. *in sum. V. Diuinum Officium.* Prax. Neap. *cap 65. n 3.* Lezan. *l. c. cap. 21. n. 23.* Si verò non habeat vsũ Myttræ, ad ipsam prout ad cœteras Dignitates, & Canonicos celebrantes spectat cũ Pluuiali & Ministris. ita declarauit S. R. C. relatore Barb. *sum. collect. 39. n. 3.* Quæ aspersio si fiat præsente Episcopo; celebrans procedit solus ad huiusmodi functionem. *Cerem. l. c.* & prius Aspergillum Episcopo porrigit osculando illud, & manus Episcopi quo abnuente accipere, celebrans eum aspergat faciendo inclinationem profundam ante, & post. vt notat Polac. vbi supra *p. 2. cærem. 7.* deindè Canonicos singillatim incipiendo ab ea parte Chori, vbi hebdomada celebratur. Barb. loc. prox. cit. *cap. 34. num. 2.* Aspersio Cappellanorum, & Populi fit vnico ductu in circulum simul, non singulorum, ut dictum est de Canonicis, qui ad maiorẽ eorum venerationem singulariter asperguntur, cum inclinatione, ante, & post totam Aspersionem. Arnaud: in Epit. *p. 4. cap. 19. nu. 6.* Quando in Canonicos aqua Sancta perfunditur, debent hi detecto capite, amoto etiam Pileolo se parum inclinare, considerantes, quod illa aspersio feruore in Deum recepta valet ad remittenda peccata venialia. Valent *in concord iur. in proem. 6. lib. Decret. n. 5.* Necnon ad pellendos corporis morbos. videte Baron. anno 152. & alibi. Terminata aspersione celebrans, reuersus ad infimum Altaris gradum, dicit Orationem, exinde ibi sumit Manipulum, & Casulam, incipiendo Missam, vt habetur in *cęrem. lib 2. cap. 31.* Alijs verò Festis Dignitas, uel Canonicus celebrãs omnibus Missalibus

108 indumentis vestitus exit de Sacristia cum Diacono, & Subdiacono paratis, ac cum Præsbytero assistente cum Pluuiali, si adsit. consuetudo vtendi huiusmodi assistentia. S. C. apud Barb. *coll. 46. num. 15.* Et quoniam, vt ait D. Cyprian: *in expos. Orat: Dominica Deo placendum est etiam in habitu Corporis,* celebrans, & Ministri iunctis manibus, dimissis oculis: operto capite procedant ad Altare, nemine per viam salutando, etiamsi obuiet Princeps, cui satis erit caput Bireto Clericali copertum inclinare. ita Polac. vbi supra *cærem 4. nu. 6. in addit* In Ecclesijs, vbi Præbendæ sunt distinctæ possidentes Præbendas Diaconales, & Subdiaconales tenentur, vt supra, inser-

109 uire, etiam si cantans Missam sit coadiutor Canonici. ita declara-

Bb 2 uit

uit Sac. Congr. *ad cap. 7. sect. 25.*

Nullatenus verò præfati Canonici remanent obnoxij pro Diacono, & Subdiacono inseruire alicui Cappellano de Mensa Missã
110 Maiorem decantanti. Imol *in cap. Cum certum n. 2. de maior. & obed.* & expressè declarauit S.R.C. in vna Materan. 5. Iulij 1614. non obstante quacunque consuetudine, quæ potius esset corruptela, nam dicti Cappellani dicuntur habere Beneficia seruitoria, & reputantur tanquam serui ipsius Ecclesiæ. *cap. penult. de Cler. non resid.* vbi glos: *in V. Assisos*, & docet Antonell. *l.c. lib. 4. cap. vlt. nu. 2.* & penes ipsos manet necessitas inseruiendi Canonicis, non è contra. Zabarell. *in cap. 1. de maior. & obed.* & Rot: coram D. Merlino 3. *Decembr.* 1635. & indecorum videretur, quod Canonici ad inseruiendum Cappellanis essent adstricti. Ant. de Prec. *in tr. de iurisd. cap. 6 nu. 9.* Daoy. *V. maior*, & Farinac. *decis. 416. par. pr.* In casu tamen necessitatis rem incongruam non efficerent Canonici Cappellano Sacrum decantanti Ministrãdo pro Diacono, & Subdiacono. ita censuit *S.R.C. in Vna Camaioris Lucanæ Diœcesis die 7. Nouẽb. 1652.*

Dignitates Collegiatarum, habentes insuper in eadem Ecclesia
111 Præbendam Diaconalem, non eximuntur à cantando Euangelium per se, dum aliquis Canonicus Missam conuentualẽ celebrat. Hurtad. *p. 4. tit. de oblig. Sacerd. tr. 2. cap. 5. nu. 210.* & determinauit S. C. apud Marzill. *lib. 2. tit. de conf.* Nec dicatur incongruum Dignitates inseruire simplici Canonico, ad tradità per Theod. *rub. sing. p. 6. obseru: 14. nu. 1.* Marc. *dec. 1266. lib: 1.* Quia Dignitas non coacta descendit ad Minora officia, sed spontè; & volẽti non fit iniuria. Multò magis Canonici, ad Diaconales, & Subdiaconales insti-
112 tuti, tenentur personaliter in suo Officio ministrare. Less *de iust. & iur: lib. 2. cap. 34. nu. 184.* Farinacc. *p. 5. dec. 559. nu. 3.* Rot. *p. 4. diuer. dec. 659.* & decreuit Conc. Trid. *sess: 24. cap. 12. de ref.* & contrafacientes non excusantur à graui culpa, & si id per alios fieri procurent, nisi quis fuerit legitimè impeditus. Homob. *de stat. Vit. hum. p. 1. cap. 9.* Hurtad. vbi supra *num. 209.* Hoc enim impedimento interueniente possunt substituere alium Concanonicum non autem alterius Collegiatę, vel exterum Sacerdotem. ita Sac. Cong. apud Nicol. *V. Canonicus nu. 30.* Atq. eo grauiore peccato se commaculat gaudens Præbenda Præsbyterali, dum non facit hebdomadam, ac non cantat Missam, sed alijs Canonicis absq; causa vicem suã committit. Nec valet allegare cõsuetudinem substituendi in dictis muneribus, quia tollitur à Conc. Trid. loc. mox allegato. Si tamen id facere esset consuetum à tempore, de quo non est memoria in contrarium nullum committeretur peccatum, ad tradita per Grat.

discept.

discept.for. tom.4. cap.80. nu.7. Petrell. *l.c. lect.13. nu.14.* Bonac. *de hor.can. d 2. q.5. p.6. nu 17.* Castr. Pal. *to.2 tr. 13. d. 3. p. 9. nu.10.* Ciarlin. *to.1. cap.92. nu.44.* Magna profectò est vis consuetudinis immemorabilis cui nunquam intelligitur derogatum, nisi hoc specialiter exprimatur. Barb. *de clauf. vsu freq.32. nu.3.* & non sufficit dicere non obstante quacunque consuetudine *glos. in Clem. Statutum de elect.* Innoc. *in cap. Cum tanto de consuet.* Alagon *ibid.* Portel. *p.2. cas.6. nu.13.* Gonzal. *super 8. reg. Cancell. glos.33. nu.9.* Suarez *de leg. lib.7. cap. 10. n.11.* Ob huiusmodi immemorabilem, ac paruũ numerum Capitularium tolleratur à pientissimo Episcopo, vt Diaconales, & Subdiaconales in Cathedrali Sarzanæ possidentes, sint exempti ab onere cantandi Euangelium, & Epistolam, dum cantat alius Canonicus, in eorum locum, suffultis duobus simplicibus Presbyteris, cum quo, & ipsi Diaconi, & Subdiaconi Canonici ob paruum numerum Collegarũ per se cantant Missas Maiores turnatim, vt alij Sacerdotales Præbendas obtinentes, ad quem cantum non essent adstricti, qui iuxta munus eorum Præbendis annexum, vt superius dictum est, inseruirent. Præbendæ Cathedralis Ecclesiæ esse debent partim Sacerdotales, partim Diaconales, & ex parte Subdiaconales ita determinauit S.C. apud Ricc. *in P. ax. res. 338.*
113 *p.2.* quæ sic appellantur à Sacris Ordinibus illis annexis.

Et quia Missæ conuentualis celebratio est magis necessaria, partes sunt Episcopi curare, vt in Cathedrali dimidia Canonicorũ pars sint Præsbyteri, & cœteri Diaconi, & Subdiaconi, vt post alios docet Sanchez *consf p 2. lib 7. cap.3. dub.48. nu.7.* & hæc designatio facienda est non Personis, sed Præbendis, etiamsi existant de iurepatronatus Laicorum. Gordon. *mor. lib.8. q.6. cap 3.* Garc. *de ben. p.3. cap 2. nu. 244: in addit.* Quòd si ab immemorabili tempore omnes Canonicatus essent Præsbyterales, non posset Episcopus Canonicos compellere ad distinguendas Præbendas etiam in Diaconales, ac Subdiaconales ob vim immemorabilis consuetudinis. Ad Canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ de iure non exigitur dicta Præbendarum partitio, nec aliquis ordo ex Sacris; vt tradunt Petr.
114 de Anchar. Io. And. Innoc. Ant. de But. Abb. & alij scribentes *super cap.2. de instit* sed sufficit aliquis ordo ex minoribus, vel prima tonsura. ita Paris. *consf.125. vol.4* Grat. *discept. for. cap.482. nu.12.* Possũt præfati Ordines Sacri in primęua Canonicatuum institutione Præbendis Ecclesiæ Collegiatæ annecti. *cap. Cui de non Sacerdotali de Præb. in 6.* Anchar. & Barb. ibidem *nu.2.* quod etiã de consuetudine potest introduci Gemin *super d. cap: Cui nu.2.* Less *de iust, & iur. l c. cap.34. d.19. nu.106.* & sufficit decennalis. Bonac. de

distrib.

distr. disp 2. *q.* 3. *pun.* 1. *nu.* 5. Non ſunt autem Canonicatus, & Præ-
bendæ in Collegiatis reputandę Sacerdotales eo, quod Canonici
anteceſſores ſemper fuerunt Sacerdotes, vt aduertit Duran. *dec.* 246
nu. 6. *p* 1. Niſi per ſtatutum diſponatur Præbendas illius Eccleſiæ
non poſse conferri, niſi Sacerdoti. Abb. *cap Cum in cunctis nu.* 11. *de*
elect. Inſurrexit dubium apud nos; an iſti Canonicatus, & Præben-
dę ſint Sacerdotales ex eo, quia in ſtatutis diſponitur, quod omnes
115 Canonici per turnum hebdomadatim decantent Miſſam Capitula-
rem: ad quod affirmatiuè reſpondet Ciarlin: *l. c. cap.* 38. idque plu-
ribus rationibus confirmant, quibus minimè refragantibus adhæ-
reo conſultationi doctiſſimi Mancini, quam vti ſingularem nectit
Barb. *in Vot. decis. lib.* 3. *Vot.* 113. Vbi reiectis rationibus Ciarl. ſa-
tis probat per indicata verba mox allegati ſtatuti; Præbendas non
fieri Sacerdotales, nec ex impoſitione dicti oneris celebrandi ge-
neraliter Canonicis impoſiti, eſſe in indiuiduo annexum onus can-
tandi Miſſas conuentuales per ſe cuilibet Canonico, ſed quemlibet
teneri celebrare, aut celebrari facere præfatas Miſſas; videatur
Marcheſ: *de commiſſ. to* 1. *fol.* 140. Multò minus dicenda eſt Præ-
benda Presbyteralis ob obligatione Miſſæ planæ eidem Prębendæ
Collegiatæ in fundatione annexæ. Rot. *p.* 2. *recent. dec.* 336. *num.* 2.
116 Ludouiſ: *dec.* 108. *nu.* 7. *& in addit. nu.* 15. Et quamuis in hoc caſu
fundator referret dictum onus Præbendato non aufert facultatem
per alium celebrandi. Mancin. vbi ſupra *nu:* 14. Gonzal *l. c.* gloſ. 5.
nu. 78. Farinac. *dec.* 65. *nu* 2. *to.* 1. *in poſth.* Ratio eſt, qua illa relatio
non ſtat diſpoſitiuè ad qualitatem perſonæ, ſed demonſtratiuê ad
illud onus. Lotther. *de re ben. lib.* 2. *q.* 47. *nu.* 35. Barb. loc. ſtatim cit.
Vot. 111. *nu.* 5. & 7.

Ex quibus, licet in hac Collegiata nonnullis Præbēdis inſit onus
celebrandi Miſſas planas, benè conferuntur tam in minoribus, quā
in Sacris Ordinibus conſtitutis, qui omnes, & ſinguli conſtituuntur
per orbem hebdomadarij, & qui non eſt Presbyter, curat per Con-
canonicum Sacerdotem muneri ſuæ hebdomadæ reſpondere, in
Choro, & in Altari, & ſtante, quod Præbendę nullum ordinem Sa-
crum habent annexum, in mea ſemper fuit opinione ſententia; Ca-
nonicum hebdomadarium etiam Sacerdotem liberè poſſe alium
Capitularem idoneum ſubſtituere, qui eius loco Miſſam conuen-
tualem cantet, nam penes Capitulum reſidet, vt ſupra, cantandi
117 formale onus, cui reſpondetur tam per vnum, quam per alium de
eodem Collegio; Nec obſtat Canonicos teneri per ſe munia ſua
obire, ex cap. allegato Conc. Trid. quia loquitur vbi Præbendæ ha-
bent annexum ordinem Sacrum, & huic meæ opinioni poſt hæc
ſcripta,

scripta, vidi faciens Decretum à Sacr. Episc. & Reg: Cong. sub die 11. Aug. 1596. his verbis emanatum; *Canonici vbi non sunt ordines distincti possunt seruire in functionibus, quæ ad eos spectant, pro altero, exceptis in recitandis horis Canonicis.*

Hic appositè resoluendum venit illud quæsitum, quid agendum si Canonici Collegiatæ ferè omnes essent tantum minoribus ini-
118 tiati ordinibus, respondetur, posse Episcopum iuxta necessitatem Ecclesiæ aliquos minorum ordinum Canonicos ad recipiendum Sacerdotium compellere, vt commodè Missarum Capitularium oneri satisfaciant. vt ex cap *Quis de ætat. & qual. Ordin. num:* 12. docet Io: And. & sequitur Abb: ibid *nu. 6 & in cap. Extirpandæ nu:* 3. *de Præb.* idem sentiunt Host. *in cap. Ecclesias n. Vlt. de inst it.* Daoyz *l.c: V. Clericus nu.* 25. Sanchez *cons lib:7. cap. 1. d 29. n* 3. Boer. *dec:* 171. *nu.* 2. Bonac. *de distr. d.* 2. *q.* 3. *pun.* 1. Monet *eod. tract. p.* 2. *q:* 20. *nu.* 17. Genuen: *QQ. Eccles q:* 21. *nu:* 5. *& q.* 298. Atq. hæc Episcopi potestas extenditur ad Canonicos institutos in Præbendis de iurepatronatus Laicorum Abb. *in cap. Cum accessissent nu.* 5. *de consti.* Fely. ibid. Ant. de Butr. *in cap cum nobis de iure patr.*

119 Missa conuentualis cantanda est ad Aram maximam, vt notant Valen. *tom 4. d. 6. quæst:* 11. *p.* 3 Bellerm. *controu. to:* 3. *lib.* 2. *cap:* 9. Ratio est, quia ad Altare prædictum ponitur titulus ipsius Ecclesiæ. vt obseruant Dnn. de Nob. *d* 31. *nu.* 49. & quando eadem die à rubricis præscribuntur duæ Missæ ambæ decantantur in eodem Altari maiori, videlicet ea, de qua fit Officium in Choro ab hebdomadario, & altera, à Canonico qui fuit hebdomadarius in Septimana maximè elapsa. Ita seruatur in Collegiatis benè Regularis. Si tamen fiat Officium in Choro de Sancto Titulari alicuius Cappellaniæ eiusdem Ecclesiæ, vel Populus habeat deuotionem erga aliquem Sãctum in aliquo ex Altaribus minoribus Picturis expressum, vel ex alia rationabili causa, non erit incongruum in minori Altari solemniter celebrare. Card. Paleot. in Archiepisc. Bonon. *p.* 3. *tit. de Diu. off:* 5. *q.* Canonicus, seu Dignitas Missam capitularem solemniter celebrans stans in infimo Altaris gradu voce intellegibili, sed humiliori voce, quam diximus in Missa plana, dicit psalmum *Iudica, &c.* & Ministri indè stantes eodem tono prosequun-
120 tur, vt in Missali, interim Canonici in Choro genuflectunt ad confessionem, vt docet Rubrica, quæ intelligitur si in Choro adsint Cappellani, qui cantant introitum, quod pariter repetitur ab eodẽ Choro, non ab Organo *ceremo: libr.* 1. *cap:* 18. Si enim deficiãt Cappellani, Canonici non genuflectunt, sed stantes ad Lectorile cantãt Introitum. Gauan. *in com. par.* 1. *tit.* 17. *nu* 5. Antequam celebrans incipiat

incipiat Missæ introitum, stans in medio Altaris ibi accipit à Diacono Coclear. cum quo fumit ter incensum ex Nauicula, & modo præscripto in cærem. incensat Altare. ita elicitur ex rub. Miss. *tit.* 4. *nu.* 4. & satis probat Bordon. *conf. par.* 2 *resol* 64. *nu.* 3. Idemq. seruandum est quotiescunq. in Missis immittitur Thus in Thurribulū.

In Vesperis autem osculato Altari ad medium vadit ad cornu Epistolæ, ibiquè ponit Thus in Thurribulum, & rediens ad mediū incensat Altare, vt in Missa. ita *cærom. p.* 2. *cap.* 3. Spicileg. *l. c. fol.* 54. Dum celebrans ante medium Altaris transit, genuflectit, si ibi fuerit SS. Sacramentum in Ciborio, sin autem caput Cruci inclinat; Ministri verò, si non fuerint Canonici semper genuflectere debent. ita nouæ Rubricæ Missalis, & cantante Choro *Kyrie eleison*, Hymnum Angelicum graduale, ac Symbolum Sacerdos, Diaconus, & Subdiaconus sedent ex parte Epistolæ, vt notat Castald. in Prax. *lib.* 2. *sect.* 9. *cap.* 1. *nu.* 7. In Missis Natiuitatis Domini, & Annunciationis B. V. M. dum à Choro, cantantur, *Et Incarnatus est*, genuflectunt ante Altare: alijs verò diebus non discedunt à Sede, & ibi caput tantum inclinant ita *Rubr. Miss. ref.*

In Altari, in quo est expositū Sanctissimum Sacramentum, maximè decet, ne celebrentur Missæ solemnes, siuè planæ. *cærem. lib.* 1.

122 *cap.* . Occurrente verò ex aliqua causa, vt in Festo Corporis Christi, vel occasione quadraginta Horarum, vel alia simili, Sacrum solemne fieri, vel Vesperas decantari, quibus Episcopus assistat Pontificalibus ornamentis indutus, iste solus potest in præsentia Diuinissimi Sacramenti patenter expositi sedere in sua Sede sine Mytra, prout ex cærem. docet Barb. *in vot. decis. to.* 2. *vot.* 115. *n.* 8. celebrās verò non discedit ab Altari cum suis Ministris, vel aperto capite stant erecti à cornu Epistolę loco consueto, sic petit reuerentia, quę tanto debetur Sacramento. vndè Tertullianus *de Orat. cap.* 13. reprehendit quorundam Laicorum abusum sedendi exposito Sacratissimi CHRISTI Corpore.

Dum Epistola, & Euangelium, à Subdiacono, & Diacono res-

123 pectiuè decantantur, celebrans tenetur ea legere in Altari, vt post alios notant Aluar. *l. c. V. Missa nu.* 43. & Fernandez vbi supra S. 12. & in hoc non sunt audiendi Nau. quem citat, & sequitur Sanchez *l. c. cap.* 3. *d.* 13. *in fin:* & alij apud Bauc: vbi supr. arbitrantes satis, immò satiùs esse attentè audire, quæ dicti Ministri cantant. In diebus Sāctioris hebdomadæ, quibus canitur Passio, eximitur celebrās à legendo Passionis verba, quæ cantantur à duobus secum paratis Diaconis, dummodo ipse Sacerdos suam partem concinat, vt post Henriq. adnotauit Posseu. *de off. Cur. cap.* 2. *nu.* 4. & Polac. *l. c.*

p. 2.

p. 2. c. arem. 7. at reprobandus est, prout improbatur à Gauan. l. c. p. 4. tit. 7. nu. 25. Vsus aliquarum Ecclesiarum, in quibus Passio canitur ad Altare, vbi fit Sacrum partim à celebrante, partim à Diacono, & ex parte à Subdiacono, nam cantantes in Altari sacris Vestimentis vestiti Euangelium Passionis debent esse Diaconi, in quorum vnius penuriam, tota Passio decantatur à solo Diacono, vel à celebrante. vt elicitur ex rubrica Missalis suo proprio loco.

Cæterum si Passio cantetur in suggestu, vel in Choro, aut alio loco Ecclesiæ extra Altare, in quo celebratur Missa maior, non solùm Subdiaconi, sed & minorum Clerici cantant quamlibet Passionis
125 partem. Em. Sà V. Clericus, Victorell. in addit. ibid. Say. in flor. lib. 3. tit. de celebr. Miss. decis. 9. Quinimò Laici Musici cantant verba, quæ dicuntur a Turba, vt notat Guidett. in lib. Pass. cum Notis à se compositis, Romæ nuper impresso: quo casu celebrans debet in Altari submissa voce totam Passionem percurrere. In Collegiatis Dominica Palmarum, & feria sexta in Parasceue Passio concinitur
126 in Pulpito à tribus Canonicis in cătu peritioribus; feria autem tertia, & quarta à tribus Cappellanis, Guidett. vbi supr. & ita seruatur de consuetudine. In cœteris Missis solemnibus Diaconus Euangelij suo tempore ponit suum Missale in Altari, & genuflexus dicit Iube Domne, &c. celebrans immisso Incenso, vt supra, stat pro maiori commoditate à latere Euangelij, & non omninò conuersus, ei impertitur Benedictionem, vt benè aduertit Bordon. conf. p. 2. resol. 64. n. 5. moxquè se retrahit ad cornu Epistolæ, ibiq. verba Euangelij deuotè auscultat erectus, prout stant cœteri omnes tam Ecclesiastici, quàm Laici; ad denotandum, nos esse paratos in defensionem Euangelij, cap. Apostolica de consecr. d. 1. Turrecr. sup. eod. cap. n. 1. Missa suo ordine est prosequenda, legitimè autem interrumpitur ob concionem, oblationes à Populo solitas fieri. Ob Lectionem
127 Edictorum, aut Constitutionum, quæ à Curato, vel Cappellano in Ambone legi, & publicari debent statim decantato Euangelio ex Henriq. in sum. lib. 9. cap. 30. Homob. consult. p. 5. resp. 83. Ghilini. l. c. nu. 9. Iuxta hæc celebrans in medio Altaris alta voce intonat Credo in vnum Deum, & humili voce cum Ministris prosequitur vsque ad finem; mox cum his vadit ad sedendum in loco solito quo ad vsq; finiatur Symbolum, quod est Professio nostræ Fidei, & ideò non alternatim cum Organo, sed totum alta voce cătatur à Choro. Vt ad. uertit Molan. de Can. lib. 2. cap. 40. & reuersus ad Altare peracta Panis, & Vini oblatione, & Altaris Turrificatione triplici ducta in cornu Epistolæ incensatur à Diacono, qui postea accedit ad Chorū, vbi ter Thurrificat Collegiatæ Præpositum, vbi est cōsuetudo, quę non improbatur à Polac. l. c. fol. 240. & alias Dignitates, & Cano-

C c nicos

nicos duplici ductu, vt dictum est Lib. I. Si Diaconus Euāgelij fuerit Canonicus incensatis Dignitatibus, & Canonicis in Choro, re-
128 dit ad Altare, ac incensat Subdiaconum associatus a Magistro Ceremoniarum, à quo, vel a Cappellano de mensa pro loci consuetudine, ipse Diaconus incensatur. ita cerem. *lib. 1. cap.* & S. C. teste Gauant. in Man. Episc. *V. Can. mun. nu. 22. in addit.* Successiuè idem cæremoniarum Magister Thurrificat Cappellanos sine mora vnico ductu, ita declarauit S. R. C. relatore Barb. *in sum. Decr. Apost. collect. 703. nu. 31.* At verò si Diaconus Euangelij fuerit Cappellanus, seruat eundem Ritum in incensationibus, sed dum incensat Canonicos prius, & postea caput profunde inclinat, & ceteris inferioribus de Choro nullam facit inclinationem Crass. *lib. 1. cap. 35. & cap. 47.* Priusquā Canonicus Thurrificationem in Choro recipiat, deposito pileolo stet erectus quasi extra suum stallum, cui nullatenus innitatur, & Canonicum suo ordine subsequentem modica capitis dimissione inuitet ad thurrificationem prius capiendam, quā postea modestè recipiat. cærem. vbi supra; atque eadem Vrbanitas facienda est etiam à Dignitate subsequenti Canonico vt notat Theob. in Spicil. *lib. 1. cap. 19. nu. 3.* Conueniens, & erit Collegiatæ caput idem efficere leuiori tamen capitis inclinatione, quæ fit non respectu Thurrificationis, sed conditionis, & qualitatis Personarū. Crass. *lib. 1. cap. 22. & cærem. cap. 24.* vbi cætera disponuntur circa hanc materiam etiam præsente Episcopo, Missæ cantatæ, cui si aderit Princeps loci, triplici ductu incensatur ante Canonicos, & Dignitates tam Collegiatæ, quàm Cathedralis Ecclesiæ post celebrantem Castald. *l. c. sect. 8. cap. 1. nu. 5.* idem sequitur de Magistratibus Supremis. ita declarauit S. R. C. referente Barb. *l. c. collect. 465. n. 8.* Alij verò Magistratus minores, vt Consules, Commissarij, quibus propoitum sedium ab alijs distinctum parari solet, (& de his loquitur Duard. in Bulla cœn. *can. 19. q. 2. num. 3.*) incensantur æquis ductibus prout Canonici, sed post eos tam in suis Ecclesijs, quàm in alijs, ad quas simul reperiuntur. Barb. *de Can. & Dignit. cap. 18. in fin.*

Prothonotarijs honorarijs, qui præfatæ Missæ Conuentuali cantatæ per Canonicos debent extra Chorum, & Præsbyterium permanere in Naui Ecclesiæ mixti cum Populo, nulla competit incensatio nec antè, nec post Canonicos, sed solum fruuntur ea, quæ ab Accolito in medio Presbyterij datur omnibus considentibus in Ecclesia triplici ductu, vt significetur diffusio Diuinæ gratiæ in Populū in nomine Trinitatis; prima in medio, secunda à dextris, tertia à sinistris: quæ dextera pars est illa, quæ respondet manui sinistræ incensantis, & pars sinistra quæ respondet ipsius manui dexte-

ræ

ix, vt aduertit Bordon. *in tract. de praeced. num.* [illegible]

Tēpore quo in Altare à solemniter celebrante, dicūtur *le segrete,*
129 nō possūt Canonici supplere horarias prǽces iam in Choro capitulariter recitatas, quibus ipsi nō interfuerunt, nec alias Orationes ex deuotione fundere, quamuis dicant submissa voce, & silente Choro. ita satis probat Trullen. *dub. 3. nu. 25. & seq.* cui doctrinæ non refragatur, Clericum in Sacris audientem Missam de præcepto, & simul persoluentem horarium pensum vtriq. obligationi satisfacere, ac nullam culpam committere, quamuis magis deceat horas Canonicas diuerso tempore recitare. Suarez *l. c. disp. 88. sect. 3. ad fin.* Azor. *to. 1. lib. 7. cap. 5. q. 3.* Conink *t. 2. q. 83. art. 6. d. vnic. n. 308.* Nam sumus in casu diuerso; & ratio disparitatis est, quia ad implendum preceptum audiendæ Missæ, sat est intentionem tunc habere ad Deum, qua non caret persoluens in Missa præfatas preces, quæ ad vnum finem diriguntur, & sic vtriq. priuatæ obligationi respondet. At Canonici assistentes Missæ maiori in Choro sunt obnoxij ad se se conformandum Choro, qui modò canit, interdum celebranti respondet, & quandoque tacet, quæ omnia sunt plena Mysterijs, & cultus Iustitiæ erit silentium. Esai. cap. 32. & contrafacientes, licet excusentur ab onere restituendi distributiones, seu portiones illis Missis cantatis assignatas, non effugiunt peccatum veniale. Trullen. vbi supr. inclinat tamen Nau. de Orat. cap. 19. nu. 178. Horas canonicas posse omninò inculpatè dicto intervallo recitari ab illis Canonicis, qui alias sunt occupati in studijs, vel honestis officijs, quoniam iusta causa semper intelligitur excepta, vt ante, & post alios tradit Boich. *in cap. Presbyter de celebr. Miss.* consentiuntq. omnes, Sacerdotem in Missa solemni extra Altare
130 sedentem, licitè posse per se, vel cum suis Ministris horarias preces dicere; non enim tenetur attendere ad ea, quæ in Choro concinuntur, quia ipse vniuersa verba Missæ, aut submissè profert, aut alta voce decantat. Iacob de Graff *p. 1. dec. lib. 2. cap. 25.* Vega *in Summ. de hor. can. cap. 127. nu. 14.* Gaiet. *V. Festum.* Arm. *eod. V. num. 11. & alij.* Alias tamen confabulationes prorsus euitare debet, vt monet Nau. *in com. tit. de Silen. cap. 1. nu. 6.*

Terminatis Orationibus secretis, ac reuerso Diacono ad Altare, celebrans cantat Præfationem vsque ad verba *Sanctus, &c.* quæ à Canonicis in choro alternatim cum Organo concinuntur vsque ad Osanna in excelsis. Interim Sacerdos legit canonem Missæ, & ad Memento fit applicatio Sacrificij, quę quomodo, & pro quibus à Canonico hebdomadario facienda sit, videbimus infra. Cantato à Choro, *Osanna in excelsis*, eleuatur à celebrante Sacramentum

Corporis, & Sanguinis Domini cum debitis genuflexionibus, vt in
cœrem. cap. 3. Ad hanc Sanctissimi eleuationem omnes de Choro
genuflexi illud adorent, personante Organo cum omni melodia, &
grauitate, post depositionem Calicis, Canonici in Choro surgũt,
& cantant *Benedictus, &c.* cœrem. Episcop. 1. *cap.* 8. Crass. de cęrem.
lib. 2. *cap.* 3. & Rinald. loc. cit. vbi asserit sic seruari Romæ etiam in
Missis Defunctorum, in quibus tamen, ac feriarum Aduentus, Qua-
dragesimæ, Quatuor Temporum, & Vigiliarum, Canonici in Cho-
ro genuflexi permanent vsq. ad *Pax Domini*, & hic surgunt canendo
Agnus Dei. ita Arnaud. vbi supra *tit.* 18. & tradunt Rubr. Missalis.
Iuxta quas Sacerdos prosequitur Missam consuetudinalem, & cũ per-
uenerit ad secundam Orationem ante Communionẽ osculatur, Al-
tare, quod Christum significat, vt ex eo pacem accipiat, & præbeat
Ministris, unus quorum Præsbyter assistens, vel Subdiaconus Pacẽ
131 distribuit per Chorum; de modo eam dandi, & recipiendi consula-
tur cœrem. Episc. *lib.* 1. *cap.* 24. Hoc admonendum duxi, quod per
huiusmodi Pacis osculum ostenditur, Canonicos inter se esse in
vinculo veræ, & perfectæ Pacis colligatos; neutiquam de illis, qui
loquuntur Pacem cum proximo suo, mala autẽ in cordibus eorũ,
vt ait Psalmographus Psal. 27. nec de ijs, qui (vt inquit quędã glos.)
aliud habẽt in ore, aliud in corde; quos cuitãdos traditur *in ca. Quidã
de Apost.* & his conducunt verba D. Aug. relata *caus.* 1. *quæst.* 1.
Non omnis qui dicit Pax vobis quasi Columba audiendus est.
Post datam Pacem in Choro Dignitatibus, & Canonicis per as-
sistentem, seu Subdiaconum Canonicum, datur à Cappellano cęte-
ris de Choro, quod si Subdiaconus non erit Canonicus, iste omni-
nibus præbeat Pacem, vt dictum est sup. de Turrificatione. Datur
etiam Pax Domino loci, & eius filijs non cum osculo, sed cum in-
strumento, ita determinauit S.R.C. in Calagurit 5. Iulij 1614. Mos
erat antiquitus, vt in his Missis non tantùm Clerici Clericos, sed &
Laici Laicos, & fœminæ fœminas oscularentur, sumpto primo
osculo à celebrante, vt ostendit Grat. *discept. for. cap.* 412. *num.* 18.
Ad præsens verò, cũ creuerit malitia, sæcularibus datur Pax à Mi-
nistro Altaris media Sacra Imagine, nullatenus facta reuerentia,
aut capitis inclinatione, nisi post Pacem datam.
Dum celebrans sumit Sacramentũ, cãtatur à Choro post cõmu-
nio, deinde à Sacerdote collectæ, quibus peractis p Diaconũ, dicit
Ite Missa est, hoc est, ite in Pace, quia Missa est absoluta: cœterùm
antequam Populus discedat, illicò celebrans ei impertitur benedi-
ctionem, qua non recepta nullus ab Ecclesia egredi præsumat, vt
132 habetur *de consecr. dist.* 1. *cap. Missas.* Non datur autem in Missis de-
functorum

functorum, quia benedictio habet solemnitatem, quæ non est admiscenda luctui. ut inquit Durand. *l.c. lib. 4. cap. 5 1.* Hæc benedictio quæ datur in fine Missæ, & si solemniter cantatę, est duplex, videlicet simplex, & solemnis, Prima fit vnico Crucis signo tàm à Canonicis, quàm à Dignitatibus; Altera fit cum verbis, *Sit nomen Domini benedictum, &c.* ter manu dexterà producto Crucis signo, & hæc competit duntaxat Episcopis de iure, & Abbatibus ex priuilegio. *cap. Abbates lib. 6. de priuil.* Bertach. *in repert. V. benedictio,* & Macign. *de hor: Can. cap. 82. n.* 10. Chassaing. *l. c. tr. 7. cap. 24 prop. 1.*

133 Dignitates, ac alij inferiores hoc priuilegio minimè lætantes, ter in Missis etiã cantatis solemniter cum insinuatis verbis *Sit nomen, &c.* Populum benedicentes in irregularitatem incurrunt. ita Maiol *l. c. cap. 13. nu. 2.* Dixi in cantatis, nam in priuatis neque fruentes vsu Pontificalium possunt facere trinam Crucis productionem. S. C. 3. Febr. 1660. Canonicus, siuè Dignitas celebrans Missam conuentualem in præsentia sui Episcopi non debet in fine Missæ solitam benedictionem Populo elargiri, nisi facta prius Episcopo capitis inclinatione statim post dictũ *Benedicat Vos omnipotens Deus,* quasi expectans ab Episcopo benedici; quo annuente, vel non contradicente, prosequitur benedictionem. *cap. Denique 25. dist. 1. cap. Ecce dist. 95.* Abb. *in cap. Volentes de off. leg* Guido Papa ibidem *nu. vlt:* Inter celebrandum plures occurrere possunt casus, & defectus, quos cum suis remedijs qu sq. videre poterit in rubr. Missalis, sequentes, quia in praxi hic euenerunt adnotare censui, nempè si celebrans facta consecratione meminerit aliquid comedisse, debet Missę Sacri-

134 ficium perficere, quoniam præceptum de integritate Sacrificij est de iure Diuino, & magis obligat quam præceptum de conficiendo Sacramento stomaco ieiuno, quod est de iure Ecclesiastico. ita Azor. *to: 1. lib 10. cap 33. q. 3.* Si verò id veniat in mentem ante consecrationem debet Sacrum omittere, si hoc efficere valeat absq. scandalo. Auct. loc cit. *sect. 9. quæst. 8. & quamplures alij.* Sed quia scandalum in tali euentu ferè nunquam euitari potest, vt sentit D. Bonauentura apud Trullen. *de Sacram lib. 3. cap. 6. d. 4. nu. 12.* arbitrantur alij cœptam Missam semper esse perficiendam, quam opinionem probabilem existimant Angel. Sot. Reginald. & cæteri relati per Bonac. *de Sacram d. 4. q. 5. p. 1. nu. 16. in fin:* Ratio est, quia præceptum Ecclesię cum rigore non obligat. Pasqual: *dec. 343. n. 2.* Sacerdos inchoata Missa recordans alicuius mortalis peccati non confessi non debet relinquere Missam, nec tenetur vocari facere confessarium, ut cum audiat, qui a Populus de hoc admiraretur, & cum tali admiratione ferè semper est coniuncta infamia. Vidal *l. c. fol. 84.*

*fol.*84. Escob. *tr:* 1. *exam.* 11. *cap.*4 *de Miß. ex parte*, & Suarez *l.c. disp.*66: *sect.*4. & Henriq. *in sum. lib:*8. *cap.*46: *nu.* 1. qui tamen omnes intelligunt, dummodo faciat quantum in se est pro eliciendo actu contritionis: Imò si ante Missam præmiserit confessionem, & aliquod mortale fuerit oblitus confiteri, cuius intra sacrum reminiscitur, non tenetur conteri, sed tantum postea confiteri, nam peccatum iam fuit virtualiter remissum. Dian. *p.* 1. *mor. tr.* 4. *resol.* 48. & sequuntur DD. penes Henriq. loc. statim cit. *lit.* K. Dum in sumptione Calicis Sanguis ceciderit super barbam celebrantis, illa in ea parte post lotionem est abradenda secundum Raguc. *de Missa q.* 82. *& alios*; quorum opinio non est vsu recepta, vt inquit Bonac. *l.c. q. vlt. p.* 10. *nu. eod.* & satis erit tali casu ter repetita lotione barbam purgare ad tradita per Trullen, *l.c. cap.*8. *d.* 23. *nu.* 16. & Dian. *par.* 10. *tract.* 12. *resol:* 10.

Quid agendum si Sanguis effundatur super Corporale, aut Altaris Tobaleam, &c. docent rubricæ Missalis: & quòd pœnæ latę in *cap. Per negligentiam de consecr: dist.*2. iam non sunt in vsu, Bonart. *de Sacrif: Miß. lib.*3. *cap.*8. *num.*9. Videte Tol. *lib.* 2. *cap.*9. *num.*6.

Si contingat Collegiatæ Præpositum rem sacram solemniter cũ Mytra, & Baculo facientem graui morbo corripi in Altari, ita vt Sacrificium perficere nequeat, & id accidat ante consecrationẽ nullus alius Sacerdos Missam prosequi debet. glos. *in cap: vlt. de consecr. d.*6. D. Anton. *p.* 3. *tit.* 13. *cap.*6. §. 3. Tab. *V. Missa nu.* 11. Sed si fuerit conuentualis ab initio resumitur per aliquem Canonicum; At verò si casus occurrat post consecrationem ante perceptionem Sacramenti, quiuis Sacerdos ieiunus, si reperiatur, sin autem non ieiunus, sacrum more solito absoluit, resumendo à loco, vbi dictus Præpositus defecit. glos. *in cap. Nihil* 7. *q.* 1. Sylu. *in sum. V. Altare* §. 5. Arm. *V. mißa nu.* 11. Ratio est, quia Pontificalia non spectant ad substantiam, sed ad maiorem solemnitatem sacrificij: Henriq. *&c. lib.* 9. *cap. vlt.* Hinc est, quod Abbas suspensus à Pontificalibus non intelligitur suspensus à celebratione Missæ iuxta ritum comunem. *cap. Transmissam de elect.* Ricc. *in Prax. l.c: resol.* 433. *num.* 1.

Quamuis in Altari, vbi Episcopus Missam cantauit, non liceat alijs
135 inferioribus eadem die sacrificare, *cap. fin. de consecr. dist.* 1. Bonac. vbi supra *q.* 95. In Altari tamen in quo alia Dignitas more Episcoporum solemniter celebrauit quilibet Sacerdos potest sacrum facere, nisi aliàs ex consuetudine seruetur, quam nõ improbat Raguc: *in tract. de Miß. quęst.* 36. ex indulto Apostolico soli Canonici Ecclesiæ Compost. hanc celebrant ad Altare, vbi iacet corpus S. Iacobi Apostoli, vbi scribit Compostell. *in cap: Cum accessißent nu.* 6.

de

decon&c. & soli Canonici Metropolitanę Ecclesiæ Senensis cantant Missam ad Altare B. Virginis, vt refert Vghell. *de Episc. Ital. tom. 3. fol. 634.* In quacunque Ecclesia, dum Missa capitularis canitur, nō sunt dicendæ Missæ planæ, saltem ante eleuationem Sacratissimæ Hostiæ, ita disponitur in nostris Constitutionibus Synodalibus, & docet. Gauant. *in Man. Episc. V. functiones nu. 20.* Atque dum horæ canonicæ recitantur in Choro, non debent exire Missæ priuatæ, ad
136 ad Altare maius, ita decreuit S. R. C. in Oscen. 2. Maij 1620. Quod explicandum puto existente Choro ante Altare maius, vt supponitur a cœrem. *lib. 2. cap. 30.* Alias nō videtur psallentibus onerosum ibidem non clamorosa, sed depressa voce sacrum fieri tam per Canonicos, quàm per alios Sacerdotes. Ambigi quidem potest, num Canonici in quouis Altari suæ Ecclesię ob acceptam stipem, vel ex deuotione priuatim celebrantes, quo tempore in Choro cantan-
137 tur horæ canonicæ, vel Missa conuentualis, potiantur distributionibus, prout si cum alijs psallerent, & de his non posse participare tenent Abb. *in cap. Cum olim nu. 3. de re iud: & cons. par. 1. cons. 70.* Zipeus *lib. 3. tit. de Cler. non resid. nu. 31.* Gonzal. *l. c. in proem. § 3. nu. 18.* Galett. *V. Distributiones,* Quaran. *in sum. Bull. eod. Ver.* Marchin. *de Sacram. ord. tr. 3. p. 2. cap. 35. nu. 6.* Vulp. *l. c. cap. 13. nu. 13.* & sequuntur Felyn. *in d. cap. cum olim nu. 2.* Arm. *in sum. V. Canonicus nu. 5. & alij.* licet quis eorum celebret ex obligatione alicuius simplicis Cappellaniæ, quam possidet vna cum Canonicatu; & ita declarauit S. C. C. *in vna Mediolanen.* Ratio est, quia huiusmodi Missam planam celebrat, non ut Canonicus, sed vt Cappellanus. Nec valet contraria consuetudo secundum Couar. *var. resol. lib. 3. cap. 19. nu. 5.* Alij tamen sentiunt tollerabilem esse consuetudinem Ecclesiæ, in qua Canonicus celebrans in Aurora participat de Distributionibus illius diei, etiamsi in Choro aliud seruitium non præstet. Viuian. *de iurepatr. lib. 15. cap. 5. nu. 166.* & ita deffinisse Rotā tradit Grat. *discept. for. cap. 80.* opinantur quo alij posse ex iusta causa consuetudinem induci, quod Canonici, vt supra, tempore Diuinorum celebrantes lucrentur Distributiones, nam totum est Diuinus cultus. Ita Garc. *de ben. p. 3. cap. 2. §. 1. nu. 441.* Barbat. *de diuis. fruct. p. 1. cap. 16. nu. 65.* Floyed. *de incompat. ben. p. 1. cap. 1. nu. 10.* Zipeus *l. c. lib. 3. tit. de Cler. non resid. nu. 3.* Antonell. *l. c. lib. 3. cap. 16. nu. 25.* Trullen. *in Dec. lib. pr. cap. 8 dub. 12. & in opusc. dub. 4. nu. 18.* Monet. *de distr. p. 2. q. 11. nu. 52.* & Sanctarell. *Var. lib. 1. q. 7. nu. 10.* Dixi ex iusta causa, quam esse censeo, si his celebrantibus adhuc in choro remaneant tot Canonici, quot debita cum solemnitate Officia persoluant, & sacrificantes sint multi, qui maximè

hyemis

hyemis tempore nequeunt vnus post alium extra tempus Diuinorum Missam dicere, nisi cateruantim dicantur, de quo Populus nō reportaret commodum audiendi Sacrum eo Diuinorum interuallo, & sic Diuinus Cultus diminutionem pateretur, vt obseruant Viuian. *l.c. cap.3. nu.83.* & Ricc. *par.4. dec.113 super eo.*

Seclusa consuetudine, Canonici, qui tempore Diuinorum Missam priuatam celebrant ad satisfaciendum Cappellaniæ, quam habent in titulum, vel vti Mercennarij, aut deuotionis ergo, perdūt distributiones, nisi id efficiant iubente Præposito, vel Sacristiæ Præfecto; ita à S.C. diffinitum dicunt Piasec. in Prax. *p. 2. cap. 33. n. 25.* & Pyrr. Corrad. vbi supra *lib. 5. cap 6. nu. 15.* Canonici iussi a Sacristiæ Præfecto progredientes Missam planam, vel cantatam in aliena Ecclesia celebrare occasione alicuius Festiuitatis celebrādę, ad quam conuocatum fuit Capitulum, gaudent distributionibus assignatis horis Canonicis, & Missis, quæ tempore huius absentiæ in eorum Collegiatis celebrantur, ita tenet Laym. loc. statim cit. *cap. 7. nu. 3.*

Insurgit dubitatio, Nunquid seposita antedicta consuetudine,
138 ac Præfecti iussione, debeantur Distributiones illis Canonicis, qui tempore Diuinorum Sacrum in sua Ecclesia priuatum faciunt pro adimplendo huiusmodi onere, eorum Præbendis annexo? & videtur negatiuè respondendum, tùm ob declarationem S. C. mox allatam, tùm quia de iure communi Canonicali Præbendæ per se, non inest onus Missæ planæ, sed tantum cantatæ, Abb *in cap. Constitutus n. 3. de concess. Præb. in cap. Dilectus de test. & super cap. 2. de instit.* Monet. *de distr. p 2. q. 19. n. 1.* Nec ad aliud videtur ordinata, nisi pro stipendio cantantium in Choro horarias Preces, & Missam maiorem Beia *par. pr. cas. 55.* Suarez *to 3. q. 83. disp. 88. sect. 1.* & Fraxinell. *de oblig Sacerd. sect. 3. prænot. 2.* Neque infertur obligatio Missæ priuatæ ex eo, quod in Bulla erectionis legitur Canonicatus, & Præbēdas esse institutas vnam ad Altare Sancti Antonij, & vnam ad Altare S. Caroli, & eiusmodi, quia id sic ponitur, ne separata eorum bona confundantur. Gauan. in Man. *V. Capitulum nu. 27.* Quibus minimè refragantibus doctus, ac diù Romæ versatus Campanilus in suo *diuers. iur. Canon. libro rubr. 7. cap. 6. nu. 27.* affirmat, Canonicos in sua Ecclesia Missas planas eorum Canonicatui, & Præbendæ annexas tempore Diuinorum celebrantes, haberi pro interessētibus in Choro, & lucrari Distributiones; Ratio est, quia tali actu exequuntur munus suum, quod nulli debet esse damnosum. *cap. Peruenit de fideiuss.* sicut Canonicus absens occasione seruitij eius Canonicatui annexi eas sibi acquirit. ita declarauit Sac. Cong. Episc.

& Reg.

& Reg. sub die 24. Nouembr. 1617. Nec obstat S.R.C. Decretum superius ex aduerso adductum, quia loquitur de celebrantibus ex Deuotione, vel ex obligatione Cappellaniæ quam retinent Canonici in titulum seiunctam à Canonicali Præbenda. Minus vrget, non inesse de iure Præbendæ onus Missæ planæ, quod concedimus; sed nullum ius resistit posse annecti à Papa, vel Episcopo, dum contingit eam vacare. *cap. Eleuterius* 18. *q.* 2. *cap. Significatum de Præb.* Io. Andr. & Anchar. ibid. *nu.* 1. *& in cap. Iacobus nu. vlt. de Simon.* Boich *in cap. Quia nu:* 5. *de Magistr.* Castr. Pal. *p.* 3. *d.* 3. *pun.* 3. *n.* 7. Azor *mor. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 24. *q.* 5. Sylu. *V. Simon. nu:* 17. & Daoyz *l.c. V. Episcopus nu.* 109.

Præterea, ius est Superiori Ecclesiastico Præbēdæ vacanti imponere onus auscultandi Confessiones in eadem Ecclesia. Rebuff. *cons.* 41. *nu.* 25. Gordon. *mor. lib.* 8. *quæst.* 7. *nu.* 16. Homob. *in com: l.c. tr.* 14. *q.* 1. *res.* 4. & dum confessiones iuxta munus suum audit
139 lucrifacit Distributiones, vt obseruat Ciarl. *contr. to:* 1. *cap.* 69. *n.* 4. *& to.* 2. *cap.* 192. *nu.* 15. quod quidem onus Missarum, confessionis, & similium de cōsensu Papæ, vel Episcopi potest etiam Patronus Præbendæ in fundatione, vel vacatione eidem Præbendæ imponere,
140 non autem Canonico, & sic transit idem onus ad quoscunque ea deinde conferatur, *cap. Significatum de Præb.* Abb. *in cap. Tua nos de Simon.* Filliuc. *lib.* 3. *tr.* 41. *cap.* 3. *nu.* 11. Mar. Ant. *Var. lib.* 1. *res.* 1. *nu.* 5. Castr Pal. *par.* 3. *d.* 3. *pun.* 3. *nu.* 7. Consideranda sunt autem Præbendæ redditus, & aliæ seruitutes, ad quas Canonicus tenetur, vt aduertunt Farinac. *dec.* 416. *nu:* 4. *p.* 1. & Seraph. *dec:* 942. *nu.* 11. etenim improportionata Missarum annexio tenui Præbendæ à Patrono, etiam de assensu Episcopi iniuncta reputatur iniusta, atque venit emendanda, ad iustitiamque reducenda. ita docent Suarez de Simon. *lib.* 4. *cap.* 39. *nu.* 17. Monet. *de com. vlt. vol. cap.* 11. *n.* 345. & ante eos docuit Ant. de Butr. *super d. cap. Significatum.*

Canonicus acceptans Præbendam, cum pondere quotidie, vel ter in hebdomada Missas planas celebrandi, si ex processu temporis dos constituta non sufficiat pro eius victu, quia stabilia assignata effecta sunt sterilia, vel ob alias causas, tenetur Missas suæ Præbē-
141 dæ annexas celebrare, donec à Sum. Pontifice reductionē obtineat. ita sentiunt Marchin. *l.c. cap.* 19. *nu.* 26, Dian. *p.* 10. *tr.* 14. *res.* 38. & Trull. *de Sacr. lib.* 3. *cap.* 7. *dub:* 9. *n.* 8. Olim ius erat Episcopo huiusmodi Missarum autoramentū moderare; modò etiam pro reductione Missarum legatarum non potest se intromittere. Squillan. *de priuil. Cler cap:* 4. *nu.* 32. quod procedit etiam de consensu fundatoris Beneficij. Verruell. *QQ. mor. tr.* 3. *q.* 55. *n.* 3. sed datur suppli-

catio in Dataria, deinde signatur gratia à Papa, vel à S. Conc. Congreg. & sciendum, quod Vrbanus VIII. de anno 1626. cõcessit Fratribus S. Francisci de Paula Genuæ, vt legata perpetua Missarum tenuuia reducerentur ad rationem quinquaginta scutorum monetę
142 Romæ pro qualibet Missa quotidiana ita referunt Polac. loc: cit. fol. 473. & March. *de Sacram. Ord: p. 2. tr. 3. cap. 20. in fin.*

Canonicus ad Missam planam celebrandam obnoxius ex vinculo annexo suæ Præbendæ, ex qua vix percipit honestam substentationem, non tenetur in tempore infirmitatis quantumuis diuturnę alium Sacerdotem ad immolandum substituere. Barb. *super cap.*
143 *Significatum de Præb.* Ratio est, tùm quia Canonicus debet viuere fructibus suæ Prębẽdæ, quæ vt proditum est supra Lib. I. ei nõ confertur ob residenciam actus, sed sub obligatione residendi, si fieri possit, atque non est principaliter instituta pro Missis priuatis, vt notant Piasec. in Prax: Episc. *par. 2. cap:* 32 & Castr. Pal *par. 2. tract. 13. q. 1. pun. 6. nu* 25. Secus dicendum, si Sacrum priuatim facere essent adstricti ratione alicuius Cappellaniæ separatę à Canonicatu, nam tunc considerantur vt Cappellani, qui ægroti obligantur celebrari facere per alium, etiamsi ferè omnes Cappellanię fructus insumerentur pro danda stipe substituto. glos. *in d. cap Significatũ.* Ratio est, quia redditus Cappellaniæ dantur solum pro celebrandis
144 Missis, & non sunt principaliter fundatæ, pro victu Cappellani, prout Præbendæ canonicales, Coninck *de Sacram q.* 83. *art.* 1. *d.* 1. *nu.* 1. Genuen. *QQ. Eccles q.* 30. *n.* 4. Fraxinell. *l. c sect.* 4. *con* 4. *§* 13 Graff. 2. *p. conf.* 1. *diff.* 2. *nu.* 6. *de Præb.* & facit, quod datum ob causam, illa cessante, repetitur; vulgatis iuribus. Nihilominus datur Epicheia, quæ ex Vidal. vbi supra *fol.* 457. *nu.* 123. Est licita emendatio legis contra eius verba, non tamen contra mentem Legislatoris; eximens Cappellanum infirmum à dicto Missarum onere, vt puta per dies octo. Secundum Petr. Nau. *de rest. lib. 2. cap.* 10. & alios apud Lezzan. *V. Missa nu.* 40. vel per dies quidecim ad tradita per Dian. *mor. par.* 1. *tr.* 13. *res:* 15. Bussemb. *in Med lib:* 6. *tr.* 3. *cap.* 3. *q.* 12. Aut per mensem; vt post alios tenet Em Lug: *l. c. disp.* 21. *sect:* 1. *nu.* 48. siuè per bimestre, prout sentiunt Peyer. *tom:* 2. *cap:* 1. *n.* 24. Zacch. *de salar. & mer. quæst.* 85. *num.* 34. & alij apud Vidal *l. c. in add. inq.* 50. *nu.* 32. sed aduertendum, quod præfati DD. loquuntur de institutis ad Cappellaniam Ecclesiasticam; aliter enim dicendũ de Sacerdote habente legatum Missarum ei relictum, is quippè tẽpore infirmitatis tenetur per alium satisfacere oneri Missarum imposito à testatore, cuius voluntatem esse seruandam. in puncto tradit Molfes. *in sum. mor. tract.* 6, *tit. de ben. cap.* 1. *nu.* 79.

Canonici

Canonici, necnon Cappellani auctoritate Ecclesiastica instituti cum pondere quotidie celebrandi habent singulis hebdomadis diē
145 vnum immunem à celebratione causa maioris præparationis, & deuotionis adipiscendæ. Laym. *lib. 5. tr. 5. cap. 3. nu: 6.* Say. *in flor. lib. tit. de Preb. dec. 6.* Ghilin. *l. c. V. Missę celebratio num. 26.* Nau. *lib. 3. conf. 6. nu. 2. de celebr. Miss:* Candid. loc. cit. *tit. de Benef. disq. 18.* Nald. *in sum. V. Missa num. 1.* & patet *ex d: cap. Significatū,* vbi Capitulum iniunxit certæ Præbendæ vacanti onus Missæ quotidianæ, & Papa rescripsit, vt Canonicus instituendus celebraret, quanto frequentius posset salua honestate. ita adnotauit Abb. *antiq. super d. cap. Significatum.* Ex quibus colligunt DD. non licere quempiam obligare ad quotidie per se celebrandum, quia nō semper Sacerdos est præparatus ad tantum Sacrificium. Dec. *super sæpius allegato cap. Significatum.* Abb. *ibid. nu: 4.* Vanc. *in discipl. Cler. lib. 3. tit de miss.* Consal. *in annot. ad lib. 4. reuel. S. Birgitt.* Et propterea quiuis obligatus ad Missam quotidianam, ex consuetudine vniuersali solet eximi singulo die cuiuslibet Septimanæ; quod si eò quoque exemptionis die vellet sacrum facere, remanet adstrictus Sacrificium applicare iuxta mentem Fundatoris, siue Testatoris. Bonart: *de sacrif miss. lib. cap. 7. nu. 16.* & alij, qui solummodo quatuor in anno posse applicari concedunt pro se, vel Amico. Immò si in documentis esset, vt supra, obligatus ad quotidie Sacrificandū per se, vel alium, obligatio esset licita, & omninò adimplenda, quoniam non est in personam Sacerdotis; sed in ipsam Missam, vt considerant Nau. in Man. *cap. 25. nu. 154.* Fraxinell *l. c. sect. 5. n. 8.* Beia *p. 1. cas 3.* Moron. *resp. 7. nu. 29.* Obligati ad dicendam Missā diebus Festis de præcepto tenētur celebrare etiam in similibus Fe-
146 stis nouiter institutis. ad tradita per Genuen. *QQ. pract. Eccles. q. 568.* & è conuerso iisdem Festiuitatibus diminutis, prout factum fuit ab Vrban. VIII. de anno 1643. in his à celebrando eximuntur; contrariorum enim eadem est disciplina. *cap: 2. de consuet. & aspirat l. si ex toto ff. de leg. pr.* vbi legitur valere argumentum de diminutione ad augumentum, & è contra. Qui quater, vel quinque in hebdomada sunt obnoxij ad celebrandam Missam suæ obligationi respondet sacris operādo diebus ferialibus. ita diffinitum dicit Bonac. *de Sacram: d. 4. q. Vlt. p. 7. S. 5. nu. 5.*

Quamuis, vt supra tetigimus, Canonici Missam in sua Ecclesia tempore Diuinorum legentes, sint participes Distributionū, prout alij in Choro psallentes, hi tamen prout quicunque alij qualitercunque ad Sacrificandum obligati tenentur exire ad Missam debitis horis, & temporibus opportunis, iuxta ordinationem Tabellæ in Sacristia pendentis, vel ad mandatum Sacristiæ Præfecti, siue

alterius ad quem iuxta consuetudinem Ecclesiæ pertineat eas disponere pro Populi commoditate, personarumque concursu. Castald. *l.c. lib pr: sect. 2. nu. 6.* Gauan. *in Man. V. Missa nu.* 31. Ciarl. *tom. 1 contr: for. cap. 38. nu. 2.* & latè Pasqual: *decis. 430. vbi num. 1. inquit.* Et si Cappellanię sint de iure Patronatus Laicorum. Ita resolutum fuit à Sac. Congr. in vna Ianuensi, quam refert Nicol: loc: cit. *V. Cappellanus nu. 3.* Quod si relictæ fuerunt tres Missæ absque determinatione dierum in qualibet hebdomada, posse Sacristiæ Præfectum determinare dies, & horas quibus dicantur, si ita requirat commodum, & seruitium ipsius Ecclesię. Non insequentibus dictæ Tabellæ dispositionem, siue Pręfecti iussionem, Episcopi sunt partes in actu Visitationis prouidere, ut prima Missa summo mane, & deinde cœteræ debito interuallo vsque ad meridiem præsertim diebus Festis celebrentur ad Populi commodum. ita docent Iacob de Graff: *2. p: dec. lib. 12. cap. 27. nu. 68.* Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 1. & cap 2. nu: 2. faciunt cap. Necesse de consecr. dist. 1.* adnotata per Tamb: *de iur. Abbatiss. tit. 4. form. 24. & seq:* Explica, quod prima Missa celebráda est ante Solis ortũ pro Rusticis in qua Curatus diebus Festis explanare tenetur partes essentiales Doctrinæ Christianæ. ita declarauit S. Congr. apud Nicol. *V. Missa nu. 3.*

147

Nec obstat, non posse Episcopum Cappellaniæ iure patronatus Laicorum nouum onus imponere, prout declarauit Sac. Cong. testibus Galett. *V. Beneficium*, & Nouar. *p. 1. grauam. 1. nu. 9.* Quia hoc intelligitur de maiori Missarum onere, vt ait Antonell. *l.c. lib. 3. cap. 6. nu. 77.* Non profectò de norma ordinatè celebrandi Missas

148 iam impositas in fundatione, quod nõ est nouum onus, cum sit impositum ab ipso iure, cui fundator Beneficij pręsumitur se voluisse conformare ad tradita per Afflict. *dec. 44 nu: 10.* Decian. *cons: 18. nu. 20. vol. 1.* Campanil. *rubr. 7. cap. 6. num. 10.* Rot. *diuers. p. 1. dec. 640. num. 7.* & in indiuiduo docet Ceuall. *l.c. q. 693. num. 7.*

Et licet Episcopus sę gratum ostendere debeat fundatoribus, dum

149 in limine volunt eorum Cappellanijs imponere conditiones, existentes etiam contra ius positiuum, ne retrahantur à dotandis Altaribus, vt inquiunt Abb. *super cap: Nullus de iurepatr.* Farinac. *dec. 231. nu. 2: p. 2. in Posth.* Buratt. *dec. 233. nu. 14 tom. 1. & alij.* Nihilominus puto eos nõ posse pactum apponere, quod Cappellani valeant temporibus, & horis sibi benè visis liberè sacrificare; etenim non potest disponere contra Diuinum cultum, & seruitium Sanctę Ecclesiæ vt obseruant Io: Bertach *in tract: de Episc. q. 45. nu. 1. 30. 4.* Ant. de Pret. *in Clip. Past. cap. 1.* Pasqual. *dec. 429. nu. 5. & 440. n. 2.* Multò fortiùs affirmare non vereor in erectione Cappellanię Sæ-

culatis

cularis, siuè, vt proprijs terminis loquar, in Missarum memoria, seu Legatis Pijs, quæ fieri solent absque vlla superioris Ecclesiastici auctoritate, relinquendo alicui nominando à tali Viro, vel muliere nonnulla stabilia cum onere celebrandi, vel celebrari faciendi tot Missas in Cappella alicuius Ecclesiæ; de qua dispositione tractant Zabarell *in Clem. 1. de off. Vic.* Bero. *cons. 153. num. 50. vol pr.* Bald. *cons 18 lib. 2.* Rebuf. *cons. 4. nu. 1.* Layn. *l.c. lib. 4. cap. 4.* & Nald. *Ver. Cappellania nu. 7.* non posse per Testatores liberos reddi à dictæ Tabellæ dispositione.

Non inficior tamen posse Testatorem in institutione huiusmodi Cappellaniæ, seu Missarum memoriæ expressè prohibere, ne Episcopus, vel alius Ecclesiasticus in prouisione ipsius Sæcularis Cappellaniæ se intromittat, nec eas visitet, vel in Canonicales Præbendas erigat, vt notant Cordub. *in tract. de cas. consc. q. 33.* Garc. *de ben. p. 1. cap. 3. nu. 105.* & Fragos. *lib. 10. d. 21. s. 4. nu. 3. tom. 2.* Ratio est, quia huiusmodi bona assignata semper remanent merè temporalia. Abb. *cons. 47. p. 2.* Barb *de iur. Eccl. lib. 3. cap. 5. nu. 6. & de pot. Epis. alleg. 57.* exempta à Simoniaca labe ad tradita per Caputq. *dec. 356. nu. 6. p. 2.* & ideò posse in emphyteusim perpetuam concedi permutari, & vendi in vtilitatem ipsius Cappellaniæ abs-
150 que alia Superioris Ecclesiastici licentia, tradunt Bonac *to. 2. in tr. de feud. disp. 3. q. 8. pun. 4. num. 21.* & Ricc. *in Prax. p. 1. tit. de reb. Eccl. non alien. res. 78.* Sed non potest adimi ab Episcopo facultas curandi, vt Missæ Legati executioni demandentur, & simul celebrentur ordinatè, vt supra Monet *de com. vlt. vol. cap. 10. q. 6. nu. 527.* Nouar. *priuil. 57. num. 4.* Vltra dictæ Tabellę obseruantiam Cappellano, tam Sęcularis, quàm Ecclesiasticæ Cappellaniæ inest obligatio prouidendi de necessarijs ad Missarum celebrationem,
151 nam qui ob stipendium obligatur in aliquid agendum, tenetur id proprijs expensis efficere. Abb. *cons. 89. nu. 7. p. 2.* Ricc. *l. c. par. 4. res. 97. nu. 4.* & Moron vbi supra *resp. 91. nu. 7.* explica, si competentes habeat redditus, vt innuunt glos. *in cap. Quicunque 16. q. 7.* & Viuian. *de iurepatr. lib. 2. cap. 4. nu. 3.* Quibus si careat, poterit Episcopus præceptum facere Patrono, vt prouideat sub pœna priuationis iurispatronatus. Abb. *cons. 116. nu. 2. p. 2.* Sperell: *dec. 68. nu. 11.* Pro quo facit exemplum Salomonis, qui ędificans Templũ prouidit de Luminaribus, Ministris, & alijs ad seruitium Templi necessarijs. *3. Reg. cap. 6.*

In Parochialibus huiusmodi cura prospiciẽdi necessaria ad Missę celebrationem spectat ad Curatum; hinc est, quod cuilibet Parochiali assignatur Mansus, hoc est, certa terra, ex qua percipitur

frumentum,

frumentum,& vinum ad cōficiendam Eucharistiam, vt notat gloſ. 1. *in cap. Secundum* 23. *q* 8. poteſtque Parochus ab Epiſcopo adſtringi ad paranda alia neceſsaria ad Sacrificium. Io. à Campiſtr. *in cap. Vt quiſque de vit. & hon. Cler.* Ant. de Butr. *in cap. Propoſuiſti nu. 6. de fil. Præb.* Intellige pro ſui ſeruitio, non aliorum in ſua Eccleſia celebrantibus. Barb. *de pot. Par. cap.* 11. quod etiam limita, ſi vltra ſufficientem victum habeat in redditibus, qui computantur vſque ad centum ſcuta illarum partium. ita declarauit S. C. apud Nald. *V. pecunia nu.* 1. *& V. penſio nu.* 10. Alias tenentur Parochiani conſulere Parocho, vt deſumitur ex Barb. *alleg.* 76. *n.* 16. In Cathedralibus fundatis de bonis Eccleſiæ Capitulum eſt obnoxium de ſupradictis prouidere, & ad Epiſcopum ſpectant ſumptus pro ſuis indumentis Pontificalibus. Gauan. *V. funct. Epiſc. num.* 17. *in addit.* In Collegiata fundata a Laicis, ad ipſos pertinēt omnia, quæ innuimus, prouidere, vt colligitur ex DD. ſupra citatis. Cœterum ſi in eadem Eccleſia vltra redditus Capituli, & Curati exiſtant fructus ſeparati pro fabrica, ad ipſos Operarios Sæculares, qui iiſdem fructibus præficiuntur, ſpectat præparare Hoſtias, Vinum, Lumina, & Paramenta pro Diuinis Officijs; & Miſſis, quæ celebrantur in eadem Collegiata, & Parochiali, niſi alia ſit Eccleſiarum conſuetudo, quam in hoc attendendam inquiunt Piaſec. in Prax. *cap.* 3. *nu.* 22. *par.* 2. Sperell. *deciſ* 68. *nu.* 9. *tom.* 1. & ita à Sac. Rot. Rom. deciſum refert Genuen. in Prax. Neap. *cap* 91. *in fin.*

Hic opportunè videndum: An huiuſmodi Sacra Paramenta re-
152 manere debeant ſub dominio eorundem Operariorum, vel potius Capituli, & Parochi, & non recedens à dictis oretenus non dubito conſiſtere debere ſub cuſtodia, & adminiſtratione Eccleſiaſticorū; Nam hi, vt minus grauentur, & non abſtrahantur a Diuinis, ex gratia Epiſcopi eligū ur Operarij Laici, quibus committitur redituum fabricæ curā non cum ſuperioritate, aut dominio, ſed tanquam puris miniſtris. ita ex parte docet Dec. *conſ.* 148. *num.* 3. & 149. *nu.* 5. Lotther. *de re ben. lib.* 2. *q.* 10. *num.* 53. *p.* 1. & ex parte Abb. *in cap. pr. de Eccleſ. ædif. & cap.* 2. *de iudic. nu.* 11. Felyn. *in cap. Decernimus eod. tit.* Mart. *de iuriſd. par.* 4. *cap.* 158. *nu. vlt.* Sed cum obligatione reddendi rationem Superioribus Eccleſiaſticis de exactis, vt docent DD. mox cit. niſi bona operæ eſſent legata cum expreſſa cautione, vt adminiſtrentur pro ſeruitio Eccleſiæ ad arbitrium Operariorum, vel ex priuilegio fuerint exempta à prædicta redditione, de quo ſi non conſtat, præſumuntur eſſe bona Eccleſiaſtica. Ludouiſ. *de* . 113. *nu.* 4. Laym. *lib.* 4. *tr.* 9. *cap.* 8. *nu.* 1. Maſcard. *de prob. concl.* 206. *num.* 6. & ſic non eſt in huiuſmodi Operariorum

riorum arbitratu fructus Operæ etiam pro seruitio Ecclesię expen-
153 dere. Ant: de Butr in d cap. Decernimus nu 6. Daoyz in repert. V. Fabrica, & V. Lat 1. sed sunt expendendi pro fabrica, vel Paramentis, prout melius Episcopus iudicabit, vt ex Conc. Trid. sess 22 cap. 9. & sess. 24. cap. 3. de ref tradunt Monet. de com: Ult. vol. cap 3. nu 81. Garc de ben. p 3 cap. 2 nu. 198. Dan. de Nob disp. 49. nu. 33 & in addit. ibid. nu. 56. vbi refert S.C C. die 10. Iun. 1637. ita determinasse contra Operarios S. Mariæ de Castro Camaioris Luc. Diœcesis. Et quia Episcopi non possunt esse præsentes in omnibus locis, Solent in Constitutionibus Synodalibus statuere, Operarios non posse de iisdem redditus disponere inconsulto Parocho, quod est secundum ius commune, ut sentiunt Io: And in cap. Unic. de iudic. Dec. in d. cap Decernimus nu. 92. & latè Marr. de iurisd: p. 3. cas. 158. per tot. & contrariam consuetudinem non valere firmat Ripa de oblat. resp. 69. nu. 12. Ratio est, quia si Operarij de his redditibus Ecclesiasticis liberè disponere valerent, magna oriretur confusio: aliquando enim vno modo mandaret Prælatus, alio modo dicti Laici, maximè vt considerauit Laym l c. tr. 9: cap: 8. nu: 1. Ad iussum Dominorum Temporalium, qui licet constituti sint à iure rerum Ecclesiæ Patroni cap Principes, & ibi glos: cum cap seq 25. q 1. & cap. Diligenti de for. compet. Hoc intelligitur, quo ad protectionem, & defensionem, non quo ad gubernationem, & dominium, quod ab his, nec potest præscribi. Azor. mor. tom 1 lib. 1. cap. 14. Escob. l. c. tract. 1. exam. 6. cap 5. circa fin. Veluti á Laicis præscribi nequit
154 ius ponendi Sedilia in certo loco Ecclesiæ Samuel. vbi supra tract. 2 contro. 3. con. 8. nu. 45. Dian. mor. par. 1. tr. 16. res 62. Insuper aduertendum Sacerdotalia vestimenta eo ipso, quod ad Sacrum vsū sunt oblata, & a Superiore Ecclesiastico benedicta, dicuntur Sacra. Host. in sum § Quis nu: 3. de Cappell. Monach. Negusan. q. 235. nu. 5. ac statim desinunt esse eius, qui donauit. vt benè obseruat Belletti disq. Cler. l. c. tit. 6 § 9. nu. 2. atque nequeunt dicti Operarij huiusmodi indumēta sacra in propria domo retinere. Menoch. de arbitr. Iud. lib 2. cas. 232. nu: 1. & ita decreuit Visitator Apostolicus missus à Sum. Pont. anno 1580. pro visitanda hac Diœcesi; sed custo-
155 dienda sunt in Sacristia per personas Ecclesiasticas. cap Regenda. cap. Decretum 10. q. 1. Abb. antiq in cap. Vt sciant nu. 1. de off. Sacristæ Fusc: de visit lib. 1. cap. 23. nu. 2. Card: Paleott. in Archiepisc: Bonon. fo: 473. Vbi eximuntur á dispositione, ordinatione, & potestate Laicorum. Innoc in cap. Eccles. S. M nu. 5 de const. Abb. in cap. Super eo de Paroch. Marc. dec. 336. n. 4. par: 2. Vrsell. l. c. con 38. n. 23. Rodoan. de reb. Eccl. non alien. § facit q. 3. Ferro QQ mor par: 1

q. 4.

q:4. num:1. & seq. Officium Operiariorum versatur circa Ecclesiæ fabricam, quæ distinguitur à Sacris paramentis, quorum dicuntur habere ius prouidentiale: ius autem ministeriale spectat ad Cleri-
156 cos, qui sunt de Corpore ipsius Ecclesiæ, ac in ea habent titulum, & residentiam, Bero: *in rubr. de reb: Eccles: non alien. num.* 18. Prax: Neap. *cap.* 23. *nu.* 2. Azor. *mor: par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. Ferrett: *conf.* 309. *nu.* 1. *vol.* 1. Lancellot. *instit. can. lib.* 2. *tit. de pecul: Cler: §. quid n.* 27. Ricc. *l.c: par* 4. *resol.* 138. *nu:* 2. & Grat: *discept. for. cap.* 298. *nu.* 58. Et certum est, Canonicos in Cathedralibus, vel Collegiatis principaliter esse de corpore illius Ecclesię, ipsamque representare. glos. *in cap. Ego Ludouicus* 63. *dist.* Decian: *conf.* 14. *nu.* 4. *vol.* 2. Marches. *p.* 1. *§:* 1. *nu:* 4. *de com. Cappell.* Grass *dec:* 4. *tit. de his q.. F. A. M. P.*

Præfatum ius residet apud Rectorem in simplici Parochiali tãtamque administrationem circa paramenta retinet Parochus in sua Parochiali Ecclesia, quantam Capitulum in Collegiata. Abb: *in cap:* 1. *nu.* 28. *de dol. & contum. & in cap. Potuit num:* 14: *de loc. & condu.* Mar Ant. *var. lib.* 1. *ref* 112 *cap.* 45 Decian. vbi supra. Hinc est, quod dum hęc Ecclesia erat tantummodo Parochialis, administratio Sacrarum suppellectilium remanebat apud Plebanum, nunc autem cum ab eo fuerit sublatum munus, & onus cantandi Missas, Vesperas, & alia Diuina Officia; & translatum in Capitulum, consequenter ius ministeriale circa indumenta sacra fuit transmissum in Canonicos. ex Lancellot: loc: cit: *tit. de Prouis. §. iurispatronatus.* Seraph. *p* 1. *dec.* 639. *nu.* 4. & Genuen. in prax. Neap. *cap:* 47. *in fin.* Ratio est, quia concesso vno, concessa censen-
157 tur omnia, quæ ad id sunt necessaria. *l.* 2. *de iurisd. omn. Iud.* Abb. *conf.* 89 *p:* 2. Hæc Sacrorum vestimentorum administratio inter Capitulares est indiuidua, exercitium verò est diuiduum; siquidem in Ecclesijs singula officia singulis sunt committenda personis. *cap: Cum singula de præb. in 6.* Quamobrem de iure communi, & vsu omnium Cathedralium, & Collegiatarum, in quibus Sacrista non datur in titulum perpetuum, quia tunc venit nomine Dignitatis; ad tradita per Host: *in sum. lib.* 5. *tit. de pœn. & remiss. nu.* 27. deputatur ad tempus vnus Canonicus sub nomine Sacristiæ Præfecti: Fusc: *l. c: lib.* 2. *cap.* 13. *nu.* 2. Ad Capitulum spectat etiam Clericum sacris initiatum deputare, qui Subsacrista nuncupatur, qui sacram suppellectilem benè custodiat, & sollicitè distribuat iuxta mandatum Canonici Sacristæ. videte Seraph. *dec:* 639. *nu.* 8. & quamuis apud nos consuetum sit Subsacristam ab Operarijs eligi, non tamen his licet eum in officio constitutum expellere, sed id spectat ad Episcopum ex Innoc. *in cap. Cum Venerabilis num. vlt: de elect.*

Bellemer.

Bellemer. *in cap. Vlt. de exempt nu.* 21. Scraph. *dec.* 645. *nu.* 3. Barb. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 26. *nu. Vlt.* Ricc. *dec.* 198. *p.* 2. *& in prax. p.* 4. *res.* 139. *nu.* 5. Ratio est, quia non debent Laici imperare Ecclesiasticis. Viuian. *in cap. Quæ tit. de const.* Sperell. p. 1. *dec.* 14. *num. eod.* Idem Sacrista minor toto tempore, quo Missæ, & Diuina Officia celebrantur, abesse non debet à Sacristia, quæ licet in eadem Ec-

159 clesia duplex esse potest, nempè altera pro Canonicis, altera pro Cappellanis, maximè si sint contiguæ, prout ab antiquo tempore fuit in vsu in Ecclesia Bellunen. teste Card. Zabarell. *cons.* 63. *nu.* 4. vnus tamen debet esse principalis Subsacrista, qui per plures Ministros imperet in vtraque, *glos. in cap. Nunc dist.* 21. & sic binæ illę materiales Sacristiæ formaliter, sunt vna, vt cōsiderat Rot. apud Coccin. *dec.* 238. *nu.* 4. Nanque vbi duo sunt propter vnum, ibi tātum vnum. Iason. *in l. quo minus ff. de flum. nu.* 20. Bald. cons. 92, nu. 2 *Vol.* 4. Duas autem Sacristias in quibus duo Sacristæ æqualiter, & principaliter imperent scilicet quisque in sua, nullatenus tollerantur, cum id repugnet bono regimini Ecclesiæ *cap. Vnic. de off. Sacrist.* Quandoquidem in celebratione Missarum, & earum exitu iurgia, dissentiones, & confusiones verisimiliter orirentur, & debitus non seruaretur ordo necessarius. Hic aduertendum, quod Cappellani, & alij simplices Præsbyteri nondum Sacris vestibus induti cedere debent locum in priori exitu ad Missam Canonicis, licet hi posterius ingressi fuerint Sacristiam eorum Collegiatæ. ad tradita per Nouar. *de grau tom.* 2. *grau.* 143, *n. Vlt.* facit illud vulgatum; *Maiori cede*; & in hoc Subsacrista sequi debet directionem Præfecti maioris Sacristiæ. Pasqualig. *dec.* 430. *nu.* 3. Paramenta meliora assi-

160 gnantur Canonicis, quam Cappellanis. Castald. *in prax. carem. lib.* 1. *sect.* 8. *cap.* 1. *nu.* 3. *& sect.* 3. *cap.* 4. *nu.* 5. & pulcriora præparanda, quam aliis Canonicis hebdomadario Canonico pro cantāda Missa conuentuali, videant autem Sacerdotes, ne manualem stipem accipiant pro celebrandis Missis, nisi eis modico tempore satisfacere valeant; ita sub grauibus pœnis præcipitur in sæpius allegato Decreto Vrbani VIII. *de celebr. Miss.* quod modicum tēpus DD. explicant duorum Mensium ad summum. ita Emin Lug. *l. c. nu.* 34. Marchin. vbi supra *par.* 2. *cap.* 31, *nu.* 5. Auers. *l. c. sect.* 18. *q.* 11. Et sciant omnes, quibus diebus tenentur sacrum facere ratione beneficij, seu Cappellæ, Legati, aut Salarij non posse nouas eleemosynas accipere, & eadem Missa vtrique obligationi satisfacere. ita habetur in dicto Decreto vbique recepto, quo attento apud nos emersit non leuis dubitatio: An Canonici pro celebratione, & applicatione Missæ conuentualis possint manuale, siue

annuum stipendium accipere; de hac re bipartitam inuenio DD.
161 opinionem. Negatiuam amplexi sunt Ricc. *par. 3. dec. 13.* Ragucc *in vas. discipl. q. 83. nu. 4:* Bonac. *de Sacram. d. 4. q. Vlt. p. 6. § 2. n. 7.* Barb. *de off. & pot. Paroch. cap. 11. num. 11.* Coninck *de Sacram. vbi supra nu. 199.* Ghilin. *V. Missæ celebratio nu. 22.* Zambell. *eod. V. n. 3.* Gauan. *in com. ad rubr. Miss. in add. vol pr. pag. 156.* Arnaud. *l. c. tit: de Miss. oner. nu. 3.* Polac. vbi supra *p. 1. cærem. 17. nu. 9.* & alij penes Bordon. *l. c. res. 25. num. 32.* & mouentur nonnulli ad ita opinandum.

Primò, quia Missa conuentualis est intrinsecè coniuncta, & incorporata Capitulo. *ex text. in cap. Cum Creatura de celebr. Miss.* Vnde Canonicus per gyrum eandem Missam decantans non potest præiudicare fundationi Collegiatæ, applicando meritum ipsius Missæ ei, qui dedit nouam stipem, quod esset rem duobus obligare,
162 etiam contra dispositionem text. *in l. qui duobus ad S. Cornel. de fals.* & ita fuit declaratum in Synod. Pistorien. 14. Maij 1641.

Secundò, Missa non est venalis, & stipendium non potest dari pro ipso Sacrificio; quod esset aperta Simonia. *glos. in cap. Iudices*
163 *quæst. 1.* & vterq. D. Thom. 22: *quæst. 10. art. 3. ad secundum*, sed pro labore extrinseco, qui est precio æstimabilis, vt cum aliis notat Rodriq. *in sum. tom. 1. cap. 252. nu. 4.* Et quia aperta res est, Canonicos teneri, & obligatos esse id operis, & laboris quotidie subire in cantanda Missa Capitulari, nequeunt aliud stipendium accipere, stante dicto Decreto, in quo prohibetur duplicatæ stipis receptio pro vnica Missa. ita post Gauan. quem allegant inquiunt Bonart. *de Sacrif. Miss. lib. 3. cap. 7. n. 15.* & Zacchias *de salar. l. c. q. 85. n. 22.*

Tertiò, obligatus ratione Cappellaniæ tenetur pro eius Funda-
164 tore Sacrificij valorem applicare, quamuis ex tabulis non constet de tali obligatione. Bonac. *l. c. pun. 7. §. 2. nu. 13.* Dian. *p. 9. res. 68. tr. 8.* & plerique omnes Summistæ tam antiqui, quam noui; Idem dicendum de Canonicis quo ad Missam conuentualem, cum ipsã celebrent ex obligatione ratione Præbendæ Canonicalis, quam possident, ut dictum est superius.

Quartò, & vltimo, quod magis stringere videtur; Obligatus ad Sacrificandum in aliqua Ecclesia ad Diuinum Cultum tantum, vel vt vulgò dicitur *con la sola presenza*, ad comoditatem Populi; nequit stipem a persona particulari accipere, vt secundum huius intentionem applicet Sacrificium. ita suadent ea, quę supra tetigi, & Decretum Sacræ Congreg. quod in hunc sensum explicat Gauan. *in com. ad rubr. Miss. res. 80.* & in eadem opinione persistit *par. 11. tract. 8. res. 67.* addendo Sac. Congregationem sub die 6. Feb. 1627.

respondisse

respondisse Episcopo Tragarien. *Sacerdotes nulla alia obligatione, quam pro ornatu Ecclesię celebrantes non posse aliud stipendium recipere*; ex quo consequitur, Canonicis, etiamsi solummodo essent obligati Missam conuentualem canere ad solemnitatem Diuinorum, & suę Ecclesię decorem, non esse licitum, nouam stipem sumere pro applicatione Sacrificij eiusdem Missæ Capitularis.

Affirmatiuam autem partem multi non minoris auctoritatis, & numeri DD. sequuntur, posse Canonicos citra omnem culpam accipere stipem pro applicatione Sacrificij Missæ conuentualis ad
165 certam peculiaris personę intentionem, quorum sententiam satis probabilem, & tutam existimaui, & ideò id apud nos in more positum fuit: Ratio potissima est, quia opus, in quo nulli fit iniuria, iustum, & licitum semper reputatur. Institit. *de iust. & iur. §. iuris precepta*; At Canonici Missam de die decantantes omninò satisfaciunt oneri, quod habent, quoniam in fundatione nulla fit mentio applicationis Sacrificij eiusdem Missæ, sed solum eam cum cantu celebrandi; & aliud est, Canonicos teneri ad quotidie cantandum maius Sacrum, & aliud est obnoxios est valorem pro fundatoribus Collegiatæ applicare, vt considerant Ricc. in Prax. *p. 4. decis. 201.* & Rodriq. *QQ. reg. tom. 3. quæst. 7. art.* 8. cumquè diuersæ sint obligationes, vna ex altera non infertur, neç vna impedit aliam, vt inquiunt Lezzan. *in sum. to. 4. V. missa nu. 21.* Marchin. *l. c. tr. 3. p. 2. cap. 27. nu. 7. & cap. 30 nu. 4*: Et sic Canonici præfatæ Missæ fructũ integre applicantes ad mentem manualem eleemosynam tribuentium his pariter benè respondent, & nulla fides, nulla iustitia violatur Cordub. *in annot. ad sorb. V. Montales in fin.* Suarez *tom. 3. disp. 86. sect. 1.* Peyer. *tom. 3. de priu. minim. cap. 1. nu. 20.* Chasan. *l. c. tr. 8. cap. 1. prop. 11.* Bordon. *in Miscell. dec. 224.* Homob. *in com. to. 1. tr. 4. q. 121. & in consult. tom. 2. p. 5. res. 63.* Alph. de Leon. *de off. & pot. Confess. p. 3. nu. 32.* Busenb. vbi supra *d. 1. circa fin.* Auers. *de Sacrif. Miss. l. c. q. 5. sect. 17. fol. 296.* Moron. *tom. 1. resp. 93. nu. 5.* Tambur. *de Sacrif. Miss. lib. 3. cap. 1. §. 3. nu. 14.* Dicastill. *de Sacram. to. 1. tr. 4. d. 4. dub. 23. nu. 436.* & alij qui ante, ac post dictum Decretum scripserunt.

Nec vrgent pro parte negatiua adducta, quandoquidem Ad Primum negatur dictum *cap. Cum creatura*, aut aliam vniuersalem Constitutionem adstringere Canonicos ad Missam Capitularē applicandam pro certa intentione. Ita Castr. Pal. *par. 4. tr. 23. disp. vnic. pun. 12. nu. 3. & alij*, à quibus in hoc non dissentit Dian. *mor. p. 5. tr. 13. res. 31. in Miscell.* Ideò non est inducenda obligatio sine iure ad id expressè obligante. *l. quicquid ff. de verb. oblig.*

Ad secundum, dico manuale stipendium, quod à fidelibus præbetur pro celebratione Missæ conuentualis non percipi à Canonicis pro labore, quod fieri nequitetiam ab alijs non obligatis ad celebrandum, etenim cum huiusmodi labor sit intrinsecus Sacrificio Missæ, non potest ab eo diuidi, nec per se precio temporali æstimari, nisi Sacerdos longius debeat proficisci ad Sacrificandum; vt obseruat Coninck *de Sacram. quæst.* 83. *disp.* 11. *nu.* 196. sed dictum stipendium recipitur pro applicatione, non tanquam precium Sacrificij, quod esset Simonia; sed ad Ministrorum Ecclesiæ substentationem, si non totalem saltem partialem, vt notant Rodriq. *in sum. tom.* 2. *cap.* 58. *nu.* 6. Beia *p.* 1. *cas.* 15. *nu.* 4. & latè Lugo *de Sacram Euchar. disp.* 21. *sect.* 1. *nu.* 11. & concesso prout dicunt alij laborem, quē subeunt Canonici in memorata Missa posse diuidi, id non impedit, eos pro applicatione Sacrificij sibi liberi recipere stipem, non quasi detur, & re ipsa sit operi Spirituali æquiualens, hoc enim erroneum esset dicere, quia spiritualia nullo pacto compensari possunt cum temporali, sed datur atque recipitur quasi aliquid longè minus, & vilius suo opere in substentationem, vt eruditè tradit Cornel à Lap. *in com.* 1. *Epist. ad Thim cap.* 5. sicquè percipientes stipem pro conuentualis applicatione, vnum, non duo stipendia, accipere dicuntur, vt post alios cōsiderat Pasqual. *cent.* 2. *quæst.* 78. *nu.* 2. Neque obsistit penes nos Canonico Missam Capitularem decantanti, ac singulis alijs in Choro respondentibus esse assignatam
566 oboli medietatem, hoc est tres quadrantes, quia modicum, & nil in omni prædicamento æquiparantur, vt inquit Leoncill. vbi supra *priuil.* 69. *nu.* 6. & in simili casu declarauit S.C.C. die 28. Iulij 1589. vltra, quod illa tenuissima portio non tribuitur pro onere cantandi, & applicandi Sacrum, sed vt Canonici essent diligentiores ad Diuinis interessendum; vt fusè diximus superius Lib. II.

Ad tertium respondeo, non valere argumentum, aut consequentiam de Cappellanis ad Canonicos circa obligationem applicandi Sacrificium, illis enim non licet nouam stipem recipere pro Missa, quam sunt obligati celebrare, & eam simul applicare pro Fundatoribus, quia hi regulariter magis inspicere solent ad propriam vtilitatem, quam ad decorem Ecclesiæ, & commodum Populi. Ghilin. vbi supra, & Graff. 2. *par. cons. lib.* 3. *cons.* 3. *n.* 4. *tit. de celebr. miss.* & in dubio præsumitur testatorem voluisse obligare Cappellanum ad id, quod sibi vtilius est, nempè, ad ei applicandum valorem Sacrificij. *cap. Nos quidem de test.* & in terminis Trullen. *de Sacram l. c. cap.* 8. *d.* 9. *nu.* 12. Palao *l. c. p.* 13. *nu.* 1. Bordon. *in miscell. dec.* 90.

Canonicatus verò instituuntur principaliter, & regulariter cum solo onere cantandi Missam de die ad Dei cultum, Ecclesiæ venerationem,& Populi commoditatem. Filliuc. *to*. 1. *tr*. 5. *cap*. 6. *nu*. 173: Busenb. *l*. *c*: *cap*. 3 *d*. 1. Beneficia autem tantùm obligant ad Officia, propter quę conferuntur. vt communiter tradunt DD. Nec obstat in dicto Decreto de celebr. Miss. prohiberi nouæ stipis receptionem ab iis, qui tenentur celebrare ratione Beneficij, Cappellæ, Legati, aut Salarij, quia Canonici non comprehenduntur sub his titulis; Immò hęc verba nobis fauent, nanque taxatio excludit
167 omne aliud, quod in taxatione non continetur Felyn. *in cap*. *Contingit de fid*. *instrum*. Menoch. *cons*. 362. *n*. 36. & Socc. Iun. *lib*. 2. *cons* 53.

Denique nullum obstaculum facit; quod dicunt Gauant. & alij, in insinuato Decreto esse vetitum manuales eleemosynas sumi, etiã ab obligatis ad celebrandum ad Diuinum Cultum tantum, habentibus Sacrificium liberum, siquidem talis non est sensus Decreti, neque mens Sacræ Congregationis Em. Lugo *de Sacram*. *Euch*. *disp*. 21. *sect*. 1. *nu*. 20. *&* 23. vbi satis probat Decretum S. C. loqui, quando ex vtroque stipendio Sacerdotes sunt obligati ad celebrandum, & applicandum. idem sentit Pasqual. *cent*. 1. *q*. 78. *nu* 4. & ita interpretatum fuit à P. Læta è Soc. Iesu in publicis moralis Theologiæ lectionibus Romæ habitis anno 1648. vt vidi in eius manuscriptis.

Nec demùm à dictis pro sententia affirmatiua deterret alia S. C. declaratio, quã sub fide aliorũ *par*. 1 refert Diana; scilicet etiã eos, qui expressè sunt exempti ab applicando Sacrificio, sed duntaxat tenentur celebrare ad commodum Populi, non posse suscipere nouam portionem pro applicatione eiusdem Sacrificij sibi liberi; cui obiectioni respondeo non constare authenticè de huiusmodi declaratione, vt idem Diana inibi fatetur, & verisimilius est non reperiri, quia Emin. Lugo vnus ex Patribus eiusdem Congreg. oppositum post eam non scripsisset vbi supra. & ideò ipse Diana, vt refert Bonart. *de Sacrif*. *Miss*: *l*. *c*. *nu*. 15. nostram sententiam probabilem dicit, quam nos valdè probabiliorem superius diximus, prout dicimus: & dato sine veri præiudicio, dictam declarationem fuisse emanatam à S. C. vt asserit Diana & alijs, dici potest non fuisse acceptatam, in multis locis, vt testatur Turrian. apud Em. Lugo loc. prox. cit. & Lezzan. vbi supra.

Præterea si in aliqua Collegiata fuisset solitum non assumere eleemosynas pro applicatione Missę Capitularis, putò modernos Canonicos non esse obnoxios seruare vsum, quem in hoc sui antecessores introduxerunt arbitrantes, ita de iure procedere. Moron. vbi

supra

vbi ſupra *nu.* 21. Ratio eſt, quia factum ex errore, vel ignorantia
168 nullam inducit obligationem, tàm in foro fori, quàm in foro Poli *l. ſi per errorem ff. de iurisd. omn. Iud.* Duran. *d. c.* 40. *nu.* 19. Surd. *conſ.* 419. *nu* 43. Crauett *conſ.* 257 *nu.* 2. Caramuel. *l. c. d.* 103. *reſ.* 6. *nu.* 1354. & eſt communis Ciuiliſtarum, & Canoniſtarum opinio. Ratio eſt, quia error impedit conſenſum, & nunquam quis obligatur ex actu, quem ex ignorantia facit. Rolan. *p.* 1. *conſ* 13. *nu.* 22. Monet. *de com cap.* 9. *nu.* 557. Vltra conſuetum calamo non pepercì in hac quæſtione, quia cum ſit quotidiana plenius erat tractanda ex Scacc. *de iud. q.* 1. *nu.* 2.

Huic ſuccedit alia, nunquid Abbas huius Collegiatę, cui adhuc remanet cura Animarum, vt prius, quando erat ſimplex Parochus, ſit liber à celebranda priuata Miſsa ſingulis diebus Feſtis; & negatiuè reſponderunt nonnulli ea ratione permoti, quia ante Collegiatæ erectionem vti Plebanus tenebatur duntaxat ad decantandam Miſsam maiorem in Dominicis, & Feſtis, in quod onus modò ſuffectum fuit Capitulum, vt dictum fuit ſuperius cum Poſſeu. *de off. cur. cap.* 2. *num.* 1. cui doctrinæ iam ſubſcripſi, & denuò ſubſcribo, quo ad cantatam, non verò, quo ad priuatam Miſsam, à cuius ce-
169 lebratione idem Abbas ceſſante legitimo impedimento non ſubducitur, cum ſit onus, quod diſponere non poteſt in eo, quod eſt Parochus, vt deducitur ex Theſ: *for. Eccleſ. par.* 1. *cap.* 5. *num* 35. & ratio eſt, quoniam ad dicendam Miſsam diebus Feſtis tenetur non ſolùm ob commoditatem Populi, ſed etiam ob decus Eccleſiæ, & ouium ſibi commiſsarum ædificationem. Suarez *tom.* 3 *diſp.* 80. *ſect.* 2. remanetquè idem Abbas diebus Feſtis, quibus ſolemniter non celebrat, ſacrum priuatim facere in ſua Collegiata Parochiali, & nō ſufficit celebrare in alijs Eccleſijs, ſiue Oratoriis etiam eiuſdem Parochiæ. Barb. *de off & pot. Parocb. cap.* 11. *nu.* 3. *&* 5. & declarauit Sac. Cong. non obſtante consuetudine in contrarium, vt refert Moron. *l c. reſp* 93 *nu.* 5. Addens Animarum curatores, qui habent Populum numeroſum teneri, & ab Epiſcopo poſſe compelli ad ſibi adiungendum vnum, vel duos Sacerdotes, qui diebus Feſtis debitis horis in eadem Parochiali celebrent, & totus Populus audiat Miſſam. Præterea ſeruanda eſt à Parocho conſuetudo celebrandi, vel celebrari facere etiam diebus ferialibus, & pro Feſtis, vt inquiunt DD. Suarez *tom.* 3. *diſp.* 86. *ſect.* 1. Poſſeu. *de off. cur. cap.* 2. *nu.* 4. Hinc huius Eccleſię Parochus, qui ante Collegiatam ab immorabili, & poſt erectionem vſque ad hæc tempora conſueuit mercede conducere duos Cappellanos, qui vltra exercitium curæ ſinguli ſua hebdomada primam Miſsam ſummo mane ad cōmoditatem

ditatem

ditatem Artificum celebrent, nullatenus potest se ab hoc onere eximere. Imò seposita consuetudine, Episcopus id mandare debet, vt allegatis iuribus inquit Ricc: *in prax. par.4. res.366. num.6.* Neque hi Cappellani huic obligationi respondere valent, si inibi
370 sint obnoxij celebrare ratione alterius Cappellaniæ, nanque sic diminueretur Diuinus Cultus, cum duo Sacra sint peragenda, & fiat tantummodo vnum; vt benè considerat doctus Moron. *l.c. resp.68. nu:24.* & fauet Pasqual. *dec.429. nu.4.* licet possint percipere manualem eleemosynam pro illa Missa, quam summo mane dicunt, vt Populus audiat. Homob: & Marchin. loc statim cit. & alii quos refert, & sequitur Lezzan *in sum tom.4: V. missa nu.21.*

Quinimò Parochus etiam diebus Festis potest sua Sacrificia
371 facere ad peculiarem intentionem stipem porrigentis Auers. vbi sup. Card. Lugo *l.c. dist.21 sect.1.* Nald. *V. Parochus nu.18.* Castr. Pal. *l.c. nu.13.* Escob. *l.c. exam.11. cap.2 in fin.* & in hanc sententiam inclinat Nicol. loc cit. *de Sacram. lib:3.* Vbi à fortiori inquit obligatum ex voto ad dicendam aliquam Missam posse stipem accipere pro applicatione, excipe solemnitates; quibus saltem ex charitate offerre debet pro ouibus suis. Trullen: *de Sacram. lib. 3. cap 7. d 9. nu.8.* Marchant. *l.c & alij* Idem sequitur de possidentibus Dignitates, vel Canonicatus, quibus Animarum cura sit annexa. Insuper in Collegiata etiam simplici Canonici obligantur applicare Missam, quam ex nouis rubricis Missalis innuimus singulis Mensibus decantandam, necnon solemne Sacrificium Missæ funebris in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum; ita DD. mox cit. Dicunt, alij, quoscunque Sacerdotes eadem die
372 ad Missam planam obligatos debere Sacrificij valorem generaliter applicare pro Animabus Omnium Fidelium existentium in Purgatorio. ita Dian. *mor: p.4 tr.4. res 86.* Fraxinell. vbi supra. Qui verò ipsa die non habent onus celebrandi, possunt liberè pro Defuncto, quem maluerint celebrare, & applicare. Auers. vbi supr. *sect.18.* Busemb: *l.c. cap.3. d.2.* Non est ommittendum hic adnotare fructum, siuè valorem istius Sacrificii in triplicem portionem
373 distingui, videlicet generalem, specialem, & medium.

Generalis competit omnibus Fidelibus, maximè ijs, de quibus fit mentio in Canone specialis debetur, ipsi Sacerdoti sacrum operanti Medius applicatur à Sacerdote sibi, vel alijs, pro quibus sacrum peragit ex titulo Cappellæ, Legati stipis acceptæ, aut alterius obligationis, tàm viuis, quàm Defunctis. Scot. *quodlib.20. art.1.* Sot. *de iust & iur. lib.9. quæst.2. art:2.* Card. Tol. *lib. 2 cap.8. in fin.* Sacrificii Missæ applicatio pro viuis fit in primo Memento

In

174 In quo celebrans dimisso aliquantulum capite intendere debet vniuersis Christi Fidelibus prodesse, præsertim Summo Pontifici, Episcopo Domicilij, ac Missæ interessentibus. DD. apud Dian. *mor. par:1. tr.14. res.47.* quos sequitur Graff. *pr.par. cons. tit. de celebr. Miss. cons. 5. num.18.* Hæc portio est infinita extensiuè, quia crescit
175 ad ratam circumstātium, & vnius cuiusque deuotionem Victor: *in sum.tit.de Euch. con.91.* Praxinell. *l.c. sect.6. ar.5.* Sed quia cuiusq. deuotio est finita iste valor Missę communis est finitus, intensiuè, producendo limitatum effectum. Viguer. *de Sacram. Euch. nu. 195. lit, E.in fin.* Azor Suarez, & alij statim cit. Atque CHRISTVS Summus Sacerdos est dispensator tám huius generalis portionis, quâm specialis, quæ, vt innuimus, competit, ipsi Sacerdoti, & licet sit finita, crescit iuxta maiorem celebrantis dispositionem. Suarez *l. c. sect.12. art.1.* Val. *l.c. §.25.* & applicatur pro suis proprijs necessitatibus spiritualibus, & corporalibus, ac pro remissione peccatorum suorum, si sit in gratia. Hanc portionem potest alijs cedere, tradunt Mirand. vbi supra *par: 1. art.17.* Henriq. *in sum. lib. 9. cap: 21. §:8. nu.7: lit.O.* Alij tenent, id non posse fieri, quia huiusmodi
176 fructus est personalis. Videte Filliuc. *par:2. tract.5: cap:3. num. 80.* Putò absolutè dicendum, non licere Sacerdotem partem sibi debitā alijs applicare propter acceptam pitantiam. Philiarc. *tom. 1. p. 1. lib.2. cap.14. V.Concludamus.* Rodriq *in sum. p:1 cap.250. nu.2.* & alij quamplures apud Bonac. *de Sacram. d.4. q. vlt. p.8. num.16.* Ratio redditur à Tol: *lib.2. cap.8. num.4:* media autem portio, quæ per Sacerdotem applicatur, ut supra, est finita tam intensiuè, quâm extensiuè, vt ex saniori DD placito resoluit Valen *tom.4. d.6. q.11.*
177 *pun.1.* Quantum verò sit, Deus nouit, vt inquit Azor. *tom.1. lib:10. cap.21. q.1.* Vndè pro pluribus offerens non prodest singulis, ac si pro vno solo fieret oblatio; finitum porrò oblatione finiti consumitur, & si in plures diuidatur, minus contigit, quâm si vni Soli daretur. vt post quamplures obseruant Bonart. *l.c. cap.6.* Tol. *lib. 2. cap 2.* In Sacerdote non requiritur status gratiæ, dum ab eo in Missa iste valor medius alteri applicatur, nanque prouenit ex opere operato, hoc est ex virtute ipsius Operis ex se, ex institutione ipsius Christi, & effectum suum operatur absque meritò ipsius operantis: quod adnotauit Viguer: *l.c. nu.164. Vers.13.* & Couar. *de sent: excom. p.1. §.5. nu:6.*

Prænarrati fructus Missæ singuli pariter trifariam distinguuntur, scilicet in Meritorium, Impetratorium, Satisfactorium.

Primò in meritorium, quia dicentes, vel audientes Missam, aut ad eam eleemosynis cooperantes, meritum, hoc est gradum gratię sibi

sibi acquirunt. Innoc: III. *de Myst. Miss. cap.*7. Sot. *in* 4. *d.* 13. *quæst.* 2.
178 *art.* 1. Fragos. vbi supra §. 8. *num.* 14. quo gradu, siuè augumento gratiæ remanent ex partes mortali noxa saucitati, non tamen, qui habent solum venialia: hæc enim, vel actu comitantia ipsam susceptionem Eucharistiæ non impediunt gratiæ augumentum, neque remissionem aliorum venialium, sed non recipiunt remissionem illius venialis culpæ, cui adhuc actualem affectum habent. Alens. 4. *par.* q. 41. D. Thom. *par*, 3. *quæst.* 79. *ar.* 5. Iuxta hęc est valdè notandum, interdum posse celebrantem primam gratiam recipere, quòd euenit, dum quis memor lęthalis criminis, ex causa debet Sacrum facere, & quia caret copia Confessarij de illo mortali dolet;
179 existimans illum dolorem esse contritionem, licet non sit; tunc sumens Sacramentum recipit primam gratiam. ita pluribus citatis docet Facundez *de præcept. Eccles. lib.* 4. *cap.* 2. *nu.* 9. alios similes casus affert Marchin. loc. cit.

Secundò diuiditur in impetratorium, cum per se hoc opulentis-
180 simum Sacrificium sit sufficiens ad impetrandum omnes virtutes, & bona temporalia, quatenus sufficiant ad vitam æternam. Bellarm. *l.c. de Miss. lib:* 1. *cap.* 19. Quod multiplicitas collectarum ad diuersas res à Domino obtinendas in Missali ordinata demonstrat, & in canone dicitur, *Pro quibus tibi offerimus*, vel *qui tibi offerunt*, item *Pro spe salutis, & incolumitatis suæ*.

Tertiò in Satisfactorium; quia Missæ Sacrificium delet peccata venialia, & certam pœnam debitam pro culpis mortalibus per
181 pœnitentiam non dimissam. vt tradunt D. Thom: *p.* 2. *q.* 59: *art.* 5. Val. *tom.* 4. *d.* 6. *q:* 11. *p.* 1: Filliuc. *de Euch. cap.* 3. *nu.* 6. *in addit.* Homob: *in com. l.c. tr.* 8. *cap.* 5. *q.* 13. Osor. *in serm: de miss. fol.* 48. *& alij.* ac impetrat auxilium ad donum contritionis. Facundez de *de præcept. Eccl. lib.* 4. *cap.* 2. *nu.* 13.

Sacerdos obligatus pro certa viuorum intentione Sacrificare, tenetur Missę valorem Meritorium, & Satisfactorium, quo ad mediam partem, pro eis applicare, ob rationem, quàm superius tetigimus. Quò verò ad impetratorium, in dubium reuocari potest: An Missa magis prosit oranti pro vno, quàm pro pluribus:
182 cui cum distinctione respondeo: Aut impetratio boni, quod petimus à Deo per istud Sacrificium, prætenditur vti debitum ex iustitia, & opere operato concedendum ei pro quo postulatur; aut prætenditur ex mera liberalitate Diuina; si primùm: debet pro obtinenda gratia à Deo, totum fructum impetratorium illius mediæ portionis applicare. Philiarc. *loc. cit. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *vers. Tertio*,

Ff Si

Si verò à celebrante intendatur impetratio boni ex mera liberalitate Dei, certum esse, etiam in Missa, quæ dicitur ex obligatione pro impetranda à Deo aliqua Gratia, posse celebrantem pro pluribus cuiusuis generis bona petere, cum optimus Deus semper sit paratus ad nostras Preces audiendas siuè solas, siue cum aliis, coniunctas, nec diminuitur, licet in plures extendatur. Bard. *l.c. p.9. tr.3. cap.5. nu.17.*

Et ideò obnoxius ad intentionem Amici sacrum facere non adstringitur collectas Missę dicere pro eo cui mediæ partis applicatio est Deo offerenda, sed est in libertate celebrantis eas recitare tam pro se, quàm pro aliis. Marchan. *l.c. de Miss. tr.2. q.2. nu: vlt.* Bauc. *l.c. fol.327.* & Coninck *de Sacr. quæst.83. art.1. dub.10: n.195.* Quemadmodum potest in Memento orare pro quibus libuerit: Ratio est, quia Orationes proueniunt ex opere operantis, & fructus medius applicandus, vt supra pendet ex opere operato. Nau: in Man. *cap.25. nu.79. & de orat. cap.20. nu.67.* Sot. *in 4: d.15. q.2. art.6.* Henriq. *l.c. c.18. lit. C.* Missæ valor, quo ad Satisfactionem, non solùm applicatur Viuis de condigno, sed etiam Defunctis existentibus in Purgatorio. Nau. *consi.11. de priuileg. in antiq.* Couar. *tom.1. tit. de sent. excom. p.1. §.5. num.5.* & constat ex Conc. Trid. *sess.22. cap.2.* Idque fit à celebrante in secundo Memento, oculis
183 intentis ad Sanctissimum super Altare, commendando Deo illius Defuncti Animam, pro quo Sacrum operatur, & simul applicãdo Sacrificium in ordine ad remissionem pœnæ, vt aduertit Graff. *lib. 3. consi.15. nu.14. de cel. miss. tom.1.* & Dian. *par.10. tr.12. res.27.*

Quibus peractis poterit Altissimum obsecrare pro Patre, & Matre, Consanguineis, & cœteris Defunctis, vt dictum est de viuentibus in primo Memento. Deindè optimè faciet Deum obsecrando pro Animabus Mortuorum neminem habentibus, qui earum specialiter recordetur, necnon pro Anima, quę est proximior in exitu pœnarum Purgatorij, ista enim in Paradiso retribuet, vt cõsiderat Molin. *de miss. l.c. tr.6. in fin.*

Cum autem possit esse, quod Defunctus, pro quo celebraus tenetur Missæ fructum expiatorium conferre sit incapax, aut sit in Paradiso, applicare potest sub conditione, si huiusmodi fructu non egeat, vadat in Beneficium Animarum sibi benè visarum. Suarez *l.c. disp.79. sect.11.* Trullen. vbi supra *dub.6. nu.12.*

Et quia in qualibet Missa sunt tres valores, celebrans pro Defunctis applicando Mortuò fructum Satisfactorium, complet obligationem suam, etiamsi Viuis applicet reliquos fructus, quos superius innuimus, nõ tamen potest post horũ applicatione nouã,

stipem

ſtipem accipere. ita colligitur ex DD. ſupra cit. & in puncto tradit Rodriq. *in ſum. tom. 1. cap. 252. conſ. 6.*

In Miſſis etiam, quę pro viuis celebrantur, quoniam poteſt eſſe, dicatur pro aliquo mortali noxa inquinato, qui ob id non eſt capax Gratiæ, aut ſatisfactionis, vt obſeruant Valen, *tom. 4. diſp. 7. q. 4. p. 3.* Roa vbi ſupra cap. 18. Liberum erit Sacerdoti ſub conditione applicare, vt hæc ad ſe reuertantur, uel aliјs, ſi is pro quo tenetur offerre, obicem ponat Suarez loc. cit. Abſolutè verò valor Miſſæ, quo ad impetrationem applicandus eſt viuentibus, pro quibus fit ſacrum, nam & in mortali exiſtentibus ſemper valet ad impetranda auxilia ſaltem ſufficientia ad donum contritionis, vel ſaltem attritionis niſi reſiſtatur Facundez *l. c. lib. 4. cap. 2. num. 13.* & fauet Conc: Trid. *ſeſſ. 22. cap. 2.* & tradita per Bonart. *de ſacrific. miſſ. lib. 3 cap. 5. nu. 4.*

Applicatio Sacrificij non tantum fit reſpectiuè in Memento, ſed & fieri poteſt duobus aliјs modis, videlicet pro expreſsas collectas. Sayr. *in flor. tit. de celebr miſſ. lib. 3. dec. 6.* Cherub. *in comp. Bull. tom. 3. conſt. 29. ſchol. 2. Clem: VIII.* & per intentionem animi ante Miſſam. Nau. *lib. 3. de celebr. miſſ. conſ: 6. nu. 1. & de orat. cap. 17: nu. vlt.* & ſufficit actualis, vel virtualis intentio, etiam ſi antea facta fuerit, dummodo poſtea non fuerit reuocata. ita ex parte Bordon. *cons. reg. p 2. reſp. 64. nu. 36.* & ex parte Eſcob. cum aliis *l. cit. exam. 13. cap. vlt. nu. 96.* Efficax etiam eſſet illa actio, quam facit Canonicus applicando inſinuato temporis ſpatio fructum Miſſæ
185 illi, cui Sacriſta applicuerit: dummodo iſte ante Conſecrationẽ, & oblationem, & conſummationem id egerit Molfeſ. *par. pr. tract. 3. cap. 4. tit. de Sacrif: miſſ.* completur enim Miſſæ ſacrificium conſumptione. Bard. *l. c. p. 4. tr. 3. cap. pr. nu. 41.*

At verò idem Sacriſtiæ Præfectus fortaſſe non habens manuales eleemoſynas pro Miſſis non poterit eas celebrare facere per Canonicos Eccleſiæ applicando iis, qui daturi ſunt ſtipem Lezzan. Ricc:
184 Barb. Filliuc. loc. cit. & fuit determinatum à S. Congreg. die 15. Nouembris 1605. relatore Cened. *QQ Can. q. 28. nu. 3.* & denuò 16: Iunij 1635. teſte Leoncill: *l. c. prin: 258.* Fas verum eſſet Sacerdoti tres Miſsas ex Legato in hebdomada celebrare obnoxio, eas quandoque anticipatè dicere, quia ſic non ſuſpenditur Sacramenti effectus, & nulli fit iniuria, dummodo aliud à Teſtatore non fuerit expreſsè diſpoſitum. Ita cum aliјs tenent Ricc. *in prax. p: 3. reſ. 338.* Escob. loc. prox cit Rodriq. *in ſum. tom. pr. cap: 252. nu. 8.* Vega *lib. 6. caſ. 59.*

Sciendum proſtremò pro coronide, ex hoc opulentiſſimo, &

Venerandissimo Sacrificio vltra eos, quos tetigimus, quamplures alios prouenire fructus, hūc solum non reticeo, quod in ipso est depicta tota vita Christi, totaque eius Passio continetur, vt colligitur ex collecta, Secreta, quam recitat Ecclesia his verbis, *Quotiescunq. huius Hostiæ commemoratio celebratur, toties opus nostræ Redemptionis exercetur.*

185 Consideret ergò celebrans, quanta animi puritate, submissione, ac deuotione accedere debeat ad tantum Ministerium, in quo manibus contrectat, & ore manducat Corpus CHRISTI mundissimū, ex purissimo Virginis Sanguine formatum, & Verbo Diuino hypostaticè vnitum, & agnoscens propriam vtilitatem, & miseriam Oratione Præparatoria à DEO humiliter petat, vt Oleo suæ Misericordiæ impleat Vasa vacua, vt fecit Viduæ Sareptæ 4. *Reg.* 4. & quanta cum maiori charitate, ac dispositione Sacrum faciet, tantò ampliores gratiæ gradus recipiet à CHRISTO Primario Sacerdote offerente, vt tradunt DD. supra citati.

* * *

LIBRI TERTII FINIS.



DE

DE MVNERE, ac POTESTATE CANONICORVM MAXIME IN CAPITVLO.

Liber Quartus, & Vltimus.



OCABVLVM, siuè nomen Capitulum variam, multiplicemq; habet significationem; Quandoquè stat pro breui Lectione ex Sacro eloquio desumpta, quæ legitur in singulis horis Canonicis, prout adnotarunt Carol. Macign: *de hor. Can. cap. 41. nu. 2.* & Card. Bellarm. *de bon oper. lib. 1. cap 14.* Interdum ponitur pro Statuto sub vna rubrica, & vnam materiam ab alia distinguat. *cap. Quod in dubijs de sent. excom.* Rot. Rom. *pan pr. diuers. decis. 227. nu. 2.* Nonnunquàm accipitur diminutiuè; quasi parum Caput. Ant. de Butr. *super cap. Capitulum de rescript.* aliquando pro volumine Statutorum, vt in Auth. Cassa *C. de sacros. Eccles.* *vbi Capitula 1. Statuta.* Aliàs designat locum consuetum, in quo Canonici congregantur, & res Capitulares formantur. *cap. In causis de elect.* *Abb. antiq. in cap. Congregato eod. tit. num. 2.* Bald. *in cap. cum M. de const.* Sæpiùs verò intelligitur pro Conuentu, siuè collectione ipsorum Canonicorum, videlicet pro his congregatis. *cap. 1. in fin. dist. 15.* Daoyz *in repert. iur. Can. V Capitulum nu. 1.* Graff: *tit. de Prab. lib. 3. cons. 4. nu. 10. tom. 2.* Azor. *mor. par. 2. lib. 3. cap. 37. in quæst. 1.* ac Brancat. *in Epit. Sac, Can. V. Capitulum.* In quem sensum nos hic acci-

accipimus, dum explanare intendimus, quid agere valeant, vel nequeant Canonici maximè in Capitulo. Dixi maximè in Capitulo; nam, & aliquid dicere oportet de his, quæ extra facere possunt.

Ad clariorem dicendorum cognitionem, & intelligentiam reuocanda est ad memoriam diffinitio Capituli, quàm innuimus supra Lib. I. num. 58. & inuestigandum; nunquid sub nomine Capituli
2 veniat Caput. Ad quod respondeo huiusmodi caput duplex esse, nempè principale, & numerale; principale est Episcopus, siue alius Prælatus habens Territorium, & iurisdictionem quasi Episcopalē. *glos. in Clem. 1. de reb: Eccl. non alien.* Felyn. *in cap. Cum olim nu. 18. de præscript.* Numerale est prima Dignitas Collegiatæ omninò Episcopo subiectæ, quod cum sit Caput in ordine & vnitum Capitulo, venit sub nomine Capituli; Franc. Marc. *decis. 39. nu. 4.* Et Canonici non dicuntur membra huiuscemodi Capitis; ut obseruant Gemin. *in cap: Statutum de elect.* Io: And. *super cap. cum M. de const.* Carol. Bass. *de can. cap. 2.* & congruunt tradita per Becium *cons. 194. nu. 7.* Viuian. *in cap. Nouit, de his q. f. à Prał.* Rot. *de dol. & contum. dec. 11.*
3 *in antiq.* Præfatum tamen Caput numerale, siue in ordine est membrum nobilius ipsius Capituli, ita docent text. *Cap: inter.* & ibi *glos. 2. de elect.* Host. *in cap. Post electionem de concess. Præb.* Abb. *ibid. & in cap. Dilecti de maior.* Dec. *in cap. Eam te de rescript.* Felyn. *in proem. Decretal. nu: 14.* Farinac. *dec. 465. nu. 2. p. 1.* & Cocc. *dec: 282. nu. 2.* Idcircò in Ecclesia Collegiata habet maiorem administrationem, atq. in ea digniora spiritualia exercet, vt considerat Rot. apud Caputaq. *dec. 219. nu. 3. p. 1.* Non est de essentia Capi-
4 tuli huiusmodi caput in ordine. vt post alios tradit Fran. Marc. *dec. 801. nu. 1. & dec. 1027. nu. 4.* sed sufficit, quod illud habeat in potentia, vt inquit Merlin: *contrgu. for. cap. 6. nu. 20.* Vnde eo defuncto, vel absente remanet Capitulum, & antiquior Canonicus hoc est maior de Capitulo restat caput. Io. Andr. *in cap. 1. de. Ne sed. vac. aliq. inn.* Abb. *super cap. Præscitur de h. q. f. à m. p. c.* Rom. *cons. 436.* & Nicol. de Mil. *l. c. V. Canonicus nu. 46.* & in his Ecclesijs Episcopus semper est Prælatus principalis. Oldrad *cons. 67. nu. 3.* Grat. *l. c. cap. 865. nu. 35.*
5 Episcopus, siue Prælatus gaudens iurisdictione quasi Episcopali, licet tàm ille in Cathedrali, quàm iste in Collegiata semper sit caput principale Capituli, vt innuimus; nihilominus regulariter non veniunt nomine Capituli, nec dicuntur esse de Capitulo, neq. habent vocem in negotijs Capitularibus. glos. *in Clem. Vt hi de ætat. & qual.* Ant. de Butr. *in cap ex parte num. 4. de rescript.* Dec. *in cap Significatum nu. 1. de Præb. & in cap. Nullus num. 11. de elect.* & Selu.

Selu. *de benef.p.2.q.22. nu.9.* Ratio est, quia sunt contradistincti, & segregati à Capitulo Abb. *in d.cap Post electionem*. Barb. ibid: *nu. ult.* Em. Sa *V. Prælatus nu.3.* Asth. *dec.265. nu.20.* Verall dec. 153. *nu.3. p.1.* Coccin. *dec.293.* Matt. *Dig nou. p.6. tit. Abbas nu. 12.* & suadetur ex diuersitate titulorum in corpore iuris existentium: vbi alius est titulus, de his, quæ fiunt à proprio Prælato, & alius. De his quæ fiunt à maiori parte Capituli, vt notat Abb: *in 2. par. proem. Decret. nu.21.* Quod optimo iure factum fuit, ne principales Prælati nomen supprimeretur à Capitulo, & extinctum remaneret: prout considerant Abb: *in cap. Postulasti nu.12. de concess. Preb.* & Gonzal. *l.c. glos.45. nu.57.*

Si tamen accidat, quod Sum. Pontifex, dismembrato ab aliquo Episcopatu aliquo Territorio, principalem Oppidi Ecclesiam in Collegiatam erigat, conferendo externam iurisdictionem Præposito, qui cum alijs Dignitatibus, & Canonicis simul Capitulum faciat, & in eo vocem habeat in omnibus actibus Capitulariter expediendis: tunc idem Præpositus comprehenditur, & venit sub nomine Capituli: & quamuis habeat iurisdictionem in Capitulares, vti singulos extra Capitulum, nullam tamen retinet iurisdictionem in Canonicos capitulariter adunatos, ita resolutum fuit à Rot. in vna Piscien. 14. Ian. 1658. coram D. Albergato. Nec officit, quod legatur in Bulla erectionis separatè Præpositus, & Capitulum, quia vt ait Rota in alia Piscien. 24. Martij 1659. Id fit ratione Dignitatis, & preeminentiæ Personæ, prout etiam in litteris Missiuis communibus omnibus Canonicis, ac Præposito exempto, qui fit de

6 Capitulo, scribitur à tergo, *Præposito, & Capitulo, Ecclesiæ, &c.* vt inquit Io. And. *in proem. Decret.* Licet satis esset scribere duntaxat *Capitulo, &c.* Et à fortiori in his terminis sufficit in Ecclesia Episcopo subiecta nominare duntaxat Capitulum, cuius nomine omni dubio procul comprehenditur eius caput numerale, quamuis congruè possit scribi honoris gratia Abbati, & Canonicis: ut desumitur ex traditis per Rebuff. *cons.42. nu.2.*

Episcopus, vel Prælatus principalis diuisus à Capitulo, (licet vt diximus, non veniant eius nomine,) includuntur tamen, si simul essent eiusdem Ecclesiæ respectiuè Canonici, ut post alios adnotauit Franc: Pauin. *de off. & pot: Cap. sed. vac. prel.5.* Capitulum est nomen collectiuum, & quandoque vocatur Cœtus, Collegium, Congregatio, Conuentus, Fraternitas, Societas, sed vt plurimum Canonicorum collectio, & sic Capitulum distinguitur in ordinarium, & extraordinarium: Ordinarium singulis Mensibus, vel hebdomadis iuxta statuta, vel Ecclesiarum consuetudinem ad sonum Campanæ

panæ congregari solet. Pauin. *l.c. præl. 2. nu. 2.* Bald. *conf. 83. vol. 1.* Bertach. de Episc. *p. 3. nu. 10.* Capitulum extraordinarium fit secũdum negotia, quæ vtilitate tractanda occurrunt per Canonicos, qui ad id de mandato eius, ad quem spectat, conuocantur per aliquem Clericum, vel citantur per Nuncium. *glos. Super cap. Si de Capitulo tit. de concess. Preb.* Calder. *conf. 2 & 3 de contl.* & bonum erit per eundem Clericum enunciare negotium pertractandum, nisi sit de secretis. ita inquit Garc. *de ben. par. 3. cap. 2. nu. 574.* At mihi melius videtur negotia Capitularia in vna Congregatione proponere, & resolutionem in altera differre; tempore enim indigemus, vt valeamus cuncta rimari. *cap. Ponderet dist. 50.* Gauan. *in Man. V. Capitulum nu: 24:* Cohell. *l.c. cap. 31. nu. 166.* videndus.

In euentu, quo omnes Capitulares essent congregati absq. dicta Campanæ pulsatione, aut alia conuocatione, adhuc possent res Capituli capitulariter tractare, vel resoluere; nanque ex his omnissis nemo læditur. Dec. *videndus conf. 119. nu. 1.* & Purpurat. *conf. 410. nu. 3. p. 2. & alij.* Siquidem solemnitas, ut supra, solùm attenditur, quando non omnes, & singuli sunt præsentes in loco Capitulari. Innoc. *super cap. Cum nobis nu. 3. de elect.* Fely. *cap. Cum certum nu. 1. de maior.* Card. Tusc. *lit. V. conclus: 256. nu. 6.* Angel. *conf. 45. in fin. V. de forma.* Quæres ad quem spectat conuocare Capitulum, & re-

9 spondeo: si Episcopus interueniat Capitulo, vt Episcopus ad ipsum pertinet Capituli conuocatio. Innoc. *super cap. 1. de maior. & obed.* Bott. *de Sinod. p. 1. nu. 21.* & potest id agere quotiescunque venit resoluendum aliquid respiciens Episcopalem Dignitatem, vel Ecclesiæ seruitium: Abb. *in cap. Venerabili de censib. in fin.* Ricc. *p. 4. dec. 286. nu. vlt.* Nald. *V. Episcopus num. 19.* & determinauit S. Episc. & Reg. Congr. 30. Iulij 1617.

Quinimò si Episcopus pro seruitio Ecclesiæ vellet alloqui nonnullos Canonicos particulares, hi vocati tenentur accedere ad Palatium Episcopi. ita tenet Ricc. *par. 3. dec: 25. num. vlt.* & censuit S. C. C. *ad sess. 6. ad cap. 4. de ref.* In aliis verò habens Episcopus

10 controuersiam cum suo Capitulo, tenetur adire consuetum locum Capituli. *Vener. de exam. Episc. l c. cap. 29. nu. 41.* & determinauit S. C. C. apud Farinac. ad Conc. Trid. *sess. 25. cap. 6.* Et prędicta cõgruunt Prælato Principali nullius Diœcesis à Capitulo segregato. Dum Episcopus interuenit Capitulo, vt Canonicus Ecclesiæ, con-

11 uocat Capitulum extraordinarium, eique præest quemadmodum ordinario. Daoyz *l. c. V. Archidiaconus.* Nisi alia Dignitas Cathedralis soleat congregare Capitulum ex præscripta consuetudine, quæ esset seruanda, ad tradita per glos. *in cap. penult. de off. leg. lib. 6.*

& Viuian.

& Viuian. *de iurepatr. lib.8. cap.3. nu.5.* In Collegiatis prima Dignitas,& caput Collegij de iure coadunat Capitulum extraordinarium. Abb.*in cap.Hisque nu.2. de maior.* Azor: *mor: par.2. lib:3. cap. 37. quaest.3.* & Grat. *disc for. cap.482. nu.26.* Memorato capite Collegiatae absente, vel Capitulum congregare negligente, eadem potestas transfunditur in secundam Dignitatem, vel vetustiorem Canonicum. Abb *super cap.1. nu:4. de maior. & obed:* Card. Tusch. *lit:V. conf.256.n.5.* Cassan. *in cath. glor. Mund. p.1. consid.19.* Sigism. à Bonon. *de elect. p pr. cap.1: dub.9. nu.11.* & Mart. *vbi supra tit. Capitulum cap.9.* Explica, nisi hęc facultas de iure speciali, vel consuetudine ad alium competat, vt notant Io. And. *in cap.1. de maior. & obed.* & Abb. *super cap. Cum nobis num.9. de elect.* Veluti apud nos, istud munus residet apud Canonicum Camerarium ex statuaria dispositione, quae operatur, vt nulla alia Dignitas post primam, nec senior Canonicus in hoc se intromittere valeat. Abb. *in cap. Cum nobis nu.9: & in cap: In causis de elect:* Paris. *conf.31. nu.41. p.4.* Quod ius, cũ pendeat ex dispositione Capituli dicitur rationabiliter concessum. ita firmant Pauin. *l.c. nu.11.* Trullen. *in Decal. lib.7. cap.1. dub:6. in fin.* Ratio rationis est, quia Canonicus camerarius Capituli, eius officio durante, reputatur maior coeteris Concanonicis ob administrationem, quam habet, redditúum Capituli, & aliorum iurium ad illud spectantium. Moscon. *l.c. fol.282.* Zabarell. *conf.30. nu.7.* Lotther. *de re ben. lib.2. q:33. nu.53.* Dignitates, quae sunt de corpore Capituli sunt, obstrictae Camerariatus officium aliaq. onera Capitularia subire sicuti Canonici. ita determinauit Sac. Episc. & Reg. Congreg. penes Nicol. in Florib. *V. Dignitas nu.4.* Capitulum coadunandum est ab ijs quorum interest semper, & quando per Capitulares instatur. Gauan. *in Man. Episc. V. Capitulum num.6.* Amplia etiamsi talis instãtia fiat per vnicum Canonicum, aliquod negotium non leue ibi proponere cupientem: ita Vener: *de exam. Episc. lib.4. cap.29. nu.9.* Quod si efficere renuerint, vel neglexerint, duae partes Capitularium huiusmodi actum facere valent, & tali euentu Capitulũ dicitur se ipsum conuocare. Franc. Marc. *dec.1036 nu:3. p.1.* & Canonicus antiquior ex his, qui congrediuntur, stat pro capite, omnis quippe domus dirigitur à maiori, aut seniori. Abb. *in cap:1. de maior. & obed.* Fely. *in cap. Cum omnes de const.* Paris. vbi supr. Bellen. *de subsid. charit. q.100: nu.3.* Insuper si instat pars termini à iure praefixi ad alicuius actus expeditionem, minor pars potest monere maiorem, vt conueniat ad Capitulum, qua non veniente, ius erit eidem minori parti agere, ac expedire negotium: *cap. In causis de elect.* Sylu. *in sum. V. Statutum nu:2.* & Franc Marc.

loc. prox. cit. *nu* 4. Potestas non est Episcopo prohibendi Canoni-
15 cis, quin se se capitulariter congregent seruata debita forma; nec cogere ad ei reuelandum, quæ ibi velint resoluenda proponere. Moscon vbi supra *p. 1. cap. 15.* & censuit Sac. Congr. apud Barb: *collect:* *126. nu. 3.* Neque tenentur Canonici in negotiis Capitularibus admittere Episcopum in Capitulo. Rot *p. 7. diuers. dec. 112. num. 9.* Multò minus hæc competunt vices foraneo in Collegiatis Diœcesis. vt decisum refert Gauan: *in man. V. vicarius for. nu. 1. in addit.* Prima Dignitas, siue alius, cuius interest Capitulum extraordinarium indicere, non potest congregare horis, quibus ei placuerit, aut pro qualibet re ad suam voluntatem, sed tantum temporibus
16 consuetis, & pro rebus alicuius ponderis. tempus Capituli Ordinarii minimè patientibus, ut docet Franc. Pauin. vbi supra *nu. 11.*

Capitulum, vel de consensu omnium Capitularium, non est celebrandum dum Missa conuentualis aut horę canonicæ in Ecclesia decantantur. Nau *de Orat: cap. 12. nu. 5.* Bonac: *l. c. disp. 1. quæst. 1. pun. 2. nu. 15.* Intellige, nisi aliqua per vrgens necessitas tunc fieri ex postulet, quod adiudicabit maior de Capitulo Garc. *de ben. p. 3. cap: 2. nu 224.* & contrarium facientes perdunt Distributiones: S. Congr. âpud Lezan. *cap. 12. num 5. tom: 2.* Pariter diebus Festis de Præceptò Capitulum coadunare non congruit. *Garc: l. c. nu: 556.* Nisi adeò vrgens causa subesset, ut differri nequeat, ut ibi per eum & censuit Sac. Conc. Congr. sub die 13. Martii 1632. Quod si dies Capituli ordinarij incidat in diem Festum, transfertur Capitulum in statim sequentem diem pro Festum. Ita DD. mox cit. Non est bonum fieri Capitulum tam Ordinarium, quàm extraordinarium, eoque terminato repentè ingredi Chorum ad recitandum Diuinũ Officium; vndè tempus opportunius Capitulum celebrandi videtur esse post Vesperas, & Completorium. & ita seruatur Romæ. Pro
17 Capitulo deputandus est locus Ecclesię cõtiguus, qui nõ sit impeditus, vt capitulares liberè eo conuenire, ac ibi permanere valeãt. Abb. *in cap. in Genesi n. 4. de elect.* Nau. *cons. 1. n. 1. de dolo, & cõtum.*

Capitulum non est celebrandum extra proprium locum assignatum ex Decreto S. R. C. sub die 7. Octobris 1606. Veruntamen, quia locus certus non est de substantia Capituli, *cap. Quod sicut de elect. cap. Cum terra eod. tit.* & ibi glos. Raud. *cons. 37. nu. 19. lib. 1.* sequitur, quod si in loco solito nõ potuerit ob causam congregari, fieri poterit in alio loco commodo, & honesto iam in dicto. Vrsell: *concl. 85. nu. 7.* Rot. *p. 7. diuers. decis. 36. nu. 6.* At si Capitulum non fuerit citatum ad locum insolitum, non poterit nisi in consueto celebrari, nisi omnes sint presentes, & vno absente, disposita non

tenent

tenent. Bald. *in cap: cum M. de const nu.* 1. certè vbicunque omnes, & singuli Canonici coadunātur ad tractanda negotia Ecclesiæ, vel Capituli, illic locus dicitur Capitularis; prout aduertit Ant. de Butr. *in cap. Foras de verb. signif.* Si verò congregentur pro aliis causis, non constituunt Capitulum; ut bene obseruant Zabarell. *in Clem. & principalis de rescript.* & Alex. *cons.* 75. *num.* 2. *lib.* 4. Capitulum est
18 nomen iuris, & quoddam corpus carens anima, manu, & lingua vt notat Oldrad. *cons.* 65. *nu.* 7. ideò nihil agere potest, nisi per sua membra capitulāriter congregata; *cap. Nullus* 64. *dist.* Archid. *super cap. Illud* 63. *dist.* Bellem *in cap. consulti nu.* 8. *de procur.* & Ant. de Petr. *in Clip. past. cap.* 3. *nu.* 14. vbi dicit, membra Capituli esse Canonicos in eo vocem habentes; qui omnes, & singuli præsentes in Ciuitate, vel loco, ubi sita est Ecclesia Cathedralis, vel Collegiata, conuocandi sunt ad Capitula extraordinaria de mandato, vt supra consentiunt Io. Andr *in cap: Præsentium de test:* Dec. *in d. cum omnes nu.* 42. Card. Tusc *lit. C. con.* 89. Quod si nonnulli ex canonice vocatis tempore præfixo non accesserint ad locum capitularem, cæteri constituunt Capitulum, & gesta ab his valent, ac si acta fuissent ab omnibus, etiamsi qui conuenerunt essent in minori numero duarū partium ex tribus. Innoc. *in cap. de maior. & obed.* Imol. *in cap. cum certum nu.* 3. *eod. tit.* Boich. *in cap. cum nobis nu. vlt. de elect.* Abb. *in cap: causis nu.* 8. *eod. tit & in d: cap. cum omnes nu.* 3. Fely. ibidem, Boer. *decis.* 111. *par.* 1. Grat. *discept. for. cap.* 593. *nu.* 4. Sylu. *in summ. V. statutum q.* 2. *& V. electio* 1. *q.* 6. Villagut *de reb. Eccles. non alien. p.* 1. *cap.* 38. *num.* 39. Put. *lib.* 3. *dec.* 283. Buratt: *dec.* 359. *num. vlt. in annot. & dec.* 573. *nu eod. p.* 2. Rot. *par.* 6: *diuers. dec.* 36. *nu.* 1. Ratio est, quia conuocatio facta per habentem auctoritatem comparere
19 tenuentes constituit in contumacia, hoc est, voluntaria inobedientia, & vti contumaces habentur pro illa vice quo ad illum actum, ac si non essent de Capitulo. Cohell. *l. c. cap.* 31. *num.* 139. & valet quod faciant reliqui capitulares, qui venerunt. *glos. in cap. cumcupientes de elect. in* 6. *§. quod si V. comparere, & in Clem. Ne Romani §. porrò eod. tit.* Innoc. *in cap.* 2. *nu.* 4. *de dilat. & in cap.* 1. *de maior. & obed.* Bero. *in d. cap. cum omnes nu* 92. Natta *cons.* 168. *nu.* 7. Caputaq: *dec.* 64. *nu.* 2. *p.* 1. Ang. *in sum. V. Statutum nu.* 13. Fum. *V. electio nu.* 19. Merlin. *dec.* 591. *nu.* 8. Gomes. *de litt. grat: fol.* 93.

Huic autem doctrinæ non obstat, quod Ant. de Butr. *in cap. cum nobis nu.* 3. *de elect.* Raguc: *de voc quæst.* 12. *num.* 4. Monet: *de conu. vlt. vol cap.* 7. *q.* 4. *nu.* 397. & quamplures alij tradunt, oportere ad constituendum Capitulum, & expediendum actum, quod adueniant, & sint præsentes in loco Capitulari duæ partes ex tribus Canonicorum

nonicorum residentium,& habentium vocem in Capitulo, quia dicti DD.loquuntur de Capitulo ordinario, ad quod accedunt non intimati, aut citati,& propterea excusantur à contumacia,de qua superius effati sumus.

Minus refragatur in Consilijs Laicorum requiri præsentiam duarum partium Vniuersitatis, ad hoc vt facta teneant, ita Iuristæ passim,& ex Canonistis Abb. *cap. Prudentiam num.8. de off. & pot Iud. del.& alibi*, Calder.*cons.11.de iurepatr.* Dec *cons.466.n.12.* Ad Capitulum etiam extraordinarium Collegiatę absente, vel renuente Pręposito, vel eo ad quem de iure spectat coadunare Capitulum, si maior pars conuocat minorem, aut Collegium per se congregetur, necesse est duas Collegialium partes interesse in loco Capituli pro constituenda minori parte in contumacia, vt post alios docet Villagut. *l.c. cap.38. nu.30* Cęterum Canonicis secundum modum citandum citatis iussu Præfecti, vel alterius ad quem ex dispositione Statuti attinet,& multis non comparentibus in solito, vel designato loco,non solùm maior pars,sed tres tantùm Canonici, qui conuocati comparuerunt possunt explere actum. Nau. *lib.1.cons.6. nu pr. tit.de elect.* Vidal vbi supra *inquis.50. nu.76.* Siquidem ternarius numerus facit Capitulum. glos. *in Clem. Quod circa de elect.* & in ipsos præsentes transfunditur potestas Capituli; *cap. Potuit de locat.& cond.* Quinimò duo, vel vnus alijs conuocatis,& termino non venientibus, possunt,& potest eligere,& actum explere,nominando coram scriba,& testibus,quem voluerit.glos. Zabarell.Abb. super clem.1. *de æta:& qual.* Io. Andr. *in cap: Nulla nu.8. de concess. prab.* Card.Tusc: *lit.V cons 256.* Peyrin. *tom.3. in addit.ad cap 13. nu.11.* & alij apud Dian. *p.10. tract. 13. resol.33.*& quamuis Capitulum ab initio per vnum institui nequeat. Barbos. *l.c.ab Etymologia.* Mascard. *de prob. conf.584.nu.9.* si tamen ad vnū
20 redigatur, adhuc potest nomen retinere, non quia vnus sit Capitulum, sed quia Priuilegia,& iura Capituli deuolutiuè residēt in illo vno, qui eo casu pro pluribus consideratur Bald. *in rubr. de elect.*& Frac.Valente *in concord.iur. p.1. not.22 sect.4. n.2.* nō tamen potest suffragari. Vidal. *l.c.* Rodriq. *in sum. cap.102.* Idipsum procedit, omnibus Canonicis voce priuatis, vel suspensis, aut interdictis, siuè excommunicatis,vel mortuis præter vnum,ut obseruant Ant. de But. *in cap. Gratum nu.27. de pot. Præl.* Abb. *in cap. Nullus iuncta glos. de elect.* Dec: ibid. Azor *p.2. mor.lib:3. cap.37. quæs.5.* Siquidē non dissoluitur Capitulum nisi per mortem omnium Capitulariū; vt notant Bald. *in cap: Nullus nu.4. de elect.* Fusc. *de Visit.lib.2.cap.1. nu.2.* vel auctoritate Papæ ob delictum singulorum, quo casu desinunt

nunt esse,& habere nomen Capitularium; vt cum alijs notat Mātiss. *de iur. Burg. n.* 834. Secus dicendum si Ecclesia destrueretur ab hostibus. Mantiss ibid. Quod superius dictum est de citatis ad Capitulum extraordinarium per caput eiusdem Capituli,& non conuenientibus, habet locum, etiam si introgressi illico de loco Capitulari exierint, cum & hi habeantur pro renunciantibus iuri suo glos. *in Clem. Quod circa de elect.* Raguc. *l. c. q.* 13. *nu.* 3. Sperell. *dec.* 182. *nu.* 44. *par.* 2. Aliter perhibendum de Capitulo ordinario in
21 sufficienti numero coadunato, nempe præsentia duarum partium, à quo si maior pars discedat, non possunt cęteri proposita negotia resoluere. Ant. de Butr. *in cap. Bonæ n.* 31. *de pot. Præl.* Franc. Viu. *dec.* 42. *nu.* 7. *lib.* 2. Ratio est, quoniam per recessum duarum partium reuocatur Capitulum ordinarium, & declaratur negotium nō esse tunc determinandum. Archid. *in cap Si fortè dist.* 65. Oldrad. vbi supra *cons.* 122. Villagut. *l. c. cap* 39. *nu.* 3. At si de eodem loco minor pars efferat pedem, poterunt morantes continuare Capitulum, & proposita explere. ita DD. statim allegati.

Ad Capitula extraordinaria, non conuocatis cunctis, qui existunt in loco, vbi sita est Ecclesia, actus Capitulares nullius remanent vigoris, nisi saltem duæ partes vocandorum fuerint in Capi-
22 tulo,& qui non fuerint vocati non reclament. Archid. *in cap. Siquis dist.* 79. Abb *in cap. cum inter nu* 9. *de elect.* Dec. *in sæpius allegato cap. cum omnes nu.* 41. Sperell. *dec.* 182. *nu.* 47. Explicemus exemplo; Sunt viginti quatuor habentes vocem, qui possunt, & volunt Capitulo extraordinario interesse, ex quibus coadunantur quindecim, non vocatis, aut citatis nouem, tunc acta remanent ipso iure nulla,& nequeunt conualidari ab ijs, qui non fuerunt intimati, nam que necessum erat aggregari saltem duas partes, nempè sexdecim Ripa *in cap. Non n.* 7. *de elect.* Abb. *in cap. Bonæ el* 2. *eod. tit.* Sigism. à Bon. *l. c. d.* 10. *nu.* 11. Garc *de ben. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 572. *in addit.* Si verò sexdecim, ex ijsdem vigintiquatuor fuerint capitulariter adunati, non accersitis octo, tertia pars non vocata poterit facere cassari quicquid fuerit conclusum à duabus partibus. *cap. Quod sicut de elect.* Boich. ibidem *nu.* 2. Nauar. *QQ. for. p.* 1. *q.* 38. *nu.* 13. Immò quiuis Canonicus vocandus,& non accersitus poterit tanquam cōtemptus rescindi facere totum id, quod à cœteris omnibus de Capitulo fuerit resolutum, Abb. *super d. cap. Quod sicut nu.* 9 Siquidem in actibus Collegij plus nocet contemptus vnius, quam contradictio multorum, qui vocati venerunt ad Capitulum: Ant. de B. super eodem cap. 23, & Abb. vbi supra; Ratio est, quia iste contemptus est contra iustitiam, cum sine causa ablatum sit ius contempti

tēmp:i. qui ſi fuiſſet præſens, forſitan traxiſſet alios in ſuam ſentē-
tiam. vt ex *cap. 1. de h. q. ſ. à m. p. cap. aduertit.* Viuian *ſuper cap.*
Bonæ il 2. de elect. Atque dicitur contemptus etiam ille Canonicus,
qui fuit vocatus, ſed non expectatus iuxta ſolitum, vel in Capitu-
lum abſq. cauſa non admiſſus. Buratt. *deciſ. 225. nu. 3 p. 1.* Aduer-
tendum eſt autem, quod ſicut contemptus habet ius vt ſupra agen-
di pro contemptu, ita idem neglectus poteſt acta Capituli abſque
eius præſentia tractata, & concluſa à maiori parte Capitularium
ratificare, & conualidare, ac ſi reſoluta fuiſſent eo aſſiſtente. Selu.
de ben. p. 3. q. 67. nu. vlt. Sigiſm. â Bon. *l. cit.* & *in ſum. V. electio 1.*
nu. 6. Pariter ſi ſpatio ſex menſium, à die ſcientiæ actorum, in
Capitulo non contradixerit, videtur tacitè omnia comprobare. vt
notat Petr. de Anchar. *in rubr. de his q. ſ. à prel.* & fuit deciſum à
Rot. *par. 7. diuerſ. deciſ. 107. nu. 22.*

Ad hæc notandum, quòd Canonicus contemptus non poteſt vnā
partem alicuius electionis approbare, & alteram reprobare. ita
concludit Fran. Marc. *p. 1. dec. 380.* neque huiuſmodi contemptio
poteſt deduci, niſi ab ipſomet Canonico neglecto. vt docent Io.
And. *in d. cap. Sicut nu. 16.* Abb. *in d. cap. In Geneſi nu. 10.* Barb *de iur.*
Eccl. lib. 1. cap. 19. nu. 116. & vot. 78. nu. 12. Propter quod, ſi ante
ſex menſes Canonicus neglectus moriatur, nullū ius competit ſuc-
ceſſori in Canonicatu dictam deſpectionem proſequendi, tam in
electionibus, quam in alijs actibus. Bald. *in cap. Quod ſicut nu. 5. de*
elect. Imol. *ibidem nu. 5.* Neceſſaria eſt vocatio Canonicorum ad
Capitulum extraordinarium in dictis caſibus, ſi tamen aliquis Ca-
pitularis dixerit ſe nolle huiuſmodi Capitulo intereſſe, non eſt de
neceſſitate ad id citandus, cum præſumatur eſſe eiuſdem animi.
Bald. *in cap. Eccleſia nu. 2 de elect.* Ber. Greu. *conſ 54. n. 5.* Non ſunt
vocandi Canonici ab Epiſcopo relegati, qui uerò non accedunt ad
locum ob timorem inimicorum potentium debent citari, vt con-
ſtituant Procuratorem. Cohell. vbi ſupra *cap. 31. nu. 142.* Collegia-
les vocati, ſi tempore præfixo ad locum Capituli non accedant, de
23 rigore iuris non ſunt amplius expectandi. *cap. cum nobis*, vbi Abb.
nu. 9. de elect. Em. Sà *V. electio n. 4.* Quod procedit, uel de ipſo De-
cano, vt ait Alag. *ſuper cap. cum inter. d. tit.* conueniens verò eſt
paululum expectare Capituli caput, aut notabilem Canonicorum
partem, quādo veriſimiliter credi poteſt fuiſſe legitima cauſa im-
peditos, ſiue quòd breui comparebunt, ut informat Sigiſm. *l. c.*
cap. 1. d. 13. nu. 7. Canonici abſentes, ſub quorum nomine veniunt
non reſidentes in loco, ubi eſt Eccleſia. Dec. *in d. cap. cum omnes*
24 *nu. 41.* Foller. *in prax. crim. cap. 9. nu. 16.* non ſunt neceſſario accer-
ſendi

sendi ad Capitula extraordinaria, nisi in tribus casibus.

Primò in electione primæ Dignitatis Collegiatæ. *cap. Quia propter de elect.* Intellige de iure antiquo, nam de iure nouo hæc institutio, & electio reseruatur Sum Pontifici. Seraph. *dec* 119 *nu.* 3. Buratt. *dec.* 172. *nu* 30. *tom.* 1.

Secundo in cessatione à Diuinis, quam de licentia Episcopi ex legitima causa Capitulum vellet impone e *cap. Irrefragabilis de off. ordin.* Anchar: Imol. *super cap. Si Canonici eodem tit* & Card. Tolet. *suæ instr, lib.* 1. *cap.* 56. *num.* 2. Atque tenetur Capitulum exprimere causam per publicum instrumentum. Brancat. *l. c. V. Canonici.*

Tertiò in collatione Præbendarum, & Beneficiorum, quarum, vel quorum collatio spectat ad Capitulum. *cap. Cum in Ecclesijs de Præb in* 6. Genuen: *QQ. Eccles. q.* 571. *num.* 2. & Rot. *dec.* 26. *tit. de Præb. in nou.* Exceptis memoratis casibus non est de necessitate absentium citatio *glos in cap.* 2. *de test. in* 6. Daoyz *l. c. V. Canonicus:* nisi alia sit Ecclesiarum consuetudo, quæ sicut introducere potest, quod etiam in dictis tribus casibus non vocentur absentes: Bero. in *cap. cum omnes nu.* 87. *de const.* S. Antonin. *l. c. p.* 3. *tit.* 15. *cap.* 1. § 1. Sylu *in sum. V. electio* 1. *nu.* 6. ita statur statuto confirmato, & consuetudini introductę, quod conuocentur absentes ad Capitulum in cunctis factis grauibus, dum id commodè fieri possit. glos. *in cap. coram de elect.* Ant. de But: *super eod. cap. nu. ult.* Quam consuetudinem satis commendant Fely: *in d. cap. cum omnes.* Nald. *in sum: V. abesse, & alij.* & iure merito, nam consilia plurimorum sunt maioris auctoritatis: *cap. Prudentiam de off. deleg. V. illa* Abb. *cons.* 25. *nu.* 1. *p.* 2. Ratio rationis est, quia veritas per plures melius inuenitur, cum magis videant oculi; quam oculus, vt aiunt Compost. *in d. cap. Quia propter n.* 35. Dec: *cons.* 615. *n.* 5. ex quibus infert Card. Tusc. *lit: C. concl.* 764. *num.* 3. Principes non errare ob plures Consiliarios sapientes, quos apud se retinent. Quod vtinam obseruarēt omnes, eligendo peritos, qui sint de Verona, non de Placentia, vt monent Io. And. *in cap Quanto de iureiur.* & Moscon. *l. c. cap.* 3.

25 Occurrente citari absentes in casibus non necessariò vocandis, substinentur peracta à Capitulo, aliquibus eorum non expectatis. Io. And: *in cap cum ex iniuncto nu:* 5. *de nou. oper. nunc:* His tamen sancito tempore venientibus à Capitulo sunt reficiendæ expensæ, & damna, vt notant Petr. de Anch. *de reg: iur. in* 6. *reg: accessorium.* Vrsell. *l. c. con.* 1. *nu.* 75. Viuian. *super cap. cum inter. de elect.* Vocatio Canonicorum absentium à loco, quos interpellare opus est, adhuc nō est dicenda de substantia, sed de iustitia: Oldrad *cons* 188. *nu.* 1. & notat Ant. de B, *in cap. Quod sicut nu.* 23. *de elect.* Lezan. *in sum. tom.*

tom. 1. *cap.* 15. *nu* 8. Cœterum esset de essentia, dum Capitularium
26 maiori parti a Domino loci impediretur ingressus in Ciuitatem vbi fit Capitulum, quo casu minor pars grauatur accedere ad locum tutum pro maiori parte. Io. And *loc: prox. cit. aliijq. cum eo.* Canonici tàm absentes à loco suæ residentiæ, quàm præsentes, negantes se ad Capitulum extraordinarium interpellatos fuisse, non
27 reputantur citati, nisi constet de citatione. glos: *in cap: Quod sicut,* vbi Abb: *nu:* 8. *de elect:* Bald. ibidem *nu.* 5. De quo standum est Núcio iurato. *glos. in d. cap V: Vocatos* Si ignoretur, vbi degant Canonici absentes, vocantur per Edictum in Ecclesia, ut docet *glos. in eod cap. Quod sicut,* & prętendentibus non fuisse seruatam formam substantialem vocandi ad Capitulum, incumbit onus probandi, si acta improbare voluerint. Put. *dec:* 375. *nu.* 1 *lib.* 2. Rationem ponit
28 Dec. *in cap: in Præsentia tit. de Prob.* Ex Canonicis tàm absentibus, quàm residentibus non conuocantur ad Capitulum, nisi, vt diximus, qui in eo habent vocē, quæ multipliciter sumitur à Scriptoribus, sed in casu proposito, vox est votū Canonicorū capitulariter prolatum, aut proferendum, explicans animi mentem assentiē-
29 do, vel dissentiendo circa ea, quę in Capitulo proponuntur. Horat. Barbat. *de diuis. fruct. par.* 1. *cap.* 16: *nu.* 11. & ante eum docuerunt Frecc. *de subinfeud: lib.* 1: *d.* 1. *nu.* 19. & DD. *in rubr. extr: de elect.* Huiusmodi vox competit tantummodo Canonicis in Sacris Ordinibus constitutis. *Clem. Vt hi tit. de ętat. & qual. ordin.* Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 4. *de ref.* & non existentes in Sacris nequeunt ab aliis
30 Canonicis admitti ad dandam vocem in electionibus, & actis Capitularibus. Boich *super d. cap Quod sicut n.* 4. Nau: *cons.* 7. *de cler. non resid:* Say. *in flor: dec:* 14. *eod. tit.* & censuit Sac. Congr. *ad dictum cap. conc.* Nec valet contraria consuetudo. Tamb. *de iur. Abb. to.* 1: *disp:* 5. *q.* 8. *nu* 8. Gauan. *in man. V. Capitulum nu.* 11. *in addit.* Neque Episcopus potest in hoc dispensare; Azor: *l. c. lib.* 6. *cap* 6. *quæst.* 1. Homob. *de stat. par:* 1. *cap.* 9.

At verò, quia cuilibet Canonico, & si minorum tantùm Clerico in Possessione sui Canonicatus conceditur stallum Chori, locus in Capitulo, necnon vox in eo habitu, licet non actu vsquequo sit Sacris initiatus. Innoc. *super cap In litteris de rest: spoliat.* Monet. *l. c. p.* 2. *q.* 10. *nu.* 12. & propterea dicta possessione assecuta, statim dicitur de Capitulo, & verus Canonicus. Zabarel. *super d. clem. Vt hi.* Caual. *dec.* 109. *nu:* 11. Eidem Canonico non in Sacris, de consensu
31 Capituli permittitur, vt assistat Capitulis, ad effectum addiscendi, quæ sunt muneris Canonicorum. Raguc. *de voc. q.* 22. *nu.* 4. Gauan. *loc. stat. cit. nu.* 14.

In

In aliquibus Collegiatis integro biennio Canonici etiam Sacerdotes arcentur à votando in negotijs Capituli, vt interim discant, quæ illis postmodum sunt peragenda; quod laudatur in Theat. Vit. Hum. *V. Silentium*. Carentes voce actiua ob defectum ordinis, hoc est iure votandi super aliquo actu in Capitulo faciendo, non pri-
32 uantur passiua, id est, iure patiendi vocem de seipso in eodem Capitulo: ita probabilius arbitrantur Castr. Pal. *par. 2. tract. 13. d. 5. p. 6. nu. 13.* Piasec. *in prax. par. 2. cap. 3. nu. 7.* & Garc. *de ben. par. 3. cap. 4. nu. 5. in addit.* Ricc. *in prax. p. 2. res.* 488. *nu.* 4. contra Nau. *cons. 6. de verb. signif.* & Less. *l. c. cap. 34. dub. 29. n.* 105 existimantes in dicta prohibitione vtranq. vocem esse comprehensam, & sequitur Molfes. *tr. 6. cap. 16. nu. 34.* Concordant omnes, quod si Præfatus Canonicus non in Sacris admittatur ad vocem actiuam, non idcirco remanent irrita gesta à Capitulo; Ratio est, quia vtile per inutile non vitiatur in actibus Capitularibus. Fely. *in cap. cum super de off. deleg.*

Canonicus dispensatus à Summo Pontifice super ætate, vt possit ad Sacros ordines ordinari, statim atque sacris initietur, censetur etiam gratiatus in danda voce in Capitulo. Abb. *in d. cap. Pro illorum nu. 3.* Roman. *cons.* 325. Ratio est, quia non erat expers vocis ob defectum ætatis, sed ratione ordinis. Sanchez *de matrim. lib. 8. d. 1. nu. 23.* & suadetur ex textu plano statim alleg. *Clem. Vt hi.* vbi habetur non solùm carere voce in Capitulo Canonicum, qui nō est in Sacris, sed & eos, quibus non deest Subdiaconatus, & sunt instituti ad Præbendam Diaconalem. vt notat Brancat. *in Epit. can. V. Vox.* Coadiutores Canonicorum initiati Sacro ordine, quem
33 postulat eorum principalium Præbenda, lętantur voce actiua, & passiua in Capitulo, ut tradunt Viuian. *l. c. lib. 1. cap. 1. n. 91* Fillinc. *p. 2. tract. 23. nu.* 177. Penia *decis. 307. nu. 3. p. 1.* Silent tamen, dum ipsorum coadiuti Capitulò interesse vellent, & dare votum. ita Farinac. *dec. 410. n. Vlt. p. 2. in posth.* Garc. vbi sup. *p. 4. cap. 5. n.* 107.

Canonici supranumerarij cum plenitudine iuris Canonicalis
34 recepti, conuocantur ad Capitulum, ibiq. habent vocem, quando tractatur de condendis statutis, & Decretis omnes obligantibus, ac in aliis casibus, prout solet inseri in eorum Bullis, & nequeunt Canonici ordinarij eorum potestatem limitare. vt aduertit Castr. Pal. *p. 1. tract. 13. d. 1. p. 10. nu* 43. Prælatus exemptus, & Collegiatæ Ecclesiæ caput principale quamuis, vt adnotauimus supra,
35 non dicatur de Capitulo, in eodem tamen semper habet Præsidentiam, & vocem, & si non dum sit in Sacris Ordinibus constitutus. Abb. *super d. Clem. nu. 5.* Barb. *in Clem. cum Ecclesia nu. 12, de ætat.*

& qual. Lotther. *l.c. lib.* 1. *q.* 15. *nu.* 41. Indecorum quippè esset, & Ecclesiæ damnosum Prælatum externa iurisdictione lætantem ob defectum ordinis vocem in Capitulo nõ tenere: ita glos *in d. Clem. vt ibi*. Quę non applicantur in Pręposito Collegiatæ Episcopo prorsus subiectæ; licet iste sit prima Dignitas, & caput, remanet pri-
36 uatus voce in Capitulo, quo ad vsque sit Sacris initiatus. Dec. *in cap. Significatum de Prab. nu.* 4. Garc. *l.c. p.* 3. *cap.* 4. *nu.* 26. Retinet tantummodo ius conuocandi Capitulum, & in eo proponendi, ac resoluendi iuxta decisionem factam per maiorem partem Capitularium, quia cum isti actus sint iurisdictionis, non ordinis, semper ad primam Dignitatem spectant. Grat. *discept. for. cap.* 482. *n.* 17. Marzill. *lib.* 2. *tit. de Prab fol.* 157. Aliæ verò, tàm Cathedralium, quàm Collegiatarum Dignitates huiusmodi maioritate non gau-
37 dent, immò quantumuis in Sacris existant, ac locum in Choro retineant nullam habent vocem in Capitulo. Selu *de ben par.* 2. *q.* 17. *n.* 20 Io: Bertach. *de Episc. p.* 3. *nu.* 1. Rebuff. *conf.* 42. *nu.* 5. Fragos. *l.c. lib.* 1. *dec.* 8. *nu.* 26. Seraph. *dec.* 98. *nu.* 1. Penia *dec.* 36. *n.* 6. *par.* 2. Ratio est, quia vox pendet à Canonia, vt informant Abb. *in cap. Scriptum de elect.* Rub. *singul. V. Capitulum nu.* 4. Genuen. *in Prax. cap.* 69. *nu.* 20. In duobus tamen casibus memoratæ Dignitates voce in Capitulo fruuntur; Primò, si his sit annexa Præbenda canonicalis; Secundò, ex præscripta consuetudine Fran. Marc. *dec.* 139. *nu.* 2. *p.* 2. aut saltem possessione decennali. Dec *super cap. Quanto de rescript.* Eueral. *loc. de tanquam.* Rot. *p.* 2. *diuer. dec:* 4. *nu.* 8. Quibus casibus sunt conuocandæ ad Capitulum modo, quo dictum est de Canonicis; quin secundùm aliquos, qui Dignitatem, & Canonicatum obtinent, duplicem vocem gerunt in Capitulo. ita Hoyed. *de incompat. cap.* 12. *nu:* 5, *p.* 1. Couar. *var lib.* 3. *cap.* 13. *nu.* 6. Nald. *V. Canonicus nu.* 1. Barbos. *super cap. Diuersis n.* 2. *de Cler. coniug. & cap. Clericus n.* 3. *de Prab.* Vbi enim duo iura accedunt eidem Personæ, censenda est illa persona iure duorum. *cap. cum olim de sen & re iud.* vbi Abb. quę vtiq. negant Petr. de Anchar. *in cap. cum non liceat n.* 1. *de præscript.* Imol. *in cap. cum olim de sent. & re iud:* Trullen. *in Decal. lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 5. *nu.* 2. & cęteri apud Sanchez *p.* 1. *conf. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 106. Quorum sententia est probabilior; Ideòque licet in Bulla huius Collegiatę ex gratia fuerint concessæ duæ voces Abbati, in ea tamen Sum. Pontifex mandat, Distributiones esse æqualiter repartiendas inter Abbatem, & Canonicos. Ratio adduci potest, quia stipendia duplicata dantur duntaxat ratione duplicis operæ diuersis temporibus pręstitæ; ad tradita per Filliuc. *p:* 3. *tr.* 44 1. *cap.* 6: *nu.* 56. At Distributiones sunt assignatæ horis, Canonicis, quod

seruitium

seruitium est vnicum, & non magis inseruit Dignitas, quam simplex Canonicus. vt notant Ricc *l.c. p. 3. res. 467.* & Trulleu. *l. c.* Idē dicendum de Prouentibus prouenientibus ex Anniuersarijs, & Festis; quia vbi est eadem ratio, idem ius cōstitui oportet. *cap. Translato, de const.* Viuian *super cap. vnic de Cler. non resid.* Nec his obstāt, quæ dicuntur infra *nu. 195.* nam fit differentia dum honorarium separate datur ad eorum manus, Episcopus quisque, qui simul est
38 Canonicus vnicum tantùm suffragium retinet in Capitulo. Selu. vbi supra *p: 2. q. 17. nu. 3.* Grat. *discept. for. cap. 106. nu. 9.* & vt Canonicus potest semper interesse Capitulis. *cap. Ex litteris de prob.* & ibi Innoc. veruntamen non conuocatur ad Capitulum, si fortè sit procul à Ciuitate. Rot. *par. diuers. decis. 783. nu. 5.*

Quod si Episcopus non sit eiusdem Ecclesiæ Canonicus, nulla ei competit vox in actibus capitularibus. Abb. *in proem. Decret. 2. p. nu 21.* Sbroz. *off. Vic. p: 2. lib. 3. nu. 21.* & alij penes Lotther: *l. c: q. 15. nu. 38.* Accidit nonnunquam habentes vocem in Capitulo ibi priuari loco, & Capitulo, vel puniri suspensione vocis ob incōgrua ab ijsdem perpetrata, vt ex clem. mox cit. notant Curtell. *l. c. par. 3. nu. 23.* Sigism: à Bon. vbi supra *d. 107. num. 2.* & Garc. *de ben. p. 3. cap. 2. nu. 526.* Qui ita expertes non intelliguntur priuati in his quæ
39 sunt oneris. Ricciull. *de iur. person. lib. 2. cap: 30. nu. 14.* Canonici suspensi sunt priuati voce in actibus Capitularibus. glos. *in cap. cum dilectus,* & ibi Abb. *nu. 20. de consuet.* Fely: *in cap. Apostolicæ de except.* Nec quis potest electionem de se factam acceptare. ita Sorb. *in comp. priuil. mend. V. ingredi nu: 7.* idem sequitur de Canonicis interdictis, aut irregularibus. Azor. *p. 2. lib. 6. cap: 14. q: 8.* Rodriq: & alij, quos citat, & sequitur Castr. Pal. *p. 2. tit. de ben. d. 1. par. 10. tr. 13.*

Canonici maioris excōmunicationis vinculo irretiti si fuerint denunciati, aut publici Clericorum percussores, qui nulla queant
40 tergiuersatione celari, sunt omni voce destituti, & non conuocantur ad Capitulum. Cōpostell. *in cap: Dilectus nu. 2. de consuet.* Quod si tales fuerint scienter ad dandum suffragium admissi vitiantur actus Capitulares Compostell: ibidem; Imol. *super sæpius allegata Clem. Vt hi,* & Raguc: *de Voc. quæst. 20. in fin* Immò Canonici, quos constat in maiorem excommunicationem incidisse, quamuis non sint publicati, aut manifesti Clericorum percussores in Capitulo destituuntur, *ex cap. Cum ab homine de sent. excom. & cap. Postulastis cum seq. de Cler. excom.* Nec tenet electio de his facta *cap. constitutus de appell.* & possunt à cœteris capitularibus repelli, ne intrent in Capitulum; Verūtamen eos admittentes non pec-

cant, neque ea propter ab aliis acta irrita remanent. *cap. cum inter de elect.* Molfes. *l.c. tr.6. cap.16. nu.74.* Petr. de Anchar. *in rubr. Ne sed. vac. aliq. inno:* Immò valet eius vox, si faciat vt persona publica. Rod. *in sum. cap. 105. in fin.* Canonici minori excommunicatione palam innodati non arcentur à Capitulo, nec à facultate porrigendi suffragia. Io. And. *in rubr. de elect.* Oldrad: *cons. 259.* Sylu. *V. electio 1. nu. 5.* Siquidem minor excommunicatio excludit a participatione Sacramentorum, non à communione Fidelium. *cap. Si celebrat extr. de Cler. excom.* ipse tamen sic excommunicatus non potest eligi. Molfes. vbi supra *nu. 73.*

41 Dignitates, & Canonici voce in Capitulo gaudentes, qui ob distantiam infirmitatem, vel aliud impedimentum, interesse non valent, possunt, & si in loco residentiæ existant, Procuratorem constituere ad eorum nomine votandum, non solùm in electionibus ad Canonicatus, Beneficia, & Officia, sed & pro resoluendis certis negotijs capitularibus, pro quibus conuocandi sunt quotiescunque fit Capitulum extraordinarium modo superius insinuato. ita docet glos. *in cap. Quia propter de elect. V. commodè,* Abb. ibid. & addit. ad Io. And: *super eod. cap. n.70.* & sequuntur Lezzan. *in sum. p. 2. cap. 15. nu.8.* Raguc. loc. cit. *quæst. 24. nu. 3.* Daoyz *in repert. V. absens.* Azor. *mor. p.2. lib.6. cap. 15. quæst. 7.* Debent verò eidem suo Procuratori speciale mādatum præbere ad iurandū in Animam suam de absentia à Ciuitate, vel loco, quod fiat taliter, & tali modo impediti, vt tradunt Alagon. *in cap. Si quis de elect. in 6.* & Seraph. *de priuil. iuram. priuil. 35. in princ.* Alias Procuratori non creditur super dictis obstaculis Canonicorum. Barb. *de iur: Eccles. vniu. lib. 1. cap. 19. nu. 110.* Atque in omni casu tenentur subrogare aliquem, qui sit de eodem Capitulo, & Sacris Ordinibus decoratus. Dec. *in cap. Constitutus 1. nu. 7. de appell.* Barbat. *l.c. cap. 16. nu. 13.* Laym. *lib. 4. tract. 2. cap. 12. nu. 4.* Ricc. *in Prax. p. 4. res. 41. n. 4.* interest enim Collegij, ne eius secreta pateant extraneis. Abb: *in d. cap. Constitutus nu. 7.* Fely. *in cap. Cum omnes n. 15. d. const.* Applicatur Ecclesiast. *cap. 18.* vbi legitur, Coram extraneo nō esse ineundum consilium.

42 Procurator electus à Concanonico ad eligendum, cum sic penes eū sint duæ voces, non poterit in electionibus, quæ fiunt per vota secreta, suam vocem dare vni, & aliam procuratorio nomine alteri. Dec. *in cap. Quamuis n. 2. de off. deleg.* Euerald. *loci de tanquam.* Grat. *discept. for: cap. 211. nu. 11.* Siquidem electio fit nomine, cui commissa est, & non committentis. vt notant Innoc. *super cap. In causis de elect.* & Bertac. *l.c. cap. 59.* Et quoniam tenetur eligere meliorē Grat. vbi supra nu. 11. Et quis non habeat nisi vnum dictamen rationis:

tionis:

tionis; quem magis idoneũ iudicat pro parte sua, debet & sentire pro Amico, qui ei concredidit vocem suam. ita considerat Abb. in *cap. Cum olim nu. 9 de re iud.* & Vener. *in exam. lib. 4. cap.* 10. *num.* 1
43 Potest tamen dari casus, quod merita duorum eligẽdorum sint omninò æqualia, & sic idem Procurator remaneat perplexus, nesciens quem ex his duobus eligat, quo euentu in conscientia posset vota diuidere, & vni voto suo fauere, & alteri procuratorio nomine. ita Sigism. à Bonon. *l. c. d.* 14. *nu.* 8. Guttier. vbi supra *lib.* 1. *cap.* 4. & Sylu. *v electio* 1. *nu.* 16.

Canonicus absens, vel residens, sed infirmus potest per litteras sigillatas Præsidenti Capituli mentem suam circa aliquam electio-
44 nẽ significare, vel mandatum alicui Capitulari dare de certa persona eligenda, qui sic poterit vnum nomine Domini, alium proprio eligere, ut expressè habetur *in cap Si quis §. porrò de el. et. in 6.* & aduertunt Vener. vbi supra, & Viuian. *super eiusdem cap.* vel ad infirmum ad hoc accedat, qui in Capitulo recipit voces. Molfes. *l. c. tr. 6. cap. 36. nu.* 84. quod tamen ex iure nouo Conc. Trid. sess. 25 *cap. 6.* modo fieri non potest in electionibus Regularium, quæ per suffragia secreta celebrantur, prout declarauit S. Cong. apud Garc. *de ben. par. 5. cap. 4. nu.* 200. Barb *super d cap Si quis*, & Molfes. vbi supra *nu.* 150. vbi aduertit, quod in his, & alijs casibus, quibus de substantiali forma iuris communis electiones faciendæ sint per vota secreta, si non seruetur forma actus est nullus. ita Suarez *de leg. lib. 5. cap. 31. n.* 5. Non venit autem contra formam impeditus vt supra, dicens suo Procuratori, cui liberè commisit vices suas, ego si præsens essem, votum meum darem ad fauorem talis, quia adhuc suffragium, quod dabit Procurator, erit secretum, vt efficaci ratione probat Castr. Pal. *p. 2. tr. 13. d. 3. pun 4. nu.* 8. Vnus Canonicus potest à pluribus deputari ad ferendum suffragium, vt supra. Abb. *in cap. Scriptum nu. 5. de elect.* & potest constitui Procurator per litteras priuatas authentico sigillo constituentium sigillatas: Abb. *in cap. Bonæ nu. 24. de pot. Præl.*

Adnotandum est, quod si nullus de Capitulo vellet esse Procurator non poterit deputari extraneus ad dandam vocem. Alagon. *super d cap Si quis*, nisi maior pars Capituli consentiat, prout etiam ad dandum votum consultiuum. Topat. *l. c. tit. 84. cap. 4.* Villagut. *l. c. nu.* 12. vt autem possit ferre votum decisiuum requiritur consensus omnium vocalium. Marc *dec. 1037. nu. 1. p* 1. Genuen *pract. q.* 617 *nu.* 1. Aduertendum etiã vniuersis, & singulis de Capitulo haud licere admittere Laicum ad suppeditandum votum decisiuum, sed tantum consultiuum, quia ius præbendi vocem in Capitulo est ius

Spi-

Spirituale, quod non cadit in Laicum. Abb. *super cap. Sacrosancta nu 2. de elect.* Hinc est, quod nonnulli Seculares Nobiles vigore Priuilegij sibi à Papa concessi recipiuntur in Canonicos, acquirendo ius interessendi Capitulis, in quibus tamen nulla vtuntur voce, vt obseruant Compostell. *in cap. cum M. n. 7. de const.* & Boss. *de for. ∡ compet. nu.* 126. Omnes, & singuli, qubus non deest vox in Capitulo, sũt
46 obstricti ad ordinaria, & extraordinaria Capitula accedere. Abb. *in cap. 1. de his q. f. à m. p. c.* Bonac. *de distr: disp. 1. q. 1. pun. 2. nu. 5.* & determinauit Fragos: *lib. 3. d. 8: nu. 30: tom. 2.* Nam Capitula celebrare est necessarium ad rectum Ecclesiæ gubernium: ita omnes; & obligatio, quæ residet apud totum Capitulum, inest etiam singulis membris, vt notant Sot. *de iust. & iur. lib. 10. q: 3. art. 4.* Castr: Pal. *de hor. Can. disp. 3. pun. 9:* §. 4. Bordon. *p. 1. resp. 30. num: 1.* Aliorsum si fas erit vni Canonico abesse, licebit, & alteri, & sic omnibus; nec facit dicere, quod vno non comparente, cœteri suppleant; etenim quantum in se est, non efficitur Capitulum, & ipse non respondet officio suo. Neque à culpa excusatur non conueniens, ut euitet altercationes, cognoscẽs se biliosum esse, ac facilè in excandescentiã deuenire; Carc. *de ben. par. 3. cap. 2. n. 42.* & Homob. *in consultat. p. 3. resp. 11.* Præsertim prima Dignitas, & caput Collegiatæ, cuius præsentia est magis necessaria in Capitulo, ut considerat Ghilin. *l. c. V. consilium nu. 1.* aliàs absque iuxta causa à Capitulo approbanda nõ interueniens multatur Rot. in una Piscien. 14. Ian. 1658. insuper est adnotandum, quod licet liberum sit quibuscunque Capitularibus dies absentię à Sac. Conc. Trid. irrogatos desumere etiam diebus, quibus habetur Capitulum, ut consentiunt omnes; nihilominus, testibus Trullen. *in Decal. lib. 1. cap. 7: d. 30. n. 9.* & Castr. Pal. *de ben. tr. 13. d. 3. p. 9.* §. 4. id imitandum est, dum ex tali absentia non sequatur graue damnum Capituli, quod non curans dicitur ingratus, vt notat Genuen. *l. c. q. 240.* Excusandus videtur in foro conscientiæ Canonicus non interueniens pro illą uice Capitulo, præui-
47 dens pręsentiam suam nil pro futuram, eo quia proceditur ex abruto, sine modo, lege, & ratione ob arrogantiam, & ignorantiam aliquorum maiorem partem Càpituli constituentium; Homob. in *in com. p. 3. resp. 3. q: 11. tr. 14.* Frag. Bonac: Garc. locis statim citatis & clarè Gutier. *can. QQ. lib. 2. cap. 11. nu. 87.* & sequitur Pyrr. Corrad. ubi supra *lib. 5. cap. 6. nu. 17.* Dummodo euidentissimum sit suã præsentiam nil adiumenti allaturam, sed solùm sibi odium excitaturam, & admoneat Episcopum, ut his malis prouideat, prout monitus tenetur; ita Abb. *in cap. Dilecti nu: 1. de maior. & obed.* Considerate dixi in foro conscientiæ, nam in foro fori Canonici residen-

tes

tes insinuatis impedimentis non detenti sunt obnoxij comparere, & suffragia reddere, vt videbimus infra. Limita nisi absint, sciẽtes Capitulum non fuisse legitimè congregatum, & consequenter eius acta fore inualida, & nulla, quo euentu in vtroque foro excusantur. Abb. Dec. Fely. & alij scribentes super *dicto cap. Omnes de const.* Capitulum tàm Ordinarium, quàm extraordinarium à Diuina precatione sumat, exordium iuxta adnotata *in cap. In nomine Domini 23. dist.* Sapientes Gentilium aiebant:

48 *A Ioue principium nobis, hinc optimus orsus.*

Propter quod cunctis Capitularibus in loco solito congregatis, stata ibi fiat oratio, qua completa, Dignitates, & Canonici habitu chorali induti debent ibidem ordinatè sedere, & modestè cõmorari, prout in Choro; ex traditis per *glos. in cap fin. de consuet. in 6.*

49 Canonicus Prothonotarius Titularis tenetur ad Capitula accedere non Prælatitio, sed chorali habitu vestitus, & ibi manere iuxta suam receptionem ad Canonicatum; ita declarauit S. R. C. teste Gauan. *in Man. V. Capitulum nu. vlt. in addit.* Huius Decreti rationẽ fuisse puto, quia ex habitus diuersitate posset generari scandalum inter Canonicos æquales, vt innuit glos. *in cap. Deus de vit. & hon.* Tum quia Prothonotarij Dignitas, cum sit extranea à Capitulo, non debet nocumentum afferre Capitularibus: ita Ant. de Pret. in *elip. past. cap. 5. nu. 5.* Moron. loc. cit. *nu. 20.*

50 Prima Sedes in Capitulo cõpetit Præsidenti Capituli, & si adesset Episcopus, ut Canonicus, qui tamen ob culmen suæ Dignitatis sedet in Capitulo post Præsidentẽ, non attento ipsum in receptione Canonicalis Præbendæ esse alijs Canonicis posteriorem; glos. *in cap. 2. de Præb.* Ant. de But. *in cap. Postulasti de concess. Præb.* Marta vot. 101. *nu.* 3. Scacc. *de appell. q. 8. nu. 60.* Put. *dec.* 104. *num.* 8. *lib.* 3. Si verò Episcopus interueniat Capitulo, nõ vt Canonicus, sed vt Episcopus in casibus, quibus habet ius coadunandi Capitulum, sedet in prima Sede Capituli, quæ debet esse pulcrior, & ornatior cæteris, vt monet Vener. *de exam. l. c. cap. 29. nu. 38.* Et quoniam in hoc euentu nulla vox conueniat Episcopo. Vanc. *in discipl. Eccles. lib. 1. fol. 89.* expositis ab eodem, quæ sibi libuerit, exire tenetur de Capitulo, vt Canonici liberius super explicatis colloquantur; Vener. vbi supra, & declarauit S. Congr. relatore Galett. *in sum. V. Episcopus.*

51 Canonicus, & idem Episcopi Vicarius Generalis in Capitulo, & congregationibus capitularibus sedet in loco sibi debito vt Canonico, nullo habito respectu ad Officium Vicariatus, quod retinet Abb *cons. 21. par. 1.* Fely. *in cap Ex litteris de prob.* Grat. *l. c. cap. 106 nu. 2.* Capyc. *dec. 27. nu. 27.* Quòd multo magis procedit in Collegiatis

giatis

giatis Diœcesis de Vicario foraneo eodemque Canonico; reluctantibusque Canonicis respectiuè, nequeunt prædicti Vicarij interesse Capitulo, dum in ea tractatur de re spectante ad Episcopum; Barb. *de Can. & dig. cap. 42. n. 12.* Quia eo ipso, quòd suspectus redditur Episcopus, consequenter sunt suspecti eius Officiales; ut notat Ant. Capyc. *decis. 137. nu. 10.* Quandocunque Præpositus Capi-
52 tuli, uel alius, qui illud adunauit, in medium ponit aliquid resoluẽdum, quod respicit proprium, uel suorum commodum, petitione porrecta exeat de Capitulo ob rationem, quam diximus de Episcopo; similiter Canonici, de quorum speciali interesse in Capitulo est agendum, proposito negotio debent se à loco capitulari retrahere, donec res fuerit discussa. ita fuit Decretum à Sac. Cong. teste Gauan. *ubi supra nu. 18.* Coadiutor Canonici non est cogendus ut egrediatur de Capitulo, dum agitur de negotio sui coadiuti, de quo ille lucrum reportare non potest; immò tali casu potest circa id suum suffragium ferre; prout uice uersa, si tantummodo agatur de facto sui coadiutoris, poterit interesse coadiutus, ad tradita per Innoc. *cap. fin. de procur.* Oldrad. *cons. 44.* Gauan. *l. c. V. coadiutor nu. 27. in addit. licet* Castr. Pal. *l. c. disp. 1. pun. 10. nu. 23.* contrarium teneat. Canonici, qui in dandis suffragijs, vel dicendis sententiis in
53 Capitulo, ordine conturbato loquuntur, digni sunt iure dandi vocẽ priuari tàm in illo, quàm in sequenti Capitulo, ut elicitur ex traditis per Castald. *de carem. lib. 1. sect. 7. cap. 3. nu. 5.*

Ad Capitulares iuniores spectat in Capitulo primò loqui, ne ipsi à maiorum sententia declinare formident, iuxta tradita per Nicol: de Lyr. *super exod.* quem refert Afflict. *decis. 1. nu. 6.* & ut validiora argumenta in fine referuentur, ut docet Cicer. in Rethor. & ita seruatur in Rota Rom. ab Auditoribus teste Cohell. *l. c. cap. 31. n. 151.* sed Praxis ferè in omnibus Ecclesijs est in contrarium; nam Canonici antiquiores iunioribus præferuntur in loquendo, respondendo, & votis, tàm secretis, quàm publicis proferendo; & consultiùs ui-
54 detur quia isti prius fando minores attrahũt in suam sententiam, quæ utilior, & sanior præsumitur. glos. *in cap. 16. dist.* Abb. *in cap. Auditis de elect.* Roman. *singul. 81.* Rolan. *cons. 47. n. 7. Vol. 2.* Gram. *decis. 64 nu. 33.* Maran. *in proem. suæ prax. num. num. 8.* Addo, quod primam vocem habere in Capitulo est maximi honoris signum, *cap. Quia tua 50 dist.* Præpos. *in cap. Episcopus 17 dist.* Qui propterea subiungit, quod in Capitulo prius loquuntur digniores, & antiquiores, quorum nemine intelliguntur non ætate maiores, sed dignitate, & antiquitate Canonicatus receptionis. Card. Turr. super *cap. Lex d. 2. nu. 7.* Iacob Ben: *priuil. 10. nu. 7.* Ferrett. *cons. 240. nu:*

pr.

pr. vol. 2. Rot. dec. 2. nu. 10, de consu. Vndè non interueniente primâ, & unica Dignitate in Capitulo, Canonicus antiquior habet primã vocem, Marc. dec. 1027, nu. 1. p. 1. & hoc ob eius maiora onera, & seruitia Ecclesiæ præstita. cap Miramur 61. dist: Pyrr. l.c. lib. 9. cap. 3. nu. 8 Habemus exemplum Sancti Iacobi minoris, qui erat ætate longæuus, sed quoniam fuit electus Apostolus post alterum Iacobũ minorem annis, ille dicitur iunior, & minor Apostolus, & postfatur in Symbolo Apostolorum, vt obseruant Genuen. pract. QQ. Eccles. q. 301. & 612. & Afflict: l.c. decis. 1. nu. 7. Si aliqua controuersia de digniori loco, aut de prius votando in Capitulo contingerit, Capitulum congregatum nullum habet interesse in tali causa, quia ius præeminentiæ competit Canonicis particularibus, & respicit Collegium, cuius profectò non interest, an vnus, vel alter Canonicus præcedat. Abb. in cap Ex litteris de prob. Dec. ibidem. Marc. decis. 202. nu: 2. Itaq litis decisio petenda est ab Episcopo, qui resoluet eundem ordinem seruandum, prout quisque ibi sedet, glos. in cap: Placuit 16. d. Præpos. vbi supra Ricc. dec: 131, nu. 16. p. 1. Quòd si de prædictis aliquod Ecclesiæ statutum disponeret, Capitulum debet contendentes admonere de obseruantia statuti, vt docet Farinac. decis 410. nu. 2. p. 2: in posth. & omnes obedire tenentur Capi-
55 tulo non solùm in hoc casu, sed in quibuscunq. alijs, in quibus statutum aliquid mandat, aut vetat. Host. in cap. 1. nu. 8. de his q. f. à m. p. c. Idem sequitur de consuetudine, quæ magis attenditur, quã statutum, & in materia præcedentię, alter Canonicus cum alio eam acquirit decem annorum spatio. Gram. decis. 64 n. 34. Capitulares obligati, qui non interuenerint Capitulo absque iusta causa ab ipsomet Capitulo approbanda, multandi sunt ad formam statutorũ. Abb. in cap. cum ca. su n. 7. de off. iud. de leg. & declarauit S.C.C. apud Garc. de ben. p. 3. cap. 2. nu. 424. Cœterum, quia ius exigendi multũ competit Collegiatæ Præposito. Goffred in rubr. iur. can. tit. de pænis nu. 9. non poterit Canonicus antiquior, aut alius, qui in eius defectum congregauit Capitulum, eamdem certam multam exigere. ita Villagut. de reb. Eccl: non alien. l c. cap. 118. nu: 5. & decisũ refert Mart. Dig. nou: lib. 6. tit. Capitulum cap. 9. Siquidem isti subrogati retinent solummodo maioritatem, quam diximus, in honore conuocandi Capitulum, & ibi dandi primum suffragium, vt post alios considerauit Raguc. de voc: q. 15. in fin. Quando pœna per statutum imposita non proficiscentibus ad Capitulum negligeretur à Canonicis, quia esset leuis, atque tractari debet de notabili Ecclesiæ, vel Capituli interesse, Capitulum facto verbo cum Episcopo grauiores pęnas iniungere debet. Abb: in sępius allegato capitulo

tom.1.cap.15.nu.8. Cæterum esset de essentia, dum Capitularium
26 maiori parti a Domino loci impediretur ingressus in Ciuitatem, vbi sit Capitulum, quo casu minor pars grauatur accedere ad locum tutum pro maiori parte. Io. And *loc: prox. cit. aliiq. cum eo.* Canonici tàm absentes à loco suæ residentiæ, quàm præsentes, negantes se ad Capitulum extraordinarium interpellatos fuisse, non
27 reputantur citati, nisi constet de citatione. glos: *in cap: Quod sicut,* vbi Abb: *nu:8.de elect:* Bald. ibidem *nu.5.* De quo standum est Núcio iurato. *glos. in d. cap V: Vocatos.* Si ignoretur, vbi degant Canonici absentes, vocantur per Edictum in Ecclesia, ut docet *glos. in eod cap. Quod sicut,* & prętēdentibus non fuisse seruatam formam substantialem vocandi ad Capitulum, incumbit onus probandi, si acta improbare voluerint. Put. *dec: 375. nu. 1 .lib.2.* Rationem ponit
28 Dec. *in cap: in Præsentia tit. de Prob.* Ex Canonicis tâm absentibus, quàm residentibus non conuocantur ad Capitulum, nisi, vt diximus, qui in eo habent vocē, quæ multipliciter sumitur à Scriptoribus, sed in casu proposito, vox est votū Canonicorū capitulariter prolatum, aut proferendum, explicans animi mentem assentiēdo, vel dissentiendo circa ea, quę in Capitulo proponuntur. Horat.
29 Barbos. *de diuis. fruct. par. 1. cap. 16: nu. 11.* & ante eum docuerunt Frecc. *de subinfeudi lib. 1: d. 1. nu. 19.* & DD. *in rubr. extr. de elect.* Huiusmodi vox competit tantummodo Canonicis in Sacris Ordinibus constitutis. *Clem. Ut hi tit. de ętat. & qual. ordin.* Conc. Trid. *sess.24. cap.4. de ref.* & non existentes in Sacris nequeunt ab aliis
30 Canonicis admitti ad dandam vocem in electionibus, & actis Capitularibus. Boich *super d. cap Quod sicut n.4.* Nau: *cons.7. de cler. non resid:* Say. *in flor: dec: 14. eod. tit.* & censuit Sac. Congr. *ad dictum cap. conc.* Nec valet contraria consuetudo. Tamb. *de iur. Abb. to.1: disp: 5. q.8. nu.8,* Gauan. *in man V. Capitulum nu. 11 in addit.* Neque Episcopus potest in hoc dispensare: Azor: *l.c. lib.6. cap 6. quæst.1.* Homob. *de stat. par: 1. cap.9.*

At verò, quia cuilibet Canonico, & si minorum tantùm Clerico in Possessione sui Canonicatus conceditur stallum Chori, locus in Capitulo, necnon vox in eo habitu, licet non actu vsquequo sit Sacris initiatus. Innoc. *super cap In litteris de rest: spoliat.* Monet. *l.c. p.2. q.20. nu.12.* & propterea dicta possessione assecuta, statim dicitur de Capitulo, & verus Canonicus. Zabarel. *super d. clem. Vt hi.* Caual. *dec. 109. nu: 11.* Eidem Canonico non in Sacris, de consensu
31 Capituli permittitur, vt assistat Capitulis, ad effectum addiscendi, quæ sunt muneris Canonicorum. Raguc. *de voc. q. 22. nu.4.* Gauan. *loc. stat. cit. nu. 14.*

In

In aliquibus Collegiatis integro biennio Canonici etiam Sacerdotes arcentur à votando in negotijs Capituli, vt interim discant, quæ illis postmodum sunt peragenda; quod laudatur in Theat. Vit. Hum: *V. Silentium.* Carentes voce actiua ob defectum ordinis, hoc est iure votandi super aliquo acto in Capitulo faciendo, non pri-
32 uantur passiua, id est, iure patiendi vocem de se ipso in eodem Capitulo: ita probabilius arbitrantur Castr. Pal. *par. 2. tract. 13. d. 5. p. 6. nu. 13.* Piasec. in *prax. par. 2. cap. 3. nu. 7.* & Garc. *de ben. par. 3. cap. 4. nu. 5. in addit.* Ricc. *in prax. p. 2. res.* 488. *nu* 4. contra Nau. *cons. 6. de verb. signif.* & Less. *l. c. cap. 34. dub. 29. n.* 105. existimantes in dicta prohibitione vtranq. vocem esse comprehensam, & sequitur Molfes. *tr. 6. cap. 16. nu. 34.* Concordant omnes, quod si Præfatus Canonicus non in Sacris admittatur ad vocem actiuam, non idcirco remanent irrita gesta à Capitulo; Ratio est, quia vtile per inutile non viciatur in actibus Capitularibus. Fely. *in cap. cum super de off. deleg.*

Canonicus dispensatus à Summo Pontifice super ætate, vt possit ad Sacros ordines ordinari, statim atque sacris initietur, censetur etiam gratiatus in danda voce in Capitulo. Abb. *in d. cap.* Pro illorum *nu.* 3. Roman. *cons.* 325. Ratio est, quia non erat expers vocis ob defectum ætatis, sed ratione ordinis. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *d. 1. nu. 23.* & suadetur ex textu plano statim alleg: *Clem. Vt bi.* vbi habetur non solùm carere voce in Capitulo Canonicum, qui nõ est in Sacris, sed & eos, quibus non deest Subdiaconatus, & sunt instituti ad Præbendam Diaconalem. vt notat Brancat. *in Epit. can. V. Vox.* Coadiutores Canonicorum initiati Sacro ordine, quem
33 postulat eorum principalium Præbenda, lętantur voce actiua, & passiua in Capitulo, ut tradunt Viuian. *l. c. lib. 1. cap. 1. n.* 91 Fillinc. *p. 2. tract. 23. nu.* 177. Penia *decis.* 307. *nu. 3. p. 1.* Silent tamen, dum ipsorum coadiuti Capitulò interesse vellent, & dare votum. ita Farinac. *dec.* 410. *n. vlt. p. 2. in posth.* Garc. vbi sup. *p. 4. cap. 5. n.* 107.

Canonici supranumerarij cum plenitudine iuris Canonicalis
34 recepti, conuocantur ad Capitulum, ibiq. habent vocem, quando tractatur de condendis statutis, & Decretis omnes obligantibus, ac in aliis casibus, prout solet inseri in eorum Bullis, & nequeunt Canonici ordinarij eorum potestatem limitare. vt aduertit Castr. Pal. *p. 1. tract. 13. d. 1. p. 10. nu* 43. Prælatus exemptus, & Collegiatæ Ecclesiæ caput principale quamuis, vt adnotauimus supra,
35 non dicatur de Capitulo, in eodem tamen semper habet Præsidentiam, & vocem, & si non dum sit in Sacris Ordinibus constitutus. Abb. *super d. Clem. nu.* 5. Barb. *in Clem. cum Ecclesia nu.* 12. *de ætat.*

 & qual.

& qual. Lotther. *l.c. lib.* 1. *q.* 15. *nu.* 42. Indecorum quippè esset, & Ecclesiæ damnosum Prælatum externa iurisdictione lætantem ob defectum ordinis vocem in Capitulo nō tenere: ita glos *in d. Clem. vt hi.* Quę non applicantur in Pręposito Collegiatæ Episcopo prorsus subiectæ; licet iste sit prima Dignitas, & caput, remanet pri-
36 uatus voce in Capitulo, quo ad vsque sit Sacris initiatus. Dec. *in cap. Significatum de Prab. nu.* 4. Garc. *l.c. p.* 3. *cap.* 4. *nu.* 26. Retinet tantummodo ius conuocandi Capitulum, & in eo proponendi, ac resoluendi iuxta decisionem factam per maiorem partem Capitularium, quia cum isti actus sint iurisdictionis, non ordinis, semper ad primam Dignitatem spectant. Grat. *discept. for. cap.* 482. *n.* 17. Marzill. *lib.* 2. *tit. de Prab fol.* 157. Aliæ verò, tàm Cathedralium, quàm Collegiatarum Dignitates huiusmodi maioritate non gau-
37 dent, immò quantumuis in Sacris existant, ac locum in Choro retineant nullam habent vocem in Capitulo. Selu *de ben par.* 2. *q.* 17. *n.* 20 Io: Bertach. *de Episc. p.* 3. *nu.* 1. Rebuff. *consf.* 42. *nu.* 5. Fragos. *l.c. lib.* 1. *dec.* 8. *nu.* 26. Seraph. *dec.* 98. *nu.* 1. Penia *dec.* 36. *n.* 6. *par.* 2. Ratio est, quia vox pendet à Canonia, vt informant Abb. *in cap. Scriptum de elect.* Rub. *singul. V. Capitulum nu.* 4. Genuen. *in Prax. cap.* 69. *nu.* 20. In duobus tamen casibus memoratæ Dignitates voce in Capitulo fruuntur; Primò, si his sit annexa Præbenda canonicalis; Secundò, ex præscripta consuetudine Fran. Marc. *dec.* 139. *nu.* 2. *p.* 2. aut saltem possessione decennali. Dec *super cap. Quanto de rescript.* Eueral. *loc. de tanquam.* Rot. *p.* 2. *diuer. dec.* 4. *nu.* 8. Quibus casibus sunt conuocandæ ad Capitulum modo, quo dictum est de Canonicis; quin secundùm aliquos, qui Dignitatem, & Canonicatum obtinent, duplicem vocem gerunt in Capitulo. ita Hoyed. *de incompat. cap.* 12. *nu.* 5, *p.* 1. Couar. *var. lib.* 3. *cap.* 13. *nu.* 6. Nald. *V. Canonicus nu.* 1. Barbos. *super cap. Diuersis n.* 2. *de Cler. coniug. & cap. Clericus n.* 3. *de Prab.* Vbi enim duo iura accedunt eidem Personæ, censenda est illa persona iure duorum. *cap. cum olim de sen & re iud.* vbi Abb. quę vtiq. negant Petr. de Anchar. *in cap. cum non liceat n.* 1. *de præscript.* Imol. *in cap. cum olim de sent. & re iud:* Trullen. *in Decal. lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 5. *nu.* 2. & cęteri apud Sanchez *p.* 1. *consf. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 106. Quorum sententia est probabilior; Ideòque licet in Bulla huius Collegiatę ex gratia fuerint concessæ duæ voces Abbati, in ea tamen Sum. Pontifex mandat, Distributiones esse æqualiter repartiendas inter Abbatem, & Canonicos. Ratio adduci potest, quia stipendia duplicata dantur duntaxat ratione duplicis operæ diuersis temporibus pręstitæ; ad tradita per Filliuc. *p:* 3. *tr.* 44. 1. *cap.* 6. *nu.* 56. At Distributiones sunt assignatæ horis, Canonicis, quod

seruitium

seruitium est vnicum, & non magis inseruit Dignitas, quam simplex Canonicus. vt notant Ricc *l. c. p. 3. resp 467.* & Trulleu. *l. c.* Idē dicendum de Prouentibus prouenientibus ex Anniuersarijs, & Festis; quia vbi est eadem ratio, idem ius cōstitui oportet. *cap. Translato, de const.* Viuian *super cap. vnic de Cler. non resid.* Nec his obstāt, quæ dicuntur infra *nu.* 195. nam fit differentia dum honorarium separate datur ad eorum manus, Episcopus quisque, qui simul est
38 Canonicus vnicum tantùm suffragium retinet in Capitulo. Selu. vbi supra *p: 2. q. 17. nu. 3.* Grat. *discept. for. cap. 106. nu. 9.* & vt Canonicus potest semper interesse Capitulis. *cap. Ex litteris de prob.* & ibi Innoc. veruntamen non conuocatur ad Capitulum, si fortè sit procul â Ciuitate. Rot. *par. diuers. decis. 783. nu. 5.*

Quod si Episcopus non sit eiusdem Ecclesiæ Canonicus, nulla ei competit vox in actibus capitularibus. Abb. *in proem. Decret. 2. p. nu 21.* Sbroz. *off. Vic. p: 2. lib. 3. nu. 21.* & alij penes Lotther: *l. c: q. 15. nu. 38.* Accidit nonnunquam habentes vocem in Capitulo ibi priuari loco, & Capitulo, vel puniri suspensione vocis ob incōgrua ab ijsdem perpetrata, vt ex clem. mox cit. notant Curtell. *l. c. par. 3. nu. 23.* Sigism: à Bon. vbi supra *d. 107. num. 2.* & Garc. *de ben. p. 3. cap. 2. nu. 526.* Qui ita expertes non intelliguntur priuati in his quæ
39 sunt oneris. Ricciull. *de iur. person. lib. 2. cap: 30. nu. 14.* Canonici suspensi sunt priuati voce in actibus Capitularibus. glos. *in cap. cum dilectus*, & ibi Abb. *nu. 20. de consuet.* Fely: *in cap. Apostolica de except.* Nec quis potest electionem de se factam acceptare. ita Sorb. *in comp. priuil. mend. V. ingredi nu: 7.* idem sequitur de Canonicis interdictis, aut irregularibus. Azor. *p. 2. lib. 6. cap: 14. q: 8.* Rodriq: & alij, quos citat, & sequitur Castr. Pal. *p. 2. tit. de ben. d. 1. par. 10. tr. 13.*

Canonici maioris excōmunicationis vinculo irretiti si fuerint denunciati, aut publici Clericorum percussores, qui nulla queant
40 tergiuersatione celari, sunt omni voce destituti, & non conuocantur ad Capitulum. Cōpostell. *in cap: Dilectus nu. 2. de consuet.* Quod si tales fuerint scienter ad dandum suffragium admissi vitiantur actus Capitulares Compostell: ibidem; Imol. *super sepius allegata Clem. Vt hi*, & Raguc: *de Voc. quæst. 20. in fin* Immò Canonici, quos constat in maiorem excommunicationem incidisse, quamuis non sint publicati, aut manifesti Clericorum percussores in Capitulo destituuntur, *ex cap. Cum ab homine de sent. excom. & cap. Postulastis cum seq. de Cler. excom.* Nec tenet electio de his facta *cap. constitutus de appell.* & possunt à cœteris capitularibus repelli, ne intrent in Capitulum; Verūtamen eos admittentes non pec-

Hh 2 cant,

cant, neque ea propter ab aliis acta irrita remanent. *cap. cum inter de elect.* Molfes. *l.c. tr.6. cap.16. nu.74.* Petr. de Anchar. *in rubr. Ne sed. vac. aliq. inno:* Immò valet eius vox, si faciat vt persona publica. Rod. *in sum. cap.105. in fin.* Canonici minori excommunicatione palam innodati non arcentur á Capitulo, nec á facultate porrigendi suffragia. Io. And. *in rubr. de elect.* Oldrad: *cons.259.* Sylu. *V. electio 1. nu.5.* Siquidem minor excommunicatio excludit a participatione Sacramentorum, non á communione Fidelium. *cap. Si celebrat extr. de Cler. excom.* ipse tamen sic excommunicatus non potest eligi. Molfes. vbi supra *nu.73.*

41 Dignitates, & Canonici voce in Capitulo gaudentes, qui ob distantiam infirmitatem, vel aliud impedimentum, interesse non valent, possunt, & si in loco residentiæ existant, Procuratorem constituere ad eorum nomine votandum, non solùm in electionibus ad Canonicatus, Beneficia, & Officia, sed & pro resoluendis certis negotijs capitularibus, pro quibus conuocandi sunt quotiescunque fit Capitulum extraordinarium modo superius insinuato. ita docet glos. *in cap. Quia propter de elect. V. commodè,* Abb. ibid. & addit. ad Io. And: *super eod. cap. n.70.* & sequuntur Lezzan. *in sum. p.2. cap. 15. nu.8.* Raguc. loc. cit. *quæst.22. nu.3.* Daoyz *in repert. V. absens.* Azor. *mor. p.1. lib.6. cap.15. quæst.7.* Debent verò eidem suo Procuratori speciale mãdatum præbere ad iurandũ in Animam suam de absentia á Ciuitate, vel loco, quod sint taliter, & tali modo impediti, vt tradunt Alagon. *in cap. Si quis de elect. in 6.* & Seraph. *de priuil. iuram. priuil.35. in princ.* Alias Procuratori non creditur super dictis obstaculis Canonicorum. Barb. *de iur. Eccles. vniu. lib.1. cap.19. nu.110.* Atque in omni casu tenentur subrogare aliquem, qui sit de eodem Capitulo, & Sacris Ordinibus decoratus. Dec. *in cap. Constitutus 1. nu.7. de appell.* Barbat. *l.c. cap.16. nu.13.* Laym. *lib. 4. tract.2. cap.12. nu.4.* Ricc. *in Prax. p.4. res.41. n.4.* interest enim Collegij, ne eius secreta pateant extraneis. Abb. *in d. cap. Constitutus nu.7.* Fely. *in cap. Cum omnes n.15. d. const.* Applicatur Ecclesiast. *cap.18.* vbi legitur, Coram extraneo nõ esse ineundum consilium.

42 Procurator electus á Concanonico ad eligendum, cum sic penes eũ sint duæ voces, non poterit in electionibus, quæ fiunt per vota secreta, suam vocem dare vni, & aliam procuratorio nomine alteri. Dec. *in cap. Quamuis n.2. de off. deleg.* Eueraldi. *loci de tanquam.* Grat. *discept. for. cap.211. nu.11.* Siquidem electio fit nomine, cui commissa est, & non committentis. vt notant Innoc. *super cap. In causis de elect.* & Bertac. *l.c. cap.59.* Et quoniam tenetur eligere meliorẽ Grat. vbi supra nu.11. Et quis non habeat nisi vnum dictamen rationis:

tionis:

tionis; quem magis idoneũ iudicat pro parte sua, debet & sentire pro Amico, qui ei concredidit vocem suam. ita considerat Abb. in
43 *cap. Cum olim nu. 9 de re iud.* & Vener. *in exam. lib. 4. cap. 10. num. 1* Potest tamen dari casus, quod merita duorum eligẽdorum sint omninò æqualia, & sic idem Procurator remaneat perplexus, nesciens quem ex his duobus eligat, quo euentu in conscientia posset vota diuidere, & vni voto suo fauere, & alteri procuratorio nomine. ita Sigism. a Bonon. *l. c. d. 14. nu.* 8. Guttier. vbi supra *lib. 1. cap. 4.* & Sylu. *v electio 1. nu. 16.*

Canonicus absens, vel residens, sed infirmus potest per litteras sigillatas Præsidenti Capituli mentem suam circa aliquam electio-
44 nẽ significare, vel mandatum alicui Capitulari dare de certa persona eligenda, qui sic poterit vnum nomine Domini, alium proprio eligere, ut expressè habetur *in cap. Si quis §. porrò de el ct. in 6.* & aduertunt Vener. vbi supra, & Viuian. *super eiusdem cap.* vel ad infirmum ad hoc accedat, qui in Capitulo recipit voces. Molfes. *l. c. tr. 6. cap. 36. nu.* 84. quod tamen ex iure nouo Conc. Trid. sess. 25 *cap. 6.* modo fieri non potest in electionibus Regularium, quæ per suffragia secreta celebrantur, prout declarauit S. Cong. apud Garc. *de ben. par. 5. cap. 4. nu.* 200. Barb *super d cap Si quis*, & Molfes. vbi supra *nu.* 150. vbi aduertit, quod in his, & alijs casibus, quibus de substantiali forma, iuris communis electiones faciendæ sint per vota secreta, si non seruetur forma actus est nullus. ita Suarez *de leg. lib. 5. cap. 31. n. 5.* Non venit autem contra formam impeditus vt supra, dicens suo Procuratori, cui liberè commisit vices suas, ego si præsens essem, votum meum darem ad fauorem talis, quia adhuc suffragium, quod dabit Procurator, erit secretum, vt efficaci ratione probat Castr. Pal. *p. 2. tr. 13. d. 3. pun. 4. nu. 8.* Vnus Canonicus potest à pluribus deputari ad ferendum suffragium, vt supra Abb. *in cap. Scriptum nu. 5. de elect.* & potest constitui Procurator per litteras priuatas authentico sigillo constituentium sigillatas: Abb. *in cap. Bonæ nu. 24. de pot. Præl.*

Adnotandum est, quod si nullus de Capitulo vellet esse Procurator non poterit deputari extraneus ad dandam vocem. Alagon. *super d cap Si quis*, nisi maior pars Capituli consentiat, prout etiam ad dandum votum consultiuum. Topat. *l. c. tit. 84. cap. 4.* Villagut. *l. c. nu. 12.* vt autem possit ferre votum decisiuum requiritur consensus omnium vocalium. Marc *dec. 1037. nu. 1. p. 1.* Genuen *pract. q. 617 nu. 1.* Aduertendum etiã vniuersis, & singulis de Capitulo haud licere admittere Laicum ad suppeditandum votum decisiuum, sed tantum consultiuum, quia ius præbendi vocem in Capitulo est ius

Spi-

Spirituale, quod non cadit in Laicum. Abb. *super cap. Sacrosancta nu 2. de elect.* Hinc est, quod nonnulli Seculares Nobiles vigore Priuilegij sibi à Papa concessi recipiuntur in Canonicos, acquirendo ius interessendi Capitulis, in quibus tamen nulla vtuntur voce, vt obseruant Compostell. *in cap. cum M. n. 7. de const.* & Boss. *de for. & compet. nu.* 126. Omnes, & singuli, quibus non deest vox in Capitulo, sũt
46 obstricti ad ordinaria, & extraordinaria Capitula accedere. Abb. *in cap. 1. de his q. f. à m. p. c.* Bonac. *de distr: disp. 1. q. 1. pun. 2. nu. 5.* & determinauit Fragos: *lib. 3. d. 8: nu. 30: tom. 2.* Nam Capitula celebrare est necessarium ad rectum Ecclesiæ gubernium: ita omnes; & obligatio, quæ residet apud totum Capitulum, inest etiam singulis membris, vt notant Sot *de iust. & iur. lib. 10. q: 3. art. 4.* Castr: Pal. *de hor. Can. disp. 3. pun. 9:* §. 4. Bordon. *p. 1. resp. 30. num: 1.* Aliorsum si fas erit vni Canonico abesse, licebit, & alteri, & sic omnibus; nec facit dicere, quod vno non comparente, cœteri suppleant; etenim quantum in se est, non efficitur Capitulum, & ipse non respondet officio suo. Neque à culpa excusatur non conueniens, ut euitet altercationes, cognoscẽs se biliosum esse, ac facilè in excandescentiã deuenire; Carc. *de ben par. 3. cap. 2. n. 42.* & Homob. *in consultat. p. 3. resp.* 11. Præsertim prima Dignitas, & caput Collegiatæ, cuius præsentia est magis necessaria in Capitulo, ut considerat Ghilin. *l. c. V. consilium nu.* 1. aliàs absque iuxta causa à Capitulo approbanda nõ interueniens mulctatur Rot. in una Piscien. 14. Ian. 1658. insuper est adnotandum, quod licet liberum sit quibuscunque Capitularibus dies absentię a Sac. Conc. Trid. irrogatos desumere etiam diebus, quibus habetur Capitulum, ut consentiunt omnes; nihilominus, testibus Trullen. *in Decal. lib. 1. cap. 7: d. 30. n. 9.* & Castr. Pal. *de ben. tr. 13. d. 3. p. 9.* §. 4. id imitandum est, dum ex tali absentia non sequatur graue damnum Capituli, quod non curans dicitur ingratus, vt notat Genuen. *l. c. q.* 240. Excusandus videtur in foro conscientiæ Canonicus non interueniens pro illa uice Capitulo, præui-
47 dens pręsentiam suam nil pro futuram, eo quia proceditur ex abrupto, sine modo, lege, & ratione ob arrogantiam, & ignorantiam aliquorum maiorem partem Capituli constituentium; Homob. in *in com. p. 3. resp. 3. q: 11. tr. 14.* Frag. Bonac: Garc. locis statim citatis & clarè Gutier. *can. QQ. lib. 2. cap. 11. nu.* 87. & sequitur Pyrr. Corrad ubi supra *lib. 5. cap. 6. nu. 17.* Dummodo euidentissimum sit suã præsentiam nil adiumenti allaturam, sed solùm sibi odium excitaturam, & admoneat Episcopum, ut his malis prouideat, prout monitus tenetur; ita Abb. *in cap Dilecti nu: 1. de maior. & obed.* Considerate dixi in foro conscientiæ, nam in foro fori Canonici residen-

tes

tes insinuatis impedimentis non detenti sunt obnoxij comparere, & suffragia reddere, vt videbimus infra. Limita nisi absint, sciẽtes Capitulum non fuisse legitimè congregatum, & consequenter eius acta fore inualida, & nulla, quo euentu in vtroque foro excusantur. Abb. Dec. Fely. & alij scribentes super *dicto cap. Omnes de const.* Capitulum tàm Ordinarium, quàm extraordinarium à Diuina precatione sumat, exordium iuxta adnotata *in cap. In nomine Domini 23. dist.* Sapientes Gentilium aiebant:

48

A Ioue principium nobis, hinc optimus orsus.

Propter quod cunctis Capitularibus in loco solito congregatis, stata ibi fiat oratio, qua completa, Dignitates, & Canonici habitu chorali induti debent ibidem ordinatè sedere, & modestè cõmorari, prout in Choro; ex traditis per *glos. in cap. fin. de consuet. in 6.*

49 Canonicus Prothonotarius Titularis tenetur ad Capitula accedere non Prælatitio, sed chorali habitu vestitus, & ibi manere iuxta suam receptionem ad Canonicatum; ita declarauit S. R. C. teste Gauan. *in Man. V. Capitulum nu. vlt. in addit.* Huius Decreti rationẽ fuisse puto, quia ex habitus diuersitate posset generari scandalum inter Canonicos æquales, vt innuit glos. *in cap. Deus de vit. & hon.* Tum quia Prothonotarij Dignitas, cum sit extranea à Capitulo, non debet nocumentum afferre Capitularibus: ita Ant. de Pret. in clip. past. *cap. 5. nu. 5.* Moron. loc. cit. *nu. 20.*

50 Prima Sedes in Capitulo cõpetit Præsidenti Capituli, & si adesset Episcopus, ut Canonicus, qui tamen ob culmen suę Dignitatis sedet in Capitulo post Præsidentẽ, non attento ipsũ in receptione Canonicalis Præbendæ esse alijs Canonicis posteriorem: glos. *in cap. 2. de Præb.* Ant. de But. *in cap. Postulasti de concess. Præb.* Marta *vot. 101. nu. 3.* Scacc. *de appell. q. 8. nu. 60.* Put. *dec. 104. num. 8. lib. 3.* Si verò Episcopus interueniat Capitulo, nõ vt Canonicus, sed vt Episcopus in casibus, quibus habet ius coadunandi Capitulum, sedet in prima Sede Capituli, quæ debet esse pulcrior, & ornatior cæteris, vt monet Vener. *de exam. l. c. cap. 29. nu. 38.* Et quoniam in hoc euentu nulla vox conueniat Episcopo. Vanc. *in discipl. Eccles. lib. 1. fol. 89.* expositis ab eodem, quę sibi libuerit, exire tenetur de Capitulo, vt Canonici liberius super explicatis colloquantur; Vener. vbi supra, & declarauit S. Congr. relatore Galett. *in sum. V. Episcopus.*

51 Canonicus, & idem Episcopi Vicarius Generalis in Capitulo, & congregationibus capitularibus sedet in loco sibi debito vt Canonico, nullo habito respectu ad Officium Vicariatus, quod retinet Abb *cons. 21. par. 1.* Fely. *in cap. Ex litteris de prob.* Grat. *l. c. cap. 106 nu. 2.* Capyc. *dec. 27. nu 27.* Quòd multo magis procedit in Collegiatis

pr. vol. 1. Rot. *dec.* 2. *nu.* 10. *de consu.* Vndè non interueniente primã, & unica Dignitate in Capitulo, Canonicus antiquior habet primã vocem, Marc. *dec.* 1027, *nu.* 1. *p.* 1. & hoc ob eius maiora onera, & seruitia Ecclesiæ præstita. *cap. Miramur* 61. *dist*: Pyrr. *l.c. lib.* 9. *cap.* 3. *nu.* 8 Habemus exemplum Sancti Iacobi minoris, qui erat ætate longæuus, sed quoniam fuit electus Apostolus post alterum Iacobũ minorem annis, ille dicitur iunior, & minor Apostolus, & postfatur in Symbolo Apostolorum, vt obseruant Genuen. *pract. QQ. Eccles. q.* 301. *&* 612. & Afflict: *l.c. decis.* 1. *nu.* 7. Si aliqua controuersia de digniori loco, aut de prius votando in Capitulo contingerit, Capitulum congregatum nullum habet interesse in tali causa, quia ius præeminentiæ competit Canonicis particularibus, & respicit Collegium, cuius profectò non interest, an vnus, vel alter Canonicus præcedat. Abb. *in cap Ex litteris de prob.* Dec. ibidem, Marc. *decis.* 202. *nu*: 2. Itaq litis decisio petenda est ab Episcopo, qui resoluet eundem ordinem seruandum, prout quisque ibi sedet. *glos. in cap: Placuit* 16. *d. Præpos.* vbi supra Ricc. *dec*: 131, *nu.* 16. *p.* 1. Quòd si de prædictis aliquod Ecclesiæ statutum disponeret, Capitulum debet contendentes admonere de obseruántia statuti, vt docet Farinac. *decis* 410. *nu.* 2. *p.* 2: *in posth.* & omnes obedire tenentur Capi-

55 tulo non solùm in hoc casu, sed in quibuscunq. alijs, in quibus statutum aliquid mandat, aut vetat. Host. *in cap.* 1. *nu.* 8. *de his q. f. à m. p. c.* Idem sequitur de consuetudine, quæ magis attenditur, quã statutum, & in materia præcedentiæ, alter Canonicus cum alio eam acquirit decem annorum spatio. Gram. *decis.* 64 *n.* 34. Capitulares obligati, qui non interuenerint Capitulo absque iusta causa ab ipsomet Capitulo approbanda, multandi sunt ad formam statutorũ. Abb. *in cap. cum ca. su n.* 7. *de off. iud. de leg.* & declarauit S.C.C. apud Garc. *de ben. p.* 3. *cap.* 2. *nu.* 424. Cœterum, quia ius exigendi multũ competit Collegiatæ Præposito. Goffred *in rubr. iur. can. tit. de pænis nu.* 9. non poterit Canonicus antiquior, aut alius, qui in eius defectum congregauit Capitulum, eamdem certam multam exigere. ita Villagut. *de reb. Eccl: non alien. l c. cap.* 118. *nu*: 5. & decisũ refert Marc. *Dig. nou: lib.* 6. *tit. Capitulum cap.* 9. Siquidem isti subrogati retinent solummodo maioritatem, quam diximus, in honore conuocandi Capitulum, & ibi dandi primum suffragium, vt post alios considerauit Raguc. *de voc: q.* 15. *in fin.* Quando pœna per statutum imposita non proficiscentibus ad Capitulum negligeretur à Canonicis, quia esset leuis, atque tractari debet de notabili Ecclesiæ, vel Capituli interesse, Capitulum facto verbo cum Episcopo grauiores pęnas iniungere debet. Abb: in sępius allegato capitulo

Quia propter. Nanque Præpositus Collegiatæ Episcopo subiectæ addere per se non poterit Multas. Gomes. Gimon. & Staphil. vbi supra fol.93.

Collegiales, qui Capitulo nondum terminato absque debita licentia recedunt, eadem pœna puniuntur, qua per statutum afficiũtur
57 ij, qui non accedunt ad Capitulum. *glos. in cap. Cupientes de elect.* .*in 6. §. quod si.* Dec. *in cap. 1. de iud*: Quia non venisse dicitur, qui venit, & illicentiatus discedit. Io: And: *in cap. Adhæc num. 4. de sen. & re iud.* Abb. *in cap. Cum nobis nu. 10. de elect.* tum quia iste remanet contumax. Fely. *in cap. 1. de iudic. n. 21*: & magis attenditur contumacia sic recedentis, quàm non comparentis. *cap. Consuluit de off. deleg. cap. Per calumniam de pœnis.* & obseruat Boer. *in f. is singul. tit. de contum.* Non dicitur autem recessisse qui, iusta impellente causa, ex Capitulo egreditur cõfestim reuersurus, vt sentiũ Port. *cons. 84. nu. 19*: & Ludouis. *dec: 70. nu. 5.* Petita prius venia; quæ iniustè, prout in alijs casibus, denegata videtur ipso iure concessa: ita Quintanad. *l. c. tract. 7. singular. 32. nu. 3.*

Canonicus, penes quem vox in Capitulo non deest, eoque Incepto adueniens, admittendus est ad reliqua pertractanda, & resoluenda. *in cap. Ecclesia vestra tit. de elect. & scribentes. s. per eod. cap.* Iste omnibus alijs capitularibus ex ordine salutatis ad suum locũ
58 se conferat, & sine mora à maiori de Capitulo certioretur de his, quæ tunc temporis tractantur, super quibus ille adhuc sensum suũ aperire poterit, non verò super iam discussis, & conclusis. cum trãsierint in rem iudicatam, vt notãt Paris. *cons. 22. nu. 40. par. 4.* congruum tamen erit, de actis eum admonere. Ad caput Capituli primum pertinet quæcunque vult proponere, post quem idem efficere
59 fas, iusque est cuilibet Capitulari per ordinem, vt post alios docet Villagut. *loc. cap. 125. nu. 13.* Non debet esse inter Canonicos congregatos fœminalis quædam abusio, vt vndiq. aer resonet, sed cum modestia vno loquente, cœteri sileant: nec quiuis in aurem proximioris Collegæ submissa voce loquatur, quoniam huiuscemodi sermones redduntur suspecti. ut tradit Petr: de Anchar: *in sæpius cit. cap. Cum omnes.* Non est tractandum in Capitulo de rebus inanibus; Nũquam sede cum Concilio vanitatis, dicit Regius Psaltes *Psalm. 25.* sed primò agendum est, de Diuini Cultus propagatione, de
50 Chori defectibus, eiusque disciplina, statutorum, ac laudabilium consuetudinum obseruantia; deinde de ijs, quæ rerum temporaliũ Ecclesiæ, & Capituli ampliationem vtilitatem, ac defensionem respiciunt, cum sine his Capitulum consistere nequeat. vt ex *cap. Capitulum 1. q. 3.* notat Genuen. loc. prox. cit. *q. 546.*

In

In electionibus, ac alijs rebus disponendis, explicandis, vel ordinandis circa ea, quę spectant ad commune ius Capituli, requiruntur vota præstita à Canonicis legitimè conuocatis, & Capitulariter adunatis. glos. *in d. cap. Cum omnes, & cap. 1. de reb. Eccl. non alien.* Innoc. *in cap. In Genesi de elect. nu. 7.* Ripa *ibid. n. 7.* Dec. *cons. 437.* Farinac. *dec. 382. p. 2.* Buratt. *decis. 359. nu. 5.* Atque regulariter attenditur, quod resoluitur à maiori parte Collegialium in loco capitulari. glos. *fin. extr. de b. q. f. à m. p. c.* Anchar. *in cap. cum in cunctis nu. 1. de his q. f. à Præl.* Abb. *in cap. Licet nu. 14. de elect.* Monet. *de com. Vlt. Vol. cap. 7. num. 397.* Caputaq. *dec. 203. par. 3.* & quod maior pars vocalium facit, & decernit, ab omnibus de Capitulo

61 factum, & Decretum interpretatiuè dicitur, & reputatur, ac plenum habet vigorem. *cap. Duobus de rescript. in 6.* & ibi glos. *in cap. Ecclesia nu. 9. de elect. in cap. Pastoralis de rescript. in cap. Ex parte de concess. prab. & cons. 57. nu. 1. par. 2.* Rodriq. *QQ. reg. tom. 1. q. 4.* Afflict. *dec. 5.* Ricc. *dec. 172. num. 9. par. 4.* Marta vbi supra *tit. Capitulum cap. 2.* Tambur. *de iur. Abbatiss. d. 17. q. 3. nu. 10.* Caual. *dec. 515. nu. 3.* quæ maior pars constituitur per vnum suffragium vltra dimidiam partem: Buratt. *par. 3. dec. 225. nu. 2. dec. 259. nu. 4. & dec. 809. nu. 10.* Et quamuis in nonnullis Cathedralibus, & Collegiatis proposita in Capitulo vincantur tantummodo per duas partes trium, id procedit de consuetudine, non de iure communi, prout resolutum fuit à Rot. Rom. coram D. Carillo 7. Aprilis 1642. *in vna Suffraganen. Collegiatæ Camaioris,* quam refert Diana *par. 7. primæ editionis in fin.* vbi subiungitur his non aduersari eiusdem Collegij resolutiones, vt plurimum cum duobus tertijs fuisse peractas, etenim in maiori parte inest minor, *cap. 1.* vbi latissimè *Canonistæ de arbitr. in 6.* Seraph *decis. 267. nu. 4* & alij. Immò non substineri consuetudinem, vt duæ partes ad minus debeant concordare, tenent Card. Tusc. *lyt. D. concl. 454. nu. 5.* & Franc. *decis. 1. nu. 31.* contra alios existimantes huiusmodi consuetudinem esse validam, quibus si adhærere velis, probandum esset dictas resolutiones, factas cum minori numero duarum partium ex tribus, fuisse reputatas, & habitas nullas, & irritas, aliter actus remanerent æquiuoci, cum fortassè accidere potuerit, vt retroactis temporibus duæ partes semper fuerint concordes, & sic nulla hinc desumi posset consuetudinis probatio: Dec. *in cap. Præsentia nu. 58. de prob.* Dixi in rebus Capituli sufficere maiorem partem regulariter, quandoque enim requiruntur vniuersi, aliquando minor pars sufficit interdum non omnes, & singuli satis, vt explicabimus infra; At communiter loquendo, maior pars Capituli intelligitur de maiori parte respectu, & comparatio-

62 ne aliarum partium minorum in Capitulo præsentium. *cap. Ecclesia 1. de elect.* Gemin. *in cap. Si cui nu: 2. eod. tit. in 6.* Abb. *in cap. fin. de in repatr.* Sylu. *V. electio nu.* 11. Zerol. *l.c. V. Capitulum* §. 13.

Explicemus exemplo; si ex duodecim Canonicis capitulariter congregatis, eueniat quinque ex eis in unum consentire, quatuor in alterum, & tres in alium electus à quinque, dicitur electus à maiori parte dictarum trium, non à maiori parte Capituli, quoniam quinque ex duodecim non sunt maior pars, sed septem, prout aduertunt *glos. in d. cap. Si cui.* Bald. *in d. cap. Ecclesia,* Daoyz *V. Canonicus nu.* 12. Buratt. *decis.* 809. *nu.* 10. *& dec.* 573: *par: 3. in annot.* In aliquibus Collegijs fit comparatio partis ad partem, ex præscripta & immemorabili consuetudine; quæ non improbatur a Franc. Zipeo *lib: 3. tit de h. q. f. à m. p. c.* At de iure certè non est ratum, neque firmum, quod maior numerus non respectu totius, sed minoris partis statuerit; quamuis, cũ eodem maiori numero concurrat, Præpositus Collegiatæ etiam exemptæ, qui sit de Capitulo, in eoque habeat vocem. *glos. in cap. 6. dist.* 19 *V. plures,* Say. *in flor. l:c. dec. 1. tit. 1. lib. 3.* & Rota in una Piscien 14. Ianuar. 1630. Ratio est, quia in actibus capitularibus, tanquam pars homogenea, vnum corpus cum alijs personis Capituli constituit, & sic non habet ius, nisi pro suo voto vno vel duobus, si tali priuilegio gaudeat, quo casu binas voces non potest diuidere. Viuian. *super cap. Siquis §. porrò de elect.* sed tenetur adhærere vni, ac pro

63 vna, & eadem re eas dare, ita docent Abb. *in cap. Olim de re iud.* Fely. ibidem. Additionator Abb. *super cap. Ecclesia vestra de elect: n.* 2. Roman. *singular.* 78. Nald *in sum. V. Canonicus.* Galett. *eod: V. Seminabr. de probat. cap: 3. nu.* 56. Vox, de qua loquimur, idem sonat, quod votum, sensus, sententia, suffragium, quæ in capitulo datur, uel proferuntur explicando consensum, aut dissensum circa ea, quę proponuntur, & à maiori parte Capitularium resoluta, dicuntur prouenire concorditer à toto Capitulo. *cap. In causis, & cap. cum Olim de elect.* glos. *in cap. Periculum* §. *idem eod. tit.* Alex. *cons.* 48. *nu.* 3. *lib.* 7. Verùm, si minor pars à maiori discordat, decreta non possunt dici peracta in plena concordia, sed tantum concorditer, vt notauimus. Imol: *in cap. Licet nu.* 3. *de elect.* Grat: *decis.* 183. *nu.* 12. Bertach: *l. c. V. concorditer.* Nihilominus, disposita à maiori parte

64 Capituli sunt à cœteris Capitularibus executioni demandanda. Tambur: *de iure Abbatiss. d: 6. q. 5: nu. vlt.* DD. *de reg. Vtr. iur. lib.* 4. *reg.* 22. & dictum est superius; & ideò Canonicus, qui non consentit cessationi à Diuinis, non potest in ipsamet Ecclesia celebrare, cum obseruare teneatur, quod maior pars determinauit, vt obseruat

seruat Imol. *in cap: Certum de maior & obed.* Statutum Ecclesiæ disponens Capitulares resolutiones non esse attendendas, nisi omnibus Canonicis consentientibus, est irritum, & nullum. glos. *d. cap. Si forte.* Alex: *conf.* 224. *nu.* 2. *lib.* 6. Grat. *disc. for. cap.* 894. *num.* 15.
65 Massobr. *de Synod. cap.* 4. *dub.* 52. *nu.* 1. Vel huiusmodi statutum interpetrandum est, de consensu maioris partis Capituli, vt benè obseruat Grat. *dec.* 183. *nu.* 11. Nec etiam ualet consuetudo, quod in actibus capitularibus consentiant omnes capitulares, quia esset Ecclesię onerosa, siquidem impediret, vt multæ res communes infectæ remanerent, vt post alios scribit Zipeus *lib.* 3. *tit de his q. f. d m. p. c.* sequuntur Abb. 2. *par: conf.* 37. glos. *in c.* 1. *ne sed. vac.* & Pasqual: *dec.* 426. *nu* 5. Dicentes esse valdè difficile, vt cuncti de Capitulo sint eiusdem sensus, & maximè in re communi homines sūt faciles ad discordiam. Viuian. *in cap.* 1. *de h. q. f. à m. p. c.* In omnibus
66 Capitulis ordinarie reperitur aliquis spiritus cōtradictionis discrepans â voluntate, ac iudicio cęterorum, prout obseruant Ant. de Pret. in *Clyp Past. cap.* 3. *nu.* 23. Pauin: *l. c. p.* 2. *q.* 10. Bonac. *de bon can. d.* 1. *q.* 3. *pun.* 1. *nu* 20. Quapropter inquiens in tali Collegio reperiri vnum sui capitis, siue ceruicosæ opinionis excusatur à culpa, nisi manifestet nomen personæ; vt considerat Ant. de Escob: *tract.* 2. *exam:* 10. *cap.* 4. Nec contrariatur illud vulgare axioma vnusquisq. præsumitur pacificus, quod desumitur *ex cap. Sancimus*
67 1. *q:* 7. & notat Mascard. *de prob. conf* 864. *nu.* 29. nam interpretatur de isto, vel illo singulariter considerato non in pluribus simul collectis; ita respondent Ant. de Butr. *in cap. Cum ofius num.* 8. *de elect.* Abb. *in cap pr. eod. tit. nu.* 3. & DD. mox citati.
In resoluendis negotijs, vel decernendis rebus pertinentibus ad
68 Capitulum, aliquando voces porriguntur per secreta, aliquando per aperta suffragia; Quādo priori modo dantur, semper attenditur maior pars, nullâ habita ratione vocalium, prout infra videbimus. Dum autem vota proferuntur palam, hoc est, viua voce, ac apertè, quisque suum dicit sensum, tunc copulatiuè consideratur maior, & sanior pars, *cap:* 1. *cum seq. d. h. q. f. m. p. c.* Alagon. ibid. Abb. *in cap Ecclesia nu.* 7. *de elect.* Rocch. de Curte *l. c.* 8 *ius num.* 26. Sylu. *V. electio* 2. *nu.* 6. & Menoch. *de præsumpt lib.* 6. *præs* 85. *nu.* 4.
69 Quatuor reddūt potentiorē vocē vnius Capitularis, quàm alterius.
Primò maior auctoritas, vt si Canonicus esset etiam Episcopus; *glos in cap In Canonicis* 19. *dist.* Abb. *in cap Postulastis nu.* 14. *de concess prab.* Grat: *discept. for. cap.* 106. *nu.* 3.
Secundò, si sententiam proferens esset prima Collegiatæ Dignitas, & Caput: ita Abb. *in cap. Dudum nu.* 3. *de elect.* & *in cap. Quæsiuit*

uit nu. 3. d. h. q. f. à m. p. c.

Tertiò, ponderosior censetur vox Canonici litterati, vel antiquioris, ob eius experientiam, quæ est veritatis legitima probatio & efficax rerum magistra: *cap. Quam sit de elect. in 6.* Zabarell. *in Clem. cum Ecclesiæ nu. 3. de ætat & qual,* Bald. *conf. 136. nu. 2. lib. 2.* & Bertach. *in repert. V. antiquitas*. Faciunt illud Iob. cap: 12. *In multo tempore adest prudentia,* & illud vulgatum desumptum *ex l: 1. ff. de ventr. inspic.* experto crede Roberto, & Plato dixit, experientiam esse tertium oculum; vt refert Penia *in præfat. dec. nu. 52.*

Quartò, & vltimo, quemadmodum vt supra diximus, in quolibet Collegio reperiri aliquem imperitum cõtradictorem, ita nullũ Collegium est adeò desperatum, in quo nemo ex decem sit sanamente, ac scientia præditus; Cicerone *in lib. 3: de leg:* auctore, & sequitur Vrsell. *l. c. V. alienatio conf. 85. nu. 231.* Huiusmodi Canonici vox, ratione maioris peritiæ, (quia remanet magis instructus in his, quæ sunt de iure,) reputatur sanior, & magis æstimanda, quàm cœterorum, qui non sunt tali doctrina præditi. Abb: *in d. cap. Ecclesia, & in cap. Dudum de elect.* Daoyz *l. c. V. canonicus nu. 3.* Iacob. de Graff. *conf. 1. eod: tit. diff: 7. nu. 3. to. 2.* Rodoan *l. c. tit. de reb. Eccl. non alien. q. 38. nu. 1.* & Parif. *de resig. lib. 5. q. 3.* Vbi ait, inter Canonicum litteratum, & indoctum esse differentiam, sicut inter mortuũ, & viuum. Et quamuis ad mentem Aristotelis, qualitas cõsiderata in abstracto non recipiat magis, & minus, tamen in cõcreto, quatenus aliquis participat de ea, illud quale recipit magis, & minus, ac parit maioritatem, vt benè aduertit Leonell. *de præced. q. 5. art. 1.* Sic Canonia, licet non recipiat magis, & minus, cum omnes Canonici in ea sint pares, & equales, nil secius respectu dictarum qua-
70 litatum alter dici potest magis Canonicus altero, ex traditis per Lancell. *in instit. iur. can: lib. pr. tit. de elect. §. quod si V. de auctoritate.* Leonell. *l. c. q: 9. art. 14.* Mascard. *de prob. con. 998. num. 12.* Et propterea in palam resoluendis rebus Capituli potentior est vox Sapientis, quàm minus periti. Macabrun. *conf: 16. num. 76. & seq.* Aliàs nil esset inequalius, quàm vbi impar est scientia, ibi sit par ius; vt notat Abb. in supra allegatis *cap. Ecclesia, & cap. Quæsiuit.*

Aperta vota, vel minus peritorum Canonicorum sunt libenter audienda. Facit versus.

Sæpè etenim est olitor verba opportuna locutus.

Vide de hoc exempla, quæ refert Corn. à Lap. in com. super exod. cap. 18. Quando verò à doctis eorum dicta reprobantur, debent illi acquiescere, aliàs non excusantur ob simplicitatem columbinã, quæ in Capitulis debet esse mixta cum Serpentina. *cap. Petrus dist.*

*dist.89.& cap.Fratrem dist.*80. Boich. *super cap. Veritatis nu.* 5. *de iureiur.* Valent. *l.c: par.1.not.12.n.4.* Veluti misericordia in Principe altera sorore Iustitia destituta, est stultitia, vt inquit D. Chysostomus.

Quamuis Rixæ, lites, & controuersiæ sæpius à debilioribus eueniant, iuxta illud

A minori rota sunt semper iurgia mota.

Aliquando tamen contigit, Canonicos cordatos inter se diffidere in dispositionibus, seu prouisionibus Capitularibus, vt refert Host. *in cap. Pastoralis nu.1. de rescript* quod non est crimini tribuendum, dummodo opinionum diuersitas charitatem nõ separet, vt aiunt D. Antonin. *in sum. par 4. tit.7. cap.8. §.1.* Homob. *in com. p.3. tr.14. q.17. cap.3.* Et suadetur hæc doctrina ex contentione, quam Sacra eloquia narrant fuisse inter Angelos Israelitarum, & Persarum, an Hebræi captiui essent suæ Patriæ restituendi: & in hoc vtriquè
72 Angeli Domini Diuinam Gloriam, & illorum salutem intuebãtur, vt notat Zipeus *l.c. tit. de b. q.f a m p.c. & in l.111. §. si quis ff. de cond. caus.* habetur Filium interdum absq culpa non residere cum sententia Patris; atq. in libris resolutionum moralium quot varias cernimus scriptorum opiniones, quæ non improbantur? ita non repugnante iure, vel æquitate in primodijs huius Collegiatæ nonnullas habuerunt contentiones inter se Canonici, circa eorum munus in Choro, & Altari, ex quibus desumpta fuit occasio diligẽtius studendi in ijs, quæ proprium respiciunt officium: & laudabiliter
73 factum fuerit Bellum, vt rebus benè compositis habeatur pax. *cap. Nisi bella 23. quæst.1. & cap. Noli ibidem.* Nec ab his abstinendũ videtur, eo quia Sæculares sumant scandalum audiendo Capitulares, vt supra, contendere, nam est scandalum merè passiuum, quod oritur ex infirmitate, & ignorantia, vel malitia. ex Dan. de Nob. *l.c. d.1. nu: 5.* Marc. *d.1391. nu.2. p.1.* & iuxta illud

Curandum semper placeas doctis bonisq:
Summa quidem laus est displicuisse malis.

Possuntq. Canonici vti dicto D. August. relato in Decreto Gratiani *11. quæst.3, can 51.* his verbis, *Sẽti de Augustino quicquid libet sola in oculis Dei conscientia non me accuset.*

Non inficior quasdas cœremonias laudabiles sed nõ præceptas, quę sine culpa in Diuinis Officijs relinqui possunt, prætermittendas esse causa Pacis, & ad tollendas altercationes reluctantium, ex traditis per Host. *in sum. tit. de renunc. nu.8.* Abb. *in rubr. de treg. & pac:* Post. vbi supra *obseru.75. num.* 8. & in præcisis terminis monet Molan. *de can lib.2. cap.6;* pro modico enim congruum est, quod

non

non contendatur: glos. *in cap. Requisiti de test. V. decens*. At verò si agatur de re tendente ad inobseruãtiam rubricarum Missalis, Breuiarij, vel cœremonialis, aut de damno Ecclesiæ, & Capituli, quilibet Canonicus expresse contradicere debet, non obstantibus conflictionibus, quæ ob id eueniunt, alias eadem culpa inuoluitur, ac si viua voce adstipularetur. Abb. *in cap. Dilectus el 2 de Simon.* Ricc. *dec. 227. par. 3.* Garc. *de ben par. 4. cap. 2. nu. 556. in addit.*

Et licet in multis tacens non dicatur consentire, vt notant Ioan. And. *in reg. qui tacet*: & Fely *in cap. Nonne de præsumpt*: Nihilominus, taciturnitas Canonici in his, quæ in Capitulo legitimê con-
75 gregato geruntur, habetur pro expresso consensu. glos. *fin. in cap. Sine 12. q. 2.* Acchill *dec. 4. nu. eod. tit. vt lit. pen* Marc: *dec. 662. nu. 2. p. 1.* Angel *in sum: V consensus nu: 2.* Bursatt. *conf: 284. nu. 51. lib. 3.* Pasqual. *cent. 2, q. 195. n. 2.* Ratio est, quia Canonici conuocantur ad actus capitulares, vt consentiãt, vel dissentiant, approbent, vel improbẽt Innoc. *in cap. 1. n. 4. de his quæ f à præl.* Abb. *in cap. Vestra nu. 6. de loc. & cond.* Seraph. *p. 1. dec. 708. nu 3.* Duran *p. 1. dec: 285: nu. 46.* Consonat, quę scribit Gemeus in vita Augustissimi Imperatoris Ferdinandi, huius nominis Secundi, (nemini quidem suorum antenatorum bonitate, ac pietate secundi) ipsum Cæsarem semel dixisse, se odisse in Concilijs Canes mutos, & amare, qui sincere,
76 liberè, modestè tamen enunciant quicquid sentiunt. Canonici, qui ne aliquem capitulariter contristent, in alterius sententiam, quam
77 cœtero minimê probant, se arripi sinunt, possunt nuncupari Canonici pedarij, sic dicti ab illis Senatoribus, qui in Senatu sententiã non dicebant, sed ab alio prolatam comprobabant; mouentes se è loco, ibant in locum eius, cui deferebant; & ita pedibus, non voce suum promebant suffragium: ut videre est apud Cicer. ad Att. *lib. 1.* & notat Cohell. *l. c. cap. 31. nu. 163.*

In Capitulo debet quisque ibidem habens vocem, proprium sensum patefacere; nec vrget dicere, huiusmodi votum esse Canonici honori ficẽtiam, ad tradita per Abb. *in cap. Cum venissent nu. 2. de rest. in integr.* Rodriq. *in sum. cap. 102: n. 7.* Gram. *dec. 64. n. 29.*
78 Atq. vnumquemq. fauori, & priuilegio suo posse renunciare. *cap. Apostolica de reg. iur. & cap. Si de terra, tit de priuil.* Nam respondetur: hoc procedere, quando fauor, siue priuilegium fuerunt introducta tantummodo in fauorem repudiantis, non autem quando simul respiciunt vtilitatem publicam. *l. ius Apostolicum ff. de pactis, cap. Si diligenti de for. compet.* & ibi glos. Host. Abb. Alagon. & sequitur Rot. *par. 6. diuer. dec 91. nu. 31.* Cęterum vocalatus est honor, & onus Capitularibus principaliter iniunctũ; ut eo communi

bono

bono Capituli, Ecclesiæ, ac Ministrorum prospiciatur. Et proindè quiuis Prębendatus non potest se eximere à votando in actibus capitularibus, quando opus est. Fely, *in cap. Eam te nu. 3. de restript.* Arm. *in sum. V. electio*, & Emin. Lugo *disp. 1. de iust. & iur. disp. 19. sect. 2. nu. 66.* sed deuincitur suum suffragium specialiter ferre, & cogi debet ad votandum eiusque rationem ostendere, quia tale officium tribuitur cum hoc pondere. ita Sac. Cong. penes Nicol. in
79 Flor. *V. vox nu. 5.* Lezan. *in sum: par. 2. cap. 15. n. 17.* Graff. *dec. 127. nu. 18. lib. 2.* Sigism. à Bonon. *l. c. dub. 15. nu. 3.* aliter peccat grauiter, vel leuiter iuxta qualitatem materiæ propositæ, ac resoluendæ: Fum. *in sum. V. consensus nu. 2.* Sylu. *eod. V. nu. 3.* Valer. *de diff. vtrisor. V. suffragium nu. 1.* & insuper tenetur ad damna, quę ex omissione sui voti, vel Sermonis reticentia consequuta sunt. Innoc. *in cap. 1. de b. q. f. à m. p. c.* Abb. ibid: Nald. in *sum. V. renunciare num. 9.* & Marc. *dec. 108. n. 1. p. 1.*

Et aduertendum, quod Canonicus videns non posse victoriam reportare per vota aperta de re iusta proposita, tenetur petere partitum per secreta suffragia, quia correspectiuæ sunt obligationes vocem, & ratioñe proferre, & petere partitum; & quod de altero affirmatur, pariter sequitur de altero. *cap. Præterea de off. deleg.* Scac. *de appell. q. 17. limit. 21 nu. 75.* Surd. *dec. 199. nu. 13.* nec valet dicere, se suum votum tàm loquendo, quàm secrete ballottando vanum existimare, cum maiorem partem Capituli perspiciat paratam quouis modo velle superiorem discedere, quoniam considere debet, quod Dominus, qui illuminat abscondita tenebrarum, eos perducet in viam Veritatis, quæ omnia vincere solet.

At verò si post enunciatas rationes, & adhibita secreta suffragia non poterit Prælijs vti secundis; pro tunc acquiescat si maior pars vicerit partitum vocibus mortuis, hoc est Lupinis: & peccatum erit illorum tantum quia recta nolunt, non eorum, qui certarũt pro iustitia, dũmodo intus corde sint pacifico. Card. Turrecr. super *cap. Litigiosus dist. 90.* D. Antonin. *in sum. l. c. par. 4. tit. 7. cap. 8.* Canonici suum votum pro iniusta resolutione præbentes, non solùm pec-
80 cant, sed tenentur ad recompensandum damnum illatum, & si probabiliter sibi persuaderent maiorem partem Capituli, cui in eo casu statur, suo voto suffragaturam; veruntamen iniustum ferentes suffragium, postquam per priora publica vota maioris partis rem viderint obtentam, licet sic peccent, non tenentur ad restitutionem, cum damnum efficaciter non attulerint, vt accidere potest in Superiori casu, prout considerant Caiet. in *sum. V. restitutio.* Molin. *de rest. tom. 2. disp. 752. n. 4.* Less. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 13. dub. 3*

nu. 13. & Galettu *in sum. V. damnum*: Si verò vota secretò ferantur nō videntur à restitutione eximi sequentes in dicto casu sententiam maioris partis, quæ voluntatem suam eis insinuauit, & prius ballottauit, siquidem non propterea fuit certi, vota dictæ maioris partis emissa fuisse pro illa re iniusta; sæpius enim, vt experientia satis constat, voce mortua, hoc est fabis, quibus liberè votum datur, fit contrarium eius, quod viua voce, quis pollicitus fuit, vt benè obseruat Say. *in clau. reg. lib. 10. cap. 10. nu. 6.*

81 In resoluendo aliquo negotio Capitulari, de quo sit dubium, an sit vtile Capitulo, potest quis, immò debet sua opinione prolata maioris partis voluntati assentiri, & non garrire, dum vota dantur publicè, ita docet Azor *to. 2. lib. 4. cap. 3. quæst. 17.* quinimò ius est Prælato compellere vnum, vel duos Canonicos, renitentes, vt votis cæterorum Capitularium subscribant, vt euitentur inconuenientia, quæ ob huiusmodi publicum assensum, & dissensum accidere possunt, ut colligitur ex Rodriq. *in sum. to. 1. cap. 102. nu. 5.* ita in causa sibi delegata decidisse testatur Ricc. *p. 3. dec. 257.* cui adstipulantur Filliuc. *l. c. tr. 21. cap. 2. nu. 24.* & Zambell. *V. elector n. 13.* Verum est, quòd si contradicentium referat de eorum dissidio constare, fieri poterit mentio seorsum de ipsorum contradictione; vt tradit Valer. *de vtroq. for. V. suffragium diff. 12.*

Ad hæc si maior pars absolutè vult ad aliquod officium eligere dignum prætermisso digniori, minor pars non solùm poterit, sed tenebitur cum maiori numero cōcurrere, vt talis electio pacificè fiat ita adnotauit Vega *in sum. tit. de elect. cas. 96*: Cęterùm si Capitulares electiones, resolutiones, & similia essent contra Diuinum Cultum, siuè salutem Animarum, vel in damnum iurium Ecclesiæ, & Capituli, (cum in his, vt diximus, quando vota dantur palam, consideretur maior, & sanior pars copulatiuè) minor pars, ac qui iis ex

82 ista potest, & debet se opponere maiori numero Capitularium, quia in his casibus non dicitur maior pars, cum non sit sanior. Dec. *in cap. Licet de elect.* Franc. *dec. 2. nu. 5.* & sufficit sola contradictio, non enim tenetur coram Capitulo, sed coram Episcopo producere, & probare causam suæ oppositionis circa id; glos. *in cap. 1. de his q. f. à m. p. c.* Graff *in addit. ad pr. par. dec. f. lib. 1. cap. 27. num. 25.* Ratio est, quia, quæ fiunt in Capitulo non fiunt iudicialiter, vt aduertit Vener *l. c. cap. 30. nu. 9.* A prædictis per publica suffragia gestis in Capitulo, vbi Episcopus fortasse præsideret, ut Prælatus, appellatur ad ipsum, exprimendo litteris, quę minor pars obijcere intendit. *cap. Dilecti de appell.* Scacc. *eod. tit. loc. mox allegato q. 8. nu. 60.* Quod si idem Prælatus in Capitulo adsit vt Canonicus, eò casu appellatur

pellatur ad eumdem aliter consideratum, dum ut Canonicus fuerit contrariæ opinionis. Bero. *in rubr. de appell. nu.* 78. Abb. *in cap. A collatione eod. tit.* Atque comprobata iniustitia maioris partis hæc ipsa succumbet, & minor pars tui sanior, licet numero valde inferior, declarabitur maior. Host. *in sum. in rubr. d. b. q. f. d. m. p. e.* Sylu. *in sum V. Maiestas nu. ult.* & cæteri mox relati. Interim tamen negotij iustitia, & rectitudo præsumitur, vbi concurrit maior pars numero. Imol. *in cap. Ea noscitur nu.* 15. *de instit.* Lancellott. ubi sup. *s. si eligentium V. opponere.* Daoyz *l. c. V. Maior pars.* & Grat. *discept. for. cap.* 721. *nu.* 17. Atque per contradictionem, sive appellationem
83 non impeditur executio eorum, quæ à maiori parte Capituli Decreta, & ordinata sunt, ut constat ex textu plano *cap.* 1. *de b. q. f. d. m. p. c.* & tradunt Raguc. *de Voc. q.* 7. *nu.* 7. Genuen. *pract. QQ. Eccles. q.* 544. & Seraph. *dec.* 708. *nu.* 3. De dicta saniori parte, vt supra innuimus habetur ratio in votis, quæ apertè, & viba voce dantur, quando enim porriguntur secretò, nullatenus consideratur sanior, sed duntaxat attenditur maior, vel minor suffragiorũ numerus. Ita præter DD. cit. docent Ricc. in Prax. *par.* 4. *resol.* 400. *nu.* 4. Card. Tusc. *lit. M. con.* 17. *nu.* 7. Bordon. *conf. reg. p.* 2. *resol.* 61. *nu.* 10. Matic. *in dec.* 115. *nu.* 7. & tantum valet vox Episcopi Canonici, quàm vltimi capitularis, & tàm vox primæ Dignitatis Collegiatæ capitis quàm simplicis Canonici, atque tam Sapientis, vel antiquioris,
84 quàm minus periti, & moderni habentium vocem in Capitulo. Petro de Anchar. *in cap. Postulasti nu.* 8. *de conceß. Prab.* Ferrett. *in cap. Cum omnes nu.* 13. *de const.*

Ratio euidens est, quia dum funduntur vota secretè, sciri vel dignosci non potest, quis contulerit affirmatiuum, uel negatiuum, vel ante, & post alios considerauit Abb. *in d. cap. Ecclesia nu.* 7. sed ubi concurrit maior numerus illorum de Capitulo præsumitur etiam maior zelus, & prudentius consilium, nisi contrarium probetur, ut notat Viuian. *super cap.* 1. *de b. q. f. d. m. p. c. & alibi.* Quòd si nonnulli affirment suum uotum tulisse pro, uel contra, nil iuuat, quia testibus singularibus in suo dicto non creditur: Innoc. *in cap.* 2. *de arbit.* Abb. *in cap. Licet de prob.* Paris *conf.* 14. *Vol.* 3. Oportet etenim testes esse contestes, quales existere non possunt in hoc casu, in quo quilibet de per se clam emittit Fabam in Vrnam, ut adnotauit Alex. *conf.* 192. *nu.* 12. *lib.* 6.

Electiones ad Præbendas, Canonicales, & Beneficia effici solent per tacita suffragia. Abb. *antiq. in cap. ex parte nu.* 1. *de off. deleg.* Pelly. *in cap. consuluit eod. tit.* Bero. *cons.* 101. *nu.* 14. *Vol.* 2. electio est alicuius Personæ à societate facta uocatio: Abb. *in rubr. de postul. n.* 2.

 Dicitur

Dicitur electio, quia fit à pluribus de pluribus, & eligere est ex pluribus colligere unum, qui melior sit. Host. *in sum: tit. de elect.* Molfes: *tract: 6. cap. 10. num. 31.* Si quidem quando ad vnum tantum pertinet eligere, potius dicitur collatio, quæ est libera assignatio Canonicatus, & Præbendæ vacantis. *cap. De multa, tit: de Preb.* Rebuff. *in Prax. l. c. de collat.* Bertach. *V: collatio*, & differt ab institutione, quæ est collatio non libera Beneficij facta ab Epis-
85 copo alicui præsentato per Patronum huiusmodi ius habentem. Abb. *in cap. 2. tit. ne sed. vac.* Puteus *decis. 10c. nu. 3. p. 3.* Præsentatio uerò est quædam exhibitio Personę canonice peracta. Abb in *in cap. Frequentibus de instit. & in cap. ea noscitur de his quæ f. à prel.* Ad electionem reducitur Postulatio, quæ est actus Canonicus, per quem de gratia petitur à Superiore, vt certa persona admittatur ad Prçlationem non obstante defectu, quem habet Bald *in rubr. de postul.* quod in Ecclesijs Italiæ recessit ab Aula, & sępè accipitur pro
86 electione, ad quam deuenitur tribus modis.

Primò, per inspirationem, videlicet, nullo præcedente tractatu proclamatur aliquis, ut habetur *61. dist.* & notat Peyrin. *tom. 3. in addit. cap. 7. nu. 17.* quod non potest fieri dum electio fieri debet per secreta suffragia. Sigism. à Bon. *l. c. dist. 31. nu. 14.*

Secundò per compromissum; scilicet ubi committitur alicui compromissario Clerico potestas eligendi ad illud munus personam idoneam. ita Alagon. *in cap. cum dilectus de elect.* Quæ commissio facienda, est per omnes, & singulos Capitulares. Abb. *in cap. in causis nu. 3 de elect.* Io: And. *ibid.* Atq. uno recusante non ualet electio; Ricc *in Prax. p. 2. res. 489. nu. 5.* Ratio est, quia cuiuslibet interest singulariter eligere per se; ut inquit Peyrin *loc. modo cit.*

Tertiò electio fit per scrutinium, in qua sufficit maior pars uocaliũ, & ad eam deueniri potest tribus sequentibus usitatis modis.

Primò per suffragia viuæ uocis apertè notificando suũ sensum.

Secundò per Schedulas ab electoribus scriptas subscriptas, ac sigillatas, itaut foris non appareant nomina eligentium, expresso tãtum nomine eius, quem uolunt eligere, & alterato charattere, ne scriptores agnoscantur, uidete Molfes. *tr. 6. cap. 16. nu. 50.* Deinde Schedulæ ponũtur in Bussula ex qua à tribus deputatis extrahuntur & facta diligẽti inquisitione publicatur electus a maiori parti uocalium, & Schedulæ comburuntur. Sylu. *in sum. V. electio 2. num. 7:* Viuian. *in d. cap. Quia.*

Tertiò electiones, & maximè Capitulares resolutiones secretò efficiuntur per ballottationes, & maximè Capitulares resolutiones hoc pacto; In patenti loco Capituli exponuntur duæ Vrnæ, siue

Bussulæ,

Bussulæ, in altera foris apparet SIC, & in altera NON; & Cathedralis, siue Collegiatæ prima Dignitas, vel alius iuxta consuetudinem, vel dispositionem Statutorum Ecclesiarum nominat N. ad Canonicatum, Beneficium, Officium, aut Ministerium, vel proponit aliquod negotium peragendum, quod si in Capitulo fuerit Episcopus, vt Canonicus eidem à Proponente prius caput inclinatur, vt monet Abb: *in d. cap. Postulastis nu.* 8 & statim per vota secreta à Collegialibus respondetur calculis, seu pilis, lupinis, siue fabis albis, & nigris sibi prius a Syndico Capituli consignatis, quæ debẽt esse omnino vniformes, ne dignosci possit, quis affirmauerit, quiue negauerit, & sic qui proposita amplecti voluerint, Pilam Albam immittunt in Bussulam positam à dextris, & nigram in Vrnam positam à sinistris: & è contrario, qui rem propositam noluerint, nigram in eam à dextris, & albam in Vrnam sinistrosum collocatam deponunt, quo facto is, ad quem spectat, primo extrahat fabas in Bussula dextrorsum locatas, hisque palam enumeratis, per se, siue per Capituli Secretarium enunciet albas, & nigras, atque idem obseruet de calculis existentibus in Vrna ad sinistram; Si in prima Bussula Pilę albæ fuerint in maiori numero, habeatur res proposita pro obtenta, & admissa, vti canonice conclusa à maiori parte Capituli, cui standum est. Moscon. *l. c. lib.* 1. *fol.* 55.

Si verò Pilæ nigræ in eadem fuerint maioris numeri, intelligatur rem propositam esse reiectam, de qua in illo Capitulo nil amplius loquendum. Quod si ab aliquibus Canonicis in eandem *Vrnã* intromissæ fuerint eorum fabæ albæ, ac nigræ, hoc quidem esset, ac si ab eis votum non fuisset porrectum, & valida remaneret electio, siue resolutio, dumodo appareat de votis maioris partis: *cap: Quod nobis de elect.* vbi Abb. Massobr. *in Prax. hab. conc. reg.* 4. *dub* 6. *num. vlt.* Rodriq. *QQ: reg. q.* 51. *art.* 13. *tom:* 2. *& sum. cap.* 102. *nu:* 7. Quod mox dictum fuit, habendam pro admissa rem, quando apparet per fabas albas de maiori numero vocalium; esplica id procedere de negotijs Capitularibus, & officijs, in electionibus enim ad Canonicatus, & Beneficia post vnum vt supra propositum, & ballottatum in eodem Capitulo proponitur alter, & deinde alius. *cap. Sciam de elect: in* 6. & quis pluribus suffragijs vltra maiorem partem dignatus fuerit, habetur pro electo. Feder. de Sen. *cons.* 33. Petr de Anchar. *in cap. In Ecclesia nu.* 7. *de instit.* Pasqual. *l. c. q.* 125:

Aduertendum, quod licet pręfatæ electiones, necnon Capitulares resolutiones à statutis Ecclesiæ rectè pręcipiantur fieri secretis suffragijs, nil secius si de communi omnium Canonicorum consẽsu præstentur palam viua voce, non idcirco redduntur nullę. Innoc. in

in cap Si verò nu 2. de sent excom. Rot. *p. 1. diuers. decis.* 75. *num. 62.* Ratio est, quia non fit contrà ius commune, *cap. Quia propter de elect.* quod olim opus erat seruari a Canonicis Cathedralis, & Collegiatę dum illi Episcopum, hi suum Præpositum per vota secreta eligebant. Nunquam verò fuit necesse seruare formam dicti *cap. In electionibus*, aliarum Dignitatum, Canonicatuum, & Beneficiorum inferiorum, aut quorumcunque officiorum, vel in resolutionibus Capitularibus. Staphile *in tract: de litt. grat. fol.* 114. *n. 6. glos. in cap. 1. de reb. Eccles. non alien.* Bald. *super eod. cap: Quia propter.* Sylu. *in sum. V. electio 2. nu: 2.* Quinimò sustinentur ante dictæ resolutiones palam factæ à Canonicis, quamuis statutum loquatur eas nullatenus fieri nisi per vota secreta, Bald. *cons.* 351. *nu. 9. lib. 5.* Alex. *cons: 41. nu. 13. lib. 5.* Sperell. *decis.* 161. *nu: 6. to. 2.* Pellizzar: *in tract. de Monial. cap. 10: quæst. 99. n. 92.* Quorum sententiæ adheret Dia-
87 na *p. 9. tract. 8. resol. 23.* Multa certè fieri prohibentur, quæ facta tenent. *cap. Biduum 2. q: 6.* Daoyz *l c V. decretum.* Secus dicendum, quãdo adesset clãusula irritãs, &c. & statutũ esset a Papa confirmatum, vel ita esset dispositum à iure communi. Alicubi Præpositus Capituli in electionibus ad Beneficia, & officia Capitularia recipere solet vota, quæ à Canonicis capitulariter congregatis submissa voce ad aures eiusdem superintendentis insinuanda sunt, sigillatim dicendo; Nomino N. talem ad Canonicatum, Beneficium, aut Officium, & nõ debet dicere, eligo talem. *cap. In Genesi de elect.* Host. *in cap. Graue de Præb.* Ratio est, quia Canonici non dicuntur eligere, sed coeligere; vt aduertit Innoc. *in cap. Irrefragabili de off ord.* Iuri verò congruum esset dicere, Ego nomine Capituli eligo N. Petr. à Mon. *de Monar. tit. de Præced. nu. 5.* & Bertach. *l. c. V. electio.* Prefatus superintendens nomen, & cognomen N. in Beneficiatum, siue Officialem petiti in liberculo conscribat, trahẽdo vsque ad folij extremitatem lineam rectam, quam tot apiculis intersecabit, quot idem N. vocem eligentium simul pronunciatus fuerit, prout notant Barb. *super d. cap. Quia.* Sylu. *l. c. nu. 7.* Vener. *l. c. cap. 29. n. 44.* Idem vota secreta recipiens ante alia proprium votum describere debet in eod. folio, alioqui si postremò id faceret, adhærẽdo uni ex duobus nominatis paria suffragia habentibus, ipse per se eligeret, quod est contra iura, quæ statuunt neminem se eligere. Molfes. *l. c.* Voces in Capitulo porrigendę sunt unico contextu. Marc. *l. c. decis.* 690. Quibus omnibus porrectis numerantur a Præsidente, atque nullo actu contrario intermisso, ut inquit glos. *in d cap. In genesi*, ob eodem, vel Capituli Secretario publicantur in communi, non expressis nominibus Electorum. Goffred. *l. c. tit. de elect.* atque incipiendo

piendo ab ijs, qui pauciora vota habuerunt, dicatur, talis suffragatus fuit tot votis; N. tot suffragijs, &c. ita docent Sayr. *in flor. tit. de elect. dec. 3.* Iacob de Graff. *eod tit. p. 1. cons. 5. nu. 8.* Et qui erit superior in votis publicatur electus à Capituli Præsidente his verbis; Ego nomine Capituli eligo N. ad tale Beneficium, siue Officium: & non debet dicere Ego Abbas, & Capitulum eligimus, Ratio datur à Viuian. *in cap Sicut de elect. pot.* His peractis folium ubi descripta fuerunt vota, statim in frusta scinditur Pasqual *cent. 1. q. 45. nu. 3.* & hoc, vt vota remaneant secreta, quæ non desinunt esse talia, licet data sint coram dicto Præside, & Notario, ac duobus assistentibus ita Nouar *in sing. tit. de elect. con: 1: nu. 2* Zipensl. *tit, eod. tit. lib. 1. n. 9.* Galett *in sum. V. Abbatissa,* Moscon, *l. c. p. 4. cap: 3. lib. 1.*

In memoratis casibus, si quis Capitularis votum suum palam dare ausus fuerit, non solùm venit arguendus à Capituli Prefecto, sed pro illa vice in pœnam à dando secreto suffragio est repellēdus ad tradita per Garc *de benef p 5. cap 4. nu. 194.* Non solùm vota, quæ secretò in electionibus enunciari solent, sed & ea, quæ viua voce publicè dantur, ferenda sunt pura, certa & absoluta, non alternatiua, conditionalia, aut inutilia. Sigism: à Bon. *de elect. p 1. cap. 4. dub. 27.* Rodriq *in sum. cap. 102: nu 7.* Galett: *in sum. V. electio*
90 *in fin.* Votum incertum dicitur, si quis dicat, consetio in Ioannem, vel Petrum, aut in eum, cui Franciscus suum votum dederit; Archid. *in cap. in electionibus nu. 2 d tit.* Alternatiuum est, si dicatur Nomino Petrum, aut Paulum, aut copulatiuè Petrum, & Paulum, vt notat Anchar. *in cap. Tua de Præb.* conditionatum appellatur, dū quis fatur sic: Nomine Capituli eligo Antonium, si tali Canonico placuerit, uel si Præpositus voluerit, vel si ille consenserit, Lezan. *l c. nu. 16* Fum: *V. electio nu. 29:* Inutile nuncupatur, dum quis suū Votum prebet alicui, quem incapacem iura, uel Ecclesiæ Statuta reddunt; & quoniam pro infectis habentur, quæ contra ius fiunt. *cap. Quæ contra de reg. iur.* & paria sunt non facere, & inutiliter facere. Surd *cons. 28. nu. 89.* Ideo insinuatis Votis suffragantes male faciunt, & nil operantur, & reputantur, ac si non darent, uel essent absentes, & nollent ad Capitulum uenire uocati. ita DD. mox cit. Potest tamen dici eligo N. si est capax. Ratio redditur à Viuian.
91 *in cap eod tit.* Is, ad quem spectat Vota recipere, uocales admoneat, ut sine fraude, ac litigio sua vota porrigat, sicut Iudex curare debet, ne iudicium reddatur nullum. Host. *cap. in electionibus in 6. nu. 8.* Barb. ibid. Quod si inutilia suffragia recipiantur, nō augent, neque minuunt numerum: glos. *in cap. 2. de elect. in 6.* Compostell.

in

in cap. Vlt eod. tit. Calder. *conf. 7. de transl.* & dantes huiusmodi Vota peccant, quia faciunt contra debitum proprij muneris, ac rectam rationem, requirentem, vt quiuis de Capitulo cooperetur bonę electioni, vt benè obseruat Pasqual. *loco statim cit. q. 17. num. 3.* Canonicus nō potest absq. labe Simoniæ alicui suffragari ex pacto
92 cū Collega inito, quod iste suum dabit votum in alia simili electione ad Præbendam, vel Beneficium alteri, cui idem maluerit. ita tenent Sylu. *in sum V. Simonia q. 1.* Arm: *eod. v. nu. 42.* Rodoan: *eod. tit. p. 2. cap. 34.* Sanctor. *loc cit. cap. 15.* Idem alij affirmant procedere in Officijs Sacristæ, vel Magistri Chori, quia sunt Spiritualia. ita Bonac. de Simon. *q. 3. propos. 1. nu. 3. & seq:* Lezzan. ubi supra *n. 28.* quibus non assentiuntur alij, quia iura loquuntur de Beneficijs, nō de insinuatis Officijs. Hoc certum, huiusmodi pactum, etiam in dictis Officijs esse illicitum, quoniam inuertitur debitus ordo liberè faciendi easdem electiones, & ideò malè faciunt, qui pro se, vel alio quæritant Vota, ut eligantur ad cœtera officia Ecclesiæ Collegiatæ, ut notat Vega *loc. cit. cas. 4.* & isti nequaquam sunt proponé-
93 di, quia locus regiminis ambientibus est denegandus: *cap. in scripturis 8. q. 1.* & ibi glos. Et multò magis non potest quis se ipsum proponere in Officialem Ecclesiæ, uel Capituli, vt elicitur *ex cap. cum port. tit. de elect.*

Præsidens Capituli delinquens inter recipienda, vel exquirenda vota, aut describendas Capitulares resolutiones, maior pars Capituli poterit alium ad eius officium deputare. Barb. *in vot. dec. can. vot. 46. nu. 185. & vot. 34. nu 93.* Atque liberum est cuique de Capitulo ad omnem bonum effectum resolutiones à maiori parte Capituli gestas in proprio libro describere, non obstáte, quod fuerint notatę in communi libro. ita tenet Vener. *de exam. Episc: lib. 4. cap. 29. nu. 17.*

Canonicus, qui suo loco, quem superius designauimus, votum suum enunciare noluerit, de quo ante vototum publicationem pęnitet poterit ad votandum admitti, iuxta tradita per Alagon. *in d: cap Ecclesia,* similiter qui jam secreto suum suffragium Pręsidenti indicauit, potest ante votorum publicationem denuo dare votum, & uariare, recedendo à primo suffragio, ut sentiunt Bertach. *de*
94 *Episc. p: 3. nu. 35.* Arm. *V. electio nu 29.* Mirand *in Man. Prel. tom. 2. q. 22. art. 34.* Ratio est, quia nullū ius acquiritur nominato, nisi post insinuatam publicationem. glos. *in cap. sicut de elect.* Publicatis autem Votis à Præsidente nequit variare, qu ia functus est Officio suo. *cap. Publicato de elect.* Brancat. *in epit. Sac. Can. V. electores.* Immò ante dictā publicationem non decet Canonicum retra-

tractare, quod dixit absque vrgēti, quod postea emergat *cap. Nulli eod. tit.* Inconstātia enim reprobatur in Ecclesiasticis. Genuen. *pract. QQ. Eccles. q. 221. nu. 2.*

95 Si in propositione facta in Capitulo pro condendo aliquo Decreto, vel resoluendo negotio Capitulari contingat paria esse vota prolata, neutrum intelligitur esse obtentum. Sigism. à Bon. *l. c. dub. 38. in fin.* Vener. vbi supra *nu. 79.* In electionibus autem, ad beneficia, & officia, quæ spectant ad Capitulum; quando inter duos propositos tot sunt uota contraria, quot fauorabilia; & electio fit palam viua voce, quemadmodum vt diximus supra nu. 69. consideratur sanioritas suffragatorum, sic attendenda est qualitas eiusdem electi, qui suum competitorem præcedit in meritis; ita resolutum fuit à Rot. in vna Præpositure die 19. Iunij 1650. Verum si
96 electio fiat per vota secreta, quia, vt dictum est, in his non potest dignosci pars sanior, nec etiam sunt à Capitularibus discutienda merita electorum, quoniam causaret inimicitias, tumultus, contentiones, & lites, vt aduertit Lotther. *de re ben. lib. 3. cap. 17. nu. 43.* tali euentu non improbabiliter arbitrantur nonnulli DD. eos, qui habuerunt paria vota bis, aut ter repetita, extrahendos esse per sortes, quorum vsus, quamuis in electionibus, & officijs Ecclesiasticis sit interdictus, *cap. fin. de sortil. vbi Canonistæ, & sequuntur summistæ V. electio.* Nihilominus, in casu proposito, censetur licitus, quia agitur de Personis, quas dignas esse palam constat: glos. *in cap. duobus extra de rescript.* Barb. *super cap. Cleros dist. 21.* & sequitur Borell. *in tract. de compromiss. S. 2. nu. 343. cum alijs per eum relatis.* Alij veri, iudicio meo loquuntur, cum distinctione dicentes, si paribus votis capitularibus electi prætendant, non esse pares in meritis, hęc videnda, & examinanda sunt non à Capitulo, sed ab Episcopo *ex glos. in cap. duobus de rescript. in 6.* & ipse non poterit libere gratificari cui voluerit, sed tenebitur adiudicare officium, siue Beneficium electiuum potiora merita habenti, quæ consistunt in moribus, sciētia, ætate, & ordine Sacro, vt videre est apud Abb. *in cap. 2. de elect.* & Card. Tusc. *lit. M. concl. 17. nu. 5.*

Cæterum si in his pares appareant, ut erant Matthias, & Barnabas pro ultimo remedio adhibentur sortes, de mandato Episcopi, ad quem spectat hoc iudicium, quia est actus iurisdictionis, vt satis totam conclusionem probat omnino videndus Castr. Pal. *par. 2. tract. 13. disp. 3. pun. 4. nu. 10.* Attestando insuper talem esse vsum, & cōsuetudinem quam plurium Ecclesiarum. Si antequam recursus fiat ad Episcopum, facta iam vocum diuisione, maior pars Canonicorum opponat, se per sua vota secreta non elegisse eum, quē

Præsidens publicauit pluribus votis coelectum, sed alium, suspē-
ditur actus. *cap: Cum olim extr de elect.* & denuò deuenitur ad nouā
electionem per personam omnibus, & singulis vocalibus confidē-
tem, vt docet Tamburin. *de iur. Abbatiss. quæst: 10. nu: 3.* & ita in
casu electionis Abbatissæ Sac. Congr. declarasse refert Pellizzar.
vbi supra *nu. 109.* secus dicendum, si minor tantum pars Capituli
post factam votorum publicationem reclamet. Goffred. *in rubr. de
reg. iur. tit de elect. nu. 32.* Dum minor pars aliquem elegit ad Præ-
bendam, siue ad Officium Capituli, & maior pars alterum, publi-
catione facta suffragiorum, minor pars poterit residere, ac adhe-
rere maiori etiam extra Capitulum, vt docet Goffred. vbi supra,
aliter sequitur de maiori parte, quæ extra Capitulum non potest
97 consentire electioni factæ à minori numero vocalium, quia horum
electio ab initio fuit inualida. Marc. *dec: 1034. nu. 1.* Electione a
maiori parte capitulariter facta si aliqui dixerint de nullitate, &
electus neget, opponentes tenentur iurare, se credere obiecta esse
vera, & posse ea probare. *cap. 15. quæ elect.* Viuian. *super eod. cap:*
& Mascar. *de prob. con: 190. lib. 4. nu. 97.* Electores autē suā electionē
impugnare non poterunt. *cap. cū non ignores de prob.* quia contra fa-
ctum proprium venire non licet ad tradita per Rot. *p. 6. recent. dec.
339. nu. 14.* Limita nisi facta publicatione in Capitulo ante confir-
98 mationem clarè appareat, electionem esse ineptam. Goffred. *loc. n. 34.*
post confirmationem verò nullus opponēs auditur nisi in casu, quo
electio de iure esset nulla. *l. c. cap. Si quando de elect. nu. 6.* Rot. *loc.
modo cit. nu. 10.* Electus iuxta iuris formam debet intra mensem
consentire, alias priuatur iure quæsito, & potestas redit ad electo-
res. Brancat. *l. c. V. electus* & consentiens electioni, non potest re-
nunciare, nisi ex noua causa. *cap. Nulla de elect.* Collatio, & pro-
uisio Beneficiorū liberæ collationis regulariter cōpetunt Episco-
99 po, in quatuor anni mēsibus, nempè Martio, Iunio, Septēbri, & De-
cēbri, Prębēdę verò, & Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis in dictis
mensibus esse solent simultaneæ collationis Episcopi, & Capituli.
Verall. *p. 2. dec. 87. nu. 5. dec. 87. n. 5.* Farinac. *dec. 429. nu. 2. in posth:*
Buratt. *decis. 805. n. 1.* & in aliquibus Cathedralibus ex laudo à Pa-
pa confirmato conferuntur vna vice ab Episcopo absque consensu
Capituli, & alia vice à Capitulo nullo facto verbo cum Episcopo,
Gonzal. *super 8. reg.* Canc. *l. c: 8. 11. num. 2.* Put. *dec. 127. p. 3.* Mart.
digest. nouiss. tom: 6. cap. 27. tit. collatio. Præcisa tali concordia in si-
multaneis collationibus, quæ sic dicuntur, quia spectant simul ad
Episcopum, & Capitulum. *cap. 1. ne sed. vac: in 6.*

Licet Episcopus habeat medietatem vocum, scilicet tot uoces,
quot totū Capitulum, vt notat Penia *par. 1. decis. 492. n. 3.* & Buratt.

dec.

dec. 809. nu. 2. Non tenet electio, si maior pars Capituli discordet cum eodem Episcopo, etiamsi duo, vel tres Capitulares cum ipso in electione concurrant. Io. And. *in cap. penult. de appell.* Cōpostell. *in cap. cum Ecclesia nu. 3. de elect.* Nauar. *conf. 1. nu. 3. modo b q. f. d m. par. cap.* In eadem simultanea collatione maiore parte Capituli discordante cum Episcopo, collatio Præbendę vacātis deuoluitur ad Archiepiscopum, & eo negligente ad Papam. Ruin. *conf. 50. n. 8.* Vener. *de exam. Episc. lib. 4. cap. 13. nu. 9.* Filliuc. *to. 3. tr. 34. n. l. c. n. 45.* Quod si conferatur Præbenda alternis vicibus, Capitulo sua vice non conferente intra tempus designatum, deuoluitur ad Episcopū, quo incurioso, non fit deuolutio ad Capitulum, sed ad Archiepiscopum, vel ad Papam. Barbat. *de dm. fr. p. 1. cap. 16. nu. 74.* Castr. Pal. *l. c. tr. 13. d. 3. pun. 34. dub. 2.* Nec obstat *cap. ex parte de concess. Præb.* disponens tempus sex mensium non habere locum in Prębēdis Canonicalibus, quia intelligitur de illis Ecclesijs, in quibus Præbendæ sunt indistinctæ, & fundatę de bonis Ecclesiæ glos. *super eodem cap V. distincta.* Senebr. *de prob. cap. 3.* Gordon. *mor. lib. 8. q. 2. cap. 2. nu. 8.* Put. *dec. 313. nu. 3. par. 3.* Quę tradidimus supra de Canonicalibus & Præbendis Cathedralis procedunt de Præbēdis Collegiatæ, in qua Præpositus vtranque retinet iurisdictionem. Abb.
100 *in cap. Cum Vulteranea nu. 8. de elect.* Borell. *p. 1. tit. 29. n. 19.* Gonzal. *l. c. glos. 45. nu. 77.* & Sperell. *dec. 52. nu. 13. tom. 1.* Explica, si Præpositus non sit de Capitulo, nam existens de Capitulo simultaneam de qua loquimur, prętendere non potest, nam hoc euentu vnā tantum, vox ei competit, prout alijs Capitularibus. Abb. *in cap. Postulastis nu. 4. de Præb.* Barb. *de off. & pot. Episc. alleg. 73. nu. 18.* & fuit decisum in vna Piscien. sub die 14. Martij 1659.

In Collegiatis Episcopo subiectis in dictis quatuor mensibus omnes collationes Præbendarum, ac Beneficiorum liberæ collationis spectant ad Episcopum, vt post alios docent Cassad. *de præb. dec. 22. nu. 2.* Merlin. *dec. 591. nu. 8.* Vbi in dictis simultaneis collationibus collatio vice Capituli pertinet ad unum Canonicum per turnum, vt fieri solet, teste Filliuc. vbi supra *cap. 2. nu. 25.* Iste Canonicus, vel non in Sacris gaudet huiuscemodi turno. Garc. *de ben. p. 3. cap. 4. nu. 30.* Grat. *discept. for. cap. 229. nu. 24.* Rot. apud Mar. ta *l. c. V. collatio cap. 103.* & apud Caualo. *decis. 1042. num. 5.* quorum
101 sententiæ meritò contradicunt alij, ea ratione permoti, quod Canonicus non in Sacris, ad quem pertinet prouidere per turnum, retinet talem prouisionem loco Capituli, non uti singularis Canonicus, adeo ut prouisio accipiatur perindè, ac si à Capitulo, in quo carens sacris ordinibus non habet vocē; ex quo Rot. Rom. negotio

matorius discalso recessit ab iam decisis, prout testatur Duran. *dec. 275. nu. 5. & decis. 420.* Quotiescunque collatio, siue electio per-
102 tinet ad Episcopum, & Capitulum simul, Sede uacante, uel Episco-
po à collatione suspenso, maior pars Capituli subintrat in ius eligendi, & conferendi Canonicatus, & Beneficia simultanea. Clem. *Si beneficia de Præb.* Petr. de Anchar. *in rubr. de sed. vac. nu. 1.* Nald. *V. Beneficium nu. 18.* Veluti si omnes, & singuli de Capitulo sint maioris excommunicationis uinculo irretiti, Episcopus solus confert; Abb. *antiq. in cap. Postulastis nu. 1. de concess. Præb.* Mar. Ital. *de immun. lib. 1. cap. 6. §. 1. nu. 17.* idem sequitur si omnes, & singuli Capitulares eligant indignum; *cap. Quamquam de elect. in 6.* Si uerò maior pars Capituli eligat indignum & minor pars dignum, nulla erit electio maioris partis, & ualebit facta de digno à minori par-
103 te; Immò ab uno tantum de Capitulo. *cap. Scriptum de elect.* Intellige si electio maioris partis facta fuerit scienter de indigno, quod iudicabit Episcopus; *glos. in cap. cum vos de off. ordin.* Selua vbi supra *q. 12. nu. 2.* Angel. *in sum. V. Capitulum nu. 2.* Si enim sic quuta fuerit ignoranter, esto minime substineatur talis electio, nec etiam subsistit illa minoris partis, & hoc casu per Capitulum deueniendum est ad nouam electionem seruatis seruandis, ut tradit Castr. Pal. *par. 2. tr. 13. d. 1. 3. d. 3. p. 4. nu. 1. 3.*

Post electionem ad Canonicatum & Præbendam canonicè fac-
104 tam à Canonicis, petitur intra tres Menses confirmatio, ab Episcopo per eum qui fuit electus. Brancat. *l. c. V. electus.* Nisi ex priuilegio, vel consuetudine Capitulum liberè côferat; quo casu huiusmodi electio habet uim confirmationis & receptionis in Canonicum. *glos. in cap. Cum aliquibus de rescript. in 6.* Boich. *in cap. Ecclesia nu. 2. de elect.* Abb. *in cap. Dilectus num. 3. de concess. Præb.* Ripa *in d. cap. cum M. nu. 15.* Rot. *par. 2. diuers. dec. 359. nu. 1.* Receptio Canonicorum in triplici se habet differentia.

Prima est, quando Capitulum liberè confert Præbendam Cano-
105 nicalem sibi pleno iure spectantem, de qua statim effati sumus; & docet Rot. *decis. 26. de Præb. nu. 5. in nouis.*

Secunda dicitur iuris, & facti, dum Sum. Pont. mandat Canonicis alicuius Ecclesiæ, vt conferant certo Clerico ius canoniæ, & fraternitatis, & ista collatio, & receptio debet fieri ab omnibus Capitularibus præsentibus in loco, vel saltem à maiori parte Capituli, vt in prima opus est seruare. Ita ante alios docet Feder. de Sen. *de Sen. cons. 290.*

Tertia consistit in facto, & nullum dat titulum, sed Papa pleno iure confert Præbendam, ac committit Capitularibus, vt recipiât

ralem in Canonicum, & fratrem. *cap. Eum qui tit. de Præb. in 6.* Dapyz. *l. c. P. collatio.* Quæ receptio cum sit solùm quædam executio, potest expediri per Canonicos etiam non capitulariter cōgregatos Fely. *in cap. Eam te n. 13. de rescript.* An id possit exequi per alios, quā per Canonicos, videatur infra. Præbendæ canonicales vacantes aliquando sunt de iurepatronatus ad quas in omnibus, & singulis anni mensibus Episcopus solus ad nominationem, siuè presentationem Patroni instituit intra sex menses à die vacationis, si iuspatronatus fuerit Ecclesiasticum, & intra quatuor si extiterit sæculare. Ant.
106 de Butr. *in cap. 3. de instit.* Citad. *de iurepatr. p. 3. nu. 3.* Cavaler. *dec.* 489. Quandoq; ad Præfati Iurispatronatus Ecclesiastici Præbendā pertinet præsentatio ad Capitulum, & tunc partes erūt primæ Dignitatis Personam idoneam coram Episcopo præsentare de consensu maioris partis vocaliū. *cap. Ea noscitur de h. q. f. d. præl.* Mar. Ant. *Var. lib. 1. resol. 1. num. 1.* & Viuian. *in cap. Ecclesia de elect.* Atque non possunt Capitulum & Canonici variare in nominando, prout possunt Laici ad Præbendam iurispatronatus Laicorum; quia vt bene obseruat Masquez *de ben. cap. 2. dub. 4.* Meliorem præsumuntur habere notitiam de præsentandi idoneitate, quæ prius consideranda est circa ætatem, & hæc in Collegiatis debet esse ad minus annorū quatuordecim inceptorum Massobr. *in Prax. requis. 10. dub. 11.* Zipeus *l. c. tit. de elect. num. 10.* Parisi. *de resign. lib. 2. q. 15.* Filliuc. *lib. 3. cap. 5. n. 49.* & decisum fuit à Rot. Rom. apud Mar. *l. c. tit. Canonicus nu. 6.* Si tamen Præbenda esset de iurepatronatus Laicorum, & à Fundatore fuerit dispositum eam conferri Sacerdoti, qui celebret tot Missas in qualibet hebdomada, debet præsentari actu Sacerdos, ita Gutier. *in cons. x. num. 14. & cons. 51. per tot.* ac in individuo docet Campanill. *diuer. iur. rubr. 9. cap. 6. nu. 10.* Vbi subuertit fundamenta eorum, qui tenent oppositum, innixi verbis *cap. cum in cunctis de elect.* & Conc. Trid. *sess. 22. cap. 4. & sess. 24. cap. 12.* Nam hæc iura loquuntur de Beneficijs liberæ collationis, non verò de Præbendis
107 Laicorum, qui ita deposuerunt, atq; volūtas Testatoris, quoad fieri potest, semper est seruanda; *cap. Vltima voluntas 13. q. 2. & in l. in conditionibus ff. de cond. & demonstr.*

Nec his aduersatur, quæ diximus Lib. III. Præbendas non esse Sacerdotales ob onus celebrandi Missas planas eis annexum, siquidem supponitur non fuisse fundatas cum onere ad ipsas Præbendas nominandi Sacerdotem. Vt sequitur in casu, de quo mox dicti obij quid si electus, nominatus, siuè præsentatus nō faciat se promoueri intra annum ad Sacrum Ordinem quē requirit sua Præbenda liberæ collationis incidit in pœnas, quas ex Clem. *vt hi de ætat. & qual.*

iquai ord. referunt glos. & Abb. ibidem, & innuunt Comitul. *resp: mor. lib. 1. q. 62.* Moron: *l. c: resp. 97. nu. 34.* & Vener. *l. c: lib. 4. cap. 21. nu. 9.* Ad Canonicatus Cathedralium, vbi communiter adest ordinum distinctio pari modo requiritur, prouisum de Canonicatu
108 tali ætate viuere, quod intra annum Sacro Ordine suæ Præbendæ annexo initietur. Ricc. in Prax *p. 3. ref. 307. n vlt.* Sanchez *cons. to. 2. lib. 7. cap. 3 dub. 48. nu. 3.* & sic ad Præbendam Subdiaconalem viginti vnus, ad Diaconatũ vigintiduo, ad Presbyteralem vigintitres sufficiunt anni incepti; & tempus incipit à die pacificæ possessionis Canonicatus; vt cauetur *in cap. Commissa de elect. in 6.* & declarauit S. C. C. 17. Septemb. 1631. Atq; durante anno quo tenetur assumere Sacerdotium, licet non posset facere suam hebdomadam, lucratur distributiones. ita censuit eadem S. Cong: *in Una Clusina.*

Ad Dignitates in Ecclesijs Cathedralibus nãciscendas necessarij sunt anni uigintiduo. ita decernitur in Sac. Conc: Trid. *sess. 24. cap. 12.* quos debere esse completos tenent Less. *de iust. & iur. cap. 34. nu. 108.* Viuian. *de iurepatr. lib. 6. cap. 6. num. 14.* Vrsell. *lit. A. concl. 72. nu. 29.* Ad Canonicatus Collegiatarum sufficiunt quatuordecim anni incepti. Filliuc. *l. c. tr. 41. cap. 5. nu. 49.* Massobr. *dub. 26. nq. 10. in Prax. & alij.* Immò ad Collegiatæ Dignitatem satis esse eandem ætatem quatuordecim annorum sentiunt Piasec. *in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. nu. 2.* Barb. *de off. & pot. episc: alleg. 60. nu. 67. & de Can. & dign. cap. 13. nu. 23:* & alij apud Squillan. *l. cit.* quos sequitur Franc. Valente *in concord. iur. lib. 1. tit. 1. sect. 4. nu. 1.* vbi refert Sac. Con. Cong. ita decidisse. Alij verò DD. auctoritate non impares, ac numero plures asseuerant annos vigintiduos esse necessarios ad obtinẽdas Dignitates, tam in Cathedralibus, quàm in Collegiatis, quàm opinionem defendit Diana *mor. par. 10. tract. 16. res. 36.* vbi tenetur S. C. Congreg: ita declarasse. Et quidem circunscriptis vtrisq; S. C. Decretis pro partibus adductis, potiùs adhærerem huic vltimæ sententiæ, nanq; si Conc. Trid: loc. cit. de solis Cathedralibus disponere voluisset, dempto vocabulo præsertim, dixisset, in Cathedralibus, &c. vrget, & quod, inferius dicit, requiri annos vigintiduos ad Dignitates quascunque, quæ verba cum sint vniuersalia, generaliter intelligenda sunt, *cap. 2. de appell.* Coadiutoribus Dignitatũ, & Canonicatuũ eadem exigitur ætas, & idoneitas, quę ad ea recipiẽda eorũ proprietarijs opus sunt, quoniã ad ipsorũ munus substituũtur etiam in Missis. Ant. de Butr. *in cap: Cõsultationibus nu. 5. de Cler. ægrot:* Abb. ibidem, Azor: *l. c. lib. 3. cap. 2. q. 6.* Quintanad. *l. c. tract. 1. sing. 42. nu. 2.* Prouisi de Dignitatibus, quibus accessoriè, ac minus principaliter vnita sit Ecclesia Curata, sufficit

agere annos vigintiduos, prout si esset simplex Dignitas. Piasec. *in Prax par. 2 cap. 5. nu. 21.* Gonzal. *l. c. glos. 9. nu. 4.* Homob. *de stat. vit. hum par. 1. cap. 9.* Galett. *in sum V. Canonicus.* & Fragos. *de reg. lib. 9. d. 20. nu. 31. tom. 2.* & memorata Ecclesia curata præuio examine Episcopi confertur Vicario perpetuo ad nominationem Dignitatis prædictæ. Zipeus *lib. 13. nu. 10. tit. de Cler. non resid.* Antonel. *l. c. lib. 3. cap. 12. n. 29.* & Rot. *p. 1. diuer. dec. 798. n. 5.* qui Vicarius est verus Curatus, nec de Grege commisso primitiuo Curato respondere tenetur ut notat Chassaing. *de priu. reg. p. 2. tr. 8. prop. 11.* Quia huiusmodi Dignitates, habentes, dicuntur retinere duntaxat habitualẽ curã, quæ non veniat appellatione curæ Animarũ; Barb. *de appell vtr iur. app. 65. nu. 2.* & dantur absq. consensu. Gõzal *l. c. glos. 5. §. 7. nu. 13.* Grat. *discept. for. cap. 273. nu. 48.* Less *lib. 2. cap. 34. nu. 82.* & declarauit S. C. apud Marzill. ubi supra *fol. 12.*

Prouisus autem in Collegiata de prima Dignitate, cui cura Animarum non accessorie, sed æquè principaliter sit perpetuò vnita, esse debet in ætate annorum vigintiquinque inchoatorum. Boich *in cap. Vniuersitatis nu. 11. de sent. excom.* Vrsill. *l. c. num. 13.* Filliuc. *vbi supra to. 3. cap. 5. nu. 3.* Grat. *l. c. cap. 871. n. 47.* & censuit S. C. C. relatore Farinac. *in declar. Conc. dec. 16. par. 4.* Quo euentu dicitur habere curam Animarum actualem, quę cum sit inseparabiliter, & principaliter vnita eidem Dignitati per ipsam exercenda est ita declarauit S. Congr. apud Barb. *in sum. Apost. Dec. collect. 235. nu. 1.* eaque Dignitate vacante, licet semper si reseruata Papæ, fit concursus coram Episcopo. Quaran *in sum Bullar. Ver. Parochialium collatio.* Garc. *de ben. p. 9. cap. 2. nu. 194. & alij*, quamuis contrariũ sentire videatur Castr Pal. *p. 2. tr. 13. d. 3. pun. 4. nu. 9.* Iuxta hæc si prædicta Ecclesia Collegiata sit celebris, necessariò conferenda est Doctorali laurea in publico studio insignito; ut decisum fuit à Rot. Rom. *p. 2. diuers. dec. 29. nu. 8.* Benn. *de priu. l. Doctorum p. 2. priu. 1. nu. 6.* Nald. *V. Doctor. nu. 10.* Grass. *de effect. Cler. in præl. nu. 80.* Valler. *de diff. vtr. iur. V. gratia diff. 3. nu. 3.* Archidiaconus Cathedralis computatur inter Dignitates curam Animarum habentes. Less *de iust. & iur. lib. 2. cap. 34. dub. 20.* ideò debet non solum attingere vigesimum quintum annum, sed & esse Doctor Sacræ Theologiæ, vel iuris Canonici, ut colligitur ex Conc. Trid. sess. 22. cap. 2. sed quia modò eius iurisdictio extincta apparet, ut obseruat Guazzin. *l. c. lib. 2. cap. 13. nu. 8.* Sufficiunt anni vigintiduo prout alijs Dignitatibus curam Animarum non retinentibus, atque in eodem cessat obligatio Doctoralẽ gradũ recipiẽdi. Mastobr. *de Synod. dub 6. cap. 3. n. 64.* Nau *in man. cap. 25. n. 175.* Castr. Pal. vbi sup *disp. 4. p. 1. n. 6. n. 15*

Præ-

Prebenda Theologalis, de qua in Conc. Trid. *sess 5. cap. 1. de ref.*
109 tribuenda est Theologię Magistro; an verò possit dari Decretorum Doctori, videatur Ricc: *par: 4. dec.* 101. profectò ad Pœnitentiarij Prebendam eligi potest Theologus, vel Canonista quadraginta annos nati. Azor: *par: 2. mor. lib. 6. l. c. quaest.* 1. Moron. *resp.* 97. *nu:* 55. atque eiusdem electio, & collatio in dictis quatuor mensibus semper spectat ad Episcopum etiamsi Capitulum habeat alternatiuā. Vrsell. vbi supra *concl.* 97. *nu* 28.

Ad Ecclesiæ Cathedralis Dignitates, & Canonicatus electi, non intendentes ordines Sacros, ut supra, requisitos sumere, sed tantū
110 in possessionem ad extremum diē anni sibi à iure permissi remanere, læthali noxa se commaculant, atque ad fructuū restitutionem obligantur, nisi mutata voluntate suo ordine initientur. Sot. *de iust. & iur. lib.* 10. *quaest.* 5. *art.* 6. Monet. *de distrib. p. 2. q.* 19. *nu.* 39. Fragos: *l. c. lib.* 10. *disp.* 23. §. 3. *nu.* 9. Non sic dicendum de recipientibus Dignitates, & Canonicatus in Ecclesijs Collegiatis, quibus nō sit annexus aliquis ordo ex Sacris; etenim si respondeant ijs, quæ sua postulat Præbenda, quoadvsque eam dimittant, vel renuncient, non sunt obnoxij fructus hoc interim perceptos restituere, neque delinquunt plus quam venialiter; quantumuis habeant animum ducendi vxorem, vel non clericandi, ita resoluunt Vasquez *l. c. cap.* 3. §. 3. *d:* 1. *nu.* 38. Vinc. Cand. *in sum. tit. de Benef. disq.* 18. *art.* 20. *d.* 1. Bussemb. *in Medul lib:* 4. *d.* 1. *art:* 2. Em. Sà *V. Beneficium n:* 38. Grass. *dec. lib.* 2. *cap.* 97. *nu.* 55. Lopez *instr. p* 2. *cap.* 106. Homob. *in com. p.* 1. *tract.* 3. *q.* 3. *& par.* 3. *tr.* 14. *cap.* 2. *q.* 10. Quemadmodum suscipiens ordines minores animo non ascendēdi ad maiores, quinimmò
111 eo tātum in fine, vt se subtrahat à Laica iurisdictione, vel vt gaudeat immunitate à collectis sæcularibus grauiter non peccat. Ric. *prax. p.* 4. *res.* 459. *nu.* 4. Nau. *in Man cap.* 25. *nu:* 108. Filliuc. *par.* 2. *tract.* 10. *cap.* 4. *nu.* 101. Bonac. *de matrim. quaest.* 3. *pun* 9. *nu:* 7. Gallett. *in sum. V. ordo.* Rodriq. *in sum. tom:* 1. *cap:* 17. *nu.* 7. Diana *par.* 1. *tract:* 6. *res:* 201. Quod idem iterum docuit cum alijs *par.* 10. *tract.* 16. *resol.* 6. Considerata ætate, de qua effati sumus, perpendenda est eligendi, seu præsētādi vitæ, ac morum honestas. Non abludit ab hoc loco tractare; An cæteris paribus præferendus sit, qui iugiter vixit bonus, vel malus emendatus, qui per pœnitentiam effe-
112 ctus est bonus? & cum distinctione respondeo; Si loquimur de Canonicatu, cui annexa sit cura Animarum, vel Pœnitentiaria; anteponendus est conuersus, ut exemplo sui sciat alijs compati. Selu. *de ben: l. c. quaest.* 2. *nu:* 39. Quamobrem ad Papatū electus fuit Petrus, non Ioannes. *cap Fidelior* 50. *dist.* Roman *singul.* 205. Secus ad simplices

plices Dignitates, & Canonicatus, vt satis docent Viuian: *de iurepatr. lib. 12. cap. 9. nu. 2 & alij.*

113 Et sciendum Capitulum non obligari sub mortali adhæc eligere digniorem, sed satis esse electionem digni. Vega *in sum. par. 2. cap. 17 cas. 1.* Rodriq. loc. statim cit. *to. 1. cap. 106, nu. 8.* & sequitur Sanchez *consi: lib. 2. cap. 1. dub. 2. nu. 20.* Aliter dicendum de Præbendis quibus sit coniuncta cura Animarum, necnon de Præbendis Theologalibus, & Pœnitentiarijs ob efficacem rationem, quam assignāt Less. *l. c. cap. 34: d. 14. nu. 64.* Trullen in Dec. *lib. 7 cap. 11. d. 8. nu. 3;* Idcircò in locis Castellæ, Nauarrę, & Granatæ istæ dantur per concursum, vt refert Bellett *disq. Cleric. tit. 1. §. 4. nu 46.* Leuius peccāt Laici præsentando ad simplices Canonicatus personas habiles, prętermissis habilioribus, quàm Capitulum, & alię personæ Ecclesiasticæ. Bero *in cap Quoniam nu. 102. de iurepatr.* Rot *diuer p. 2. decis. 16. n. 6.* Immò ob id in nullam incidunt culpam ad tradita per Grat: *disc. for cap. 211. nu. 46.* & Diana *mor. par. 1. tract. 15. resol. 37.* & quia in hac Collegi ata ferè omnes Canonicatus sunt de iurepatronatus Laicorum, operę prætium duxi describere formulam præsētandi qua sæpius vsus sum, vt Procurator ad id electus.

Coram Illustris. & Reuerendiss. D. Episcopo, comparet O. & Procuratorio nomine reuerēter exponit, qualiter D. Antonius, &c.

114 de proprijs bonis olim fundauit Canonicatum, & Præbendam ad Altare Sancti Caroli situm in Insigni Collegiata Ecclesia Diui Petri Apostoli Ciuitatis Massæ, vt patet ex litteris desuper expeditis in Curia Episcopali Sarzanæ sub die, &c. quæ Canonicalis Præbēda nuper vacauit, ac modo vacat per obitum Adm. Reu. D. Pauli vltimi eiusdem Canonicatus, & Præbendæ pacifici possessoris, extra Romanam Curiā vita functi sub die . . . Mensis Februarij Anni 1650. cumque sit, quod antedictus D Antonius, quotiescunq; dicta Canonicalis Præbenda vacauerit ius ad eam præsentandi, & nominādi sibi, & suis hæredibus, & successoribus reseruauerit, qui ad præsens existunt DD. N. N. veri, ac legitimi Patroni, hiquè cupientes quantocitius prouidere de Canonico successore, ne præfata Ecclesia Collegiata in Diuinis detrimentum vllum patiatur, antedictus O. uti eorum Procurator, & Procuratorio nomine præsentauit, & præsentat ad prædictum Canonicatum, & Prębendā multū R. D. N. petens, & istans ipsum in Canonicum, instituí per Dominationem vestrā Illustriss. & Reuerendiss. eiq; omnia iura dictę Canonicalis Præbendæ tradi, & concedi, iurans, tactis, &c. in Animā eorundē Patronorū nullā in hoc interuenisse Simoniæ labem, aut illicitā pactionē; seu detestandā promissionē super quibus, &c.

deducens,&c. & prędicta omni meliori modo, &c.
Et aduertendum opus esse inseri in Carta Procuræ in actis exhibenda, speciale mandatum ad iurandum vt supra. Vital. *in Clem vnic. de procur.* & sequitur cum alijs Couar: *to. 3. pract: QQ. lib vnic. cap. 20. nu* 8. Vbi de hoc rationē adducit. Facta huiusmodi præsētatione, & à nominato acceptata eidē acquiritur ius ad rem. Abb. *in cap. Bertoldus de re iud.* Garc. *de ben. p. 4. cap 2. nu. 1.* Deinde affigitur Edictum cum termino competenti ad opponendum. Marta *digest. nouiss. p. 6. tit. institutio*; & nulla reuelāti sequuta oppositione, sicut Episcopus tenetur Canonicum electum a Capitulo cōfir-
115 mare, vt plenum ius assequatur, Negusan. *quæst. 307. nu. 5.* Garc. vbi supra: ita obligatur præsentatum instituere. *cap. Postquam de elect.* per quam institutionem statim à Canonico acquiritur ius in re. Abb: *in cap. Lateranensi de Præb.* Rot. *dec. 17. nu. 2. eod. tit: in nouis* Antequam electi a Capitulo confirmentur, vel pręsentati instituantur, videre debet Episcopus, num sufficienti scientia præditi sint: Homob. *in com. par. 1. quæst. 35. tract. 1. cap: 33. & alij infra cit.*

Ad Beneficia simplicia, sufficit, quod sciant tantum legere, ad Canonicatus autem, vbi requiritur industria, & consilium requiri-
116 tur maior scientia, ne ad Capitulum conueniant oues, & boues. Massobr. *l. c. requis. 8. dub. 5. nu. 4.* Bellett. *l. c. §. 4. nu.* 18. Campanil. *rubr. 5. cap. 4. n. 13.* & ad minus debent scire bene legere, construere, ac declarare. glos. *in Clem. 1. de concess. Præb.* Ricc *p. 4. decis.* 140. *nu. 3* & Card. Paleot. *in Archiepisc: Bonon. p. 4. tit. de Canon.* Atque insinuata scientia est necessaria in canonicando tempore examinis. *cap Si eo tempore*, vbi glos: *de rescript in 6* & obseruat Post. *dec:* 542. *nu. 6.* & prædictorum ignorantia excludit à Canonicatu. Viuian. *cap: Qualiter de elect.* Archid. *in cap Statutum de rescript. in 6:* & Additionator Abb. *super cap. in nostra eod. tit.* Nec Episcopus potest dispensare cum nescientibus benè legere, vt consequantur canonicatum. Fely *in cap. Postulasti nu. 4 de rescript.* Auila *de cens. d. 4. d. 1. p. 7.* Rota *dec. 11: de prob. in antiq.* Ratio est, quia huiusmodi litteratura est de iure Diuino in Canonicis. Pyrr. Corrad. *loc. cit. lib. 4. cap. 2: nu. 64* & ea carentes sunt irregulares, vt inquit Zipeus *lib. 3. tit. de ordin.* Idcirco non solum peccat Capitulum conferendo Canonicatum indignis, sed & hi acceptantes, noscendo se esse tales; Trott. *de perfec. Cler. cap. 36.* & dixit glos: *in Clem. 2. de Mag.* Vbi hoc idem docet de eo, qui se noscit indoctum, & facit se promoueri ad Doctoratus gradum; de quibus videantur Alciat. *in addit. ad Decret. d: tit. lib. 5.* Homob. *l. c. p. 2. tr. 11. cap. 4. q. 4. res:* 2. Quando Canonicatui,

nicatui,

nicatui,& Præbendæ vacanti ineſt principaliter annexa cura Animarum ſtrictius adhibetur examen *cap.Cum illis tit. de Præb. in 6.* quod cum in hoc caſu ſit de forma ex Conc. Trid *ſeſſ.24. cap:18. de refor.* nullatenus prætermitti poteſt, quamuis confirmandus, vel inſtituendus reputetur idoneus, ac notoriè conſtet de eius idoneitate Antonell. *de reg Eccl. Episc. lib.3. cap.5 nu.4.* determinauit S.C. apud Barb. *de off & pot. Epiſc. alleg.72. nu.120.* Examen coram Epiſcopo faciendum eſt ab Examinatoribus Synodalibus, ut ſatis probat Diana *mor. par.9. tract.8. in Miſcell. reſol.16.* In ſimplicibus autem Canonicatibus de iurepatronatus Laicorum non ſolum annuente Epiſcopo fieri poteſt examen ab his, qui non ſunt Examinatores Synodales, ſed ſi Epiſcopo libuerit, pretermitti poteſt, dū in Canonicatum præſentati idoneitas nota ſit. *cap. Valdè d.94.* clem. *Ne Roman. de iureiur. gloſ. in cap. Epiſcopus 2. d. 24. & in cap. de Petro d.47.* Innoc *in cap. Iandudum de Præb.* Abb. *in cap. Fraternitatis de Cler. non reſid.* Ceuall. *q.302. nu:17.* Prouiſus à Papa de Canonicatu in forma dignum non examinatur ab Epiſcopo circa litteraturam ſi ille ſit ſacris initiatus. Maſſobr. *l.c. requiſ. 10. d. 4.* Gordon. vbi ſupra *lib.8. q.2: cap.5.* Secus ſi Canonicatus fuerit impetratus in forma commiſſaria. Rot. *dec.53. de conceſſ. Præb. in antiq.* de his clauſulis videantur Marta *digeſt. nouiſſ. l.c. tit. Præſentibus cap.8.* Barb. *clauſ.66.*

Canonicus ſemel examinatus ab Examinatoribus Vrbis ad Canonicatum ibidem adeptum, eo relicto non examinatur denuò;
117 ſi alibi eligatur, vel nominetur ad ſimplicem Prębendam canonicalem vacantem: ita cenſuit S.C.C. teſtibus Card. Bellarm. *in declar. ad Conc Trid. ſeſſ.24 cap.12.* Farinac. *ibid:* Marzill: vbi ſupra *tit. de Præb fol.134.* In Curia Epiſcopali Neapolitana examinatum, & approbatum ad Dignitatem, vel Canonicatum in Metropolitana, non amplius examinari ad ſimilia in Collegiatis eiuſdem Regni teſtatur. Ricc. *in prax. par.4. reſol. 69. num.5.* Quod exemplum ab alijs Epiſcopis laudabiliter fuit amplexum ad tradita per Maſſobr loc: ſtatim cit. *prel.3. dub.3. n 24.* ſubaudi quod ad litteraturam, non autem circa, vitæ, ac morum honeſtatem; etenim illa in dies creſcit, hæc verò mutatur, & ſæpè in prius, vt benè inquit Caputaq. *dec:365. par.2.* Poſt examen ſupradictorum nullū Epiſcopo à iure præſcribitur tempus confirmandi collationē, ſeu faciendi inſtitutionem Canonici. vt notat Caſtr. Pal: *l.c. tit. de ben. pun.5. nu.8.* Quod tamen non poteſt ſine cauſa differre, ſed tenetur quanto citius efficere, alias canonicandus habet ius appellādi ad Superiorem. ita DD. apud Ricc. *loc. cit. reſ.403.* confecta ab

Episcopo dicta confirmatione, seu institutione, necnon examine circa scientiam, & mores, requiritur missio in Canonicatus, & Præbendæ possessionem, quę est complementum iuris Spiritualis, ut docet Sanctor: *par.2.de pęn cap:15.* eamque regulariter nemini licet propria auctoritate apprehendere, ut *ex cap. Cum accessissent de rest spoliat.* tradunt Couar. *Var lib.3. cap.16. nu.8.* & Nald. *V. Canonicus nu.4.* sed si canonicalis Præbenda existat electionis, uel collationis Capituli, possessio datur per Capitulum legitimè cõgre-
118 gatum, uel per alium de eius ordine. Cassad *dec 8. de caus: poss.* Buratt. *dec.522. nu:10. in addit.* Penia *dec.696. nu.1. p.1.* Rot. *p.2. diuer. dec.701. nu.5.* Alias non capitulariter tradita non est considerabilis. glos. *in cap Si Capitulo de concess præb in 6.* Marc *l c. tom.6. cap.10 tit. Canonicus.* Farinac. *dec:701. nu.5. par.2.* Valet autem, si in illa Ecclesia adsit consuetudo, quod prouisus dictam possessionẽ apprehendat non capitulariter Io: And. Ant de Butr. *in cap. Ex literis de rescript.* & sequitur Rot. apud Buratt *dec:249. nu 2.* Quia non est irrationabilis, siquidem ex collatione iam facta per Capitulum congregatum, & Episcopi confirmatione plenè adeptus fuit iura canonicalia, ut considerant Innoc *in cap. cum in iure de elect.* Fely. *in cap. cum super de accus:* & Petr à B. *in Direct: p par: cap.7. n.2.* Semota huiusmodi consuetudine antedicta possessio non capta capitulariter adhuc ratificatur per patiẽtiam Canonicorum, uidelicet admittendo sine vlla contradictione, ut supra, prouisum ad omnes actus, canonicis tantum competentes, ut dare vocem in Capitulo, sedere in stallo Chori in habitu Canonicali, & similibus. Rot. *p.1. diuer. dec.91. nu.6.* Post, *decis.612. nu.5.* Si Capitulũ post electionem à se factam, & Episcopi confirmationem, actualem possessionem prouiso tribuere indebitè recusaret, huic liceret particulariter eam sumere. Penia *dec.529. nu.1. p.2.* Farinac. *decis. 686. nu.2: in posth.* Instando tamen prius Capitulo, ut se in possessionem immittat, quia intendit seruire; & simul protestando de quolibet interesse, & pręsertim de Distributionibus, & sic obtinebit hæc omnia. Penia *dec.696. nu.1. p.1.* Put: *dec.233. par. 1.*

119 Canonicum ab Ordinario institutum ad Prębendam Canonicalem de iurepatronatus Laicorum, vel alias ab eodem prouisum de alia sibi omnino spectantem, omnes Capitulares præsentes in Capitulo visis, ac lectis litteris Episcopi ibidem pręsentatis, in quibus committitur Capitulo, & Canonicis, vt recipiant talem in Canonicum, & fratrem tenentur eum in possessionem immittere *cap. cum de præb. in 6.* Nau: *cons:1. tit. de dol & contum.* Card. Tusc. *lit. C. concl.47.* ad quem actum non est necesse conuocare Canoni-

cos

eos absentes. Ripa *Indultum nu. 4 de rescript.* Gemin: *cons. 84. in fi.* Immo paucis in eo Capitulo præsentibus, vel maiori parte id facere recusantes, potest in possessionē immitti per quatuor, duos, vel vnum de Capitulo. Archid. *in cap. Si capitulo de concess. Præb. lib. 6.* Lotther: *l. c. lib. 3. quæst: 3. nu. 31.* Quod si omnes, & singuli eiusdem Ecclesiæ Canonici id efficere renuant, poterit prouisus in possessionem induci a quolibet Clerico, etiam alterius Ecclesię, adhibito Notario iuxta solitum, Rebuff. *cons. 36. nu. vlt.* Castr. Pal. ubi supr. *d. 2. pun. 32. nu. 4.* Ratio est, quia tali casu agitur de executione nuda facti; *glos. in cap. 1. de reb. Eccl. non alien.* Villag *l. c. par. 1. cap. 10. nu. 8:* Raguc *de V. c. q. 18. nu. 15.* & Rot apud Buratt. *dec. 522. nu. 11.* Possessio Dignitatis, quæ non sit de Capitulo, non est opus, quod capitulariter detur *glos. in Clem. 1. de reg. Vtr. iur. V. ibi.* Post. *obseru. 30. nu. 3 & decis. 175. nu. 5.* Quinimmò possessio primæ Dignitatis, quæ fuit prouisa à Papa, non est necessario sumenda capitulariter. ita resolutum fuit à Rot. in vna Papien. sub die 5. Maij 1584. & propterea possessio moderni Abbatis huius Collegiatæ cuius prouisio spectat ad Summum Pontificem, de mandato Episcopi fuit data per duos Canonicos antiquiores. Possessio Dignitatuum, & Canonicatuum sufficienter capitur per assignationē stalli in Choro, & loci in Capitulo. Abb. *in cap. Transmissum nu. 3 de elect.* Buratt. *dec: 249. nu. 2* & Rot *par. 6 diuer. dec: 233. n. 4.* Qua possessionē apprehensa censetur capta actualis possessio omnium bonorum, reddituum, & iurium vacantium, ac pertinentium ad eandē Dignitatem, vel Canonicalem Præbendam. Couar. *var. lib. 3. cap. 13. nu: 16.* Castr. Pal *loc. statim cit nu. vlt.* & Ludouis. *dec. 54.*

Intradenda possessione Dignitatis, vel Canonicatus amplius seruādę sunt aliæ solēnitates iuxta statuta, & Ecclesiarū cōsuetudines. In nonnullis Collegiatis admitti ad possessionem obtenti Canonicatus cupiens, suam voluntatem omnibus, & singulis capitularibus pro certa die, & hora prænunciat, hisque capitulariter suo tempore coadunatis, litteras de eo in possessionem Canonicalis Præbendæ immittendo commissionem continentes præsentat, quibus reuerēter ab eis receptis, & recognitis, ac à Notario Capituli alta, & intelligibili voce perlectis, Canonicus eiusdem Ordinis iunior eundē prouisum ad Altare, vbi eius Prębenda fuit instituta, perducit, & cornu Altaris ab vtroque latere amplecti, & deosculari facit, & cōfestim deducit in Chorum ad sedēdum aliquantisper in suo stallo, exinde ipsum reducit ad locum Capitularem, ibiq, choralibus vestibus Ministerio alicuius Cappellani, vel minorum Clerici indutus, cum omni modestia instat in fratrem recipi, cui dignior de

Capitulo

Capitulo nomine proprio, ac omnium Canonicorum hilari vultu respondet, se æquo animo in socium, & fratrem à cūctis recipi, certam spem concipiendo, eius seruitium non parum vtilitatis Ecclesiæ, & Capitulo allaturum; ipsum paternè admoneat de necessitate seruandi statuta, & laudabiles Ecclesię consuetudines, & sic contentum esse, hoc idem iuramento affirmare. Qui nouus Canonicus tactis Euangelijs statutorum, & dictarum consuetudinum obseruantiam expressis verbis promptè iurabit. Gemin. *in cap contingit de iureiur.* Molan. *de Can. loc. supra cit.* His peractis præfatus Canonicus ex iunioribus huic moderno locum suum in Capitulo assignat; & postquam tantisper ibi sederit, de huiusmodi installatione grates debitas Præposito, & alijs Capitularibus reddit, qui vt animorum coniunctionem ostendant mutuo charitatis amplexu, incipiendo à dignoribus, nouum Canonicum ad osculum Pacis admittūt, de quibus omnibus se rogat antedictus Capituli Notarius; colliguntur hæc ex Rebuff in Prax *p. 1. s. de Miss. in poßeß.* Rot. *p. 7. diuer. dec. 33. nu. 4.* & Castald. *l. c.* In Canonicatibus de collatione Capituli debet poni in eodem instrumento non solum possessionem fuisse datam seruatis seruandis, sed & captam fuisse omnibus Canonicis, vel saltem in maiori parte præsentibus, & amplexantibus Oldrad. *cons. 56 1. nu. 4.* Burate. *decis 5 2 1. nu. 5.* Rot. *p. 3. diuer. decis. 631. & 646. nu. 5.*

Deniq; Canonicus inductus in possessionem, vt supra, priusquā admittatur ad Distributiones, examinandus est circa cantum fir-
120 mum, quod examen faciendum est à duobus Canonicis petitis à Capitulo, selectis, & deputatis, quorum partes erunt Capitulo canonicè congregato referre, qualem, & quantam cantus peritiam in eo repererint, vt sic à maiori parte Capituli secretis suffragijs resoluatur, an sit admittendus ad Distributiones quotidianas. Ita in pluribus Ecclesijs per statuta disponitur, vt informant Monet. *de distr. par. 2. quæst. 19 nu. 35.* Gauan *in man. V. Canon distrib. nu. 6.* & Trullen. *in Decal lib. 1. cap. 8 dub. 2. in fin.*

Capitulum & Canonici se fundantes in statuto requirente, Canonicum nouiter Præbendam adeptum scire debere cantum Gregorianum, & super hoc esse examinandum, sunt legitimi contradictores, & possunt id opponere etiam ante datam possessionem ex Rot. *par. 6. diuer. decis. 27. num. vlt & decis. 352. num. 5.* Videat Episcopus in Visitatione; An Canonici fuerint admissi contra formam dicti statuti, & ignaros in cantu firmo, mandet priuari Distributionibus, quoadvsq; addiscant, prout benè disponitur in Constitutionibus Cremonen. quæ seruatur tam in Ciuitate quàm

in

in Diœcesi: Tam turpe est Canonico cantum firmum ignorare, quã litteras, ad tradita per Cassan. *in Cath glor. Mun. p. 11. consid 45.* Immò plus esse ponderandum, vt Canonicus benè cantet, quam sciat linguam latinam inquit Staph. *loc. cit. fol. 44.* Et Episcopus non solum potest Canonicos nescientes canere cum nota compellere ad comprehendendum cantum Gregorianum amissione Distributionum, sed & subtractione fructuum Præbendæ. ita censuit *S.C.C. ad sess. 23. cap. 18. de ref.* quod præstat efficere cum his, qui hanc scientiam addiscere negligunt. Abb. *in cap. graue nu. 11: de Præb:* Ferrar. *l. c. q. 34.* & consonat *l. bona fides ff de poscit.* Dicens ma'è meritos egestate debere laborare. Intra duorum mensium interuallum, a

121 die quo quis in sui Canonicatus, vel dignitatis possessionem in Cathedrali fuit adeptus, Fidei professionem præstare tenetur coram Episcopo, & deindè coram Capitulo, ita decernitur in Sacrosancto Conc. Trid *sess. 24. cap. 12.* Aliâs ammittit fructus suæ Præbendæ. Leo *in Thes. p. 2. cap. 18, nu. 15.* Bonac. *de oner. benef. pun. 8.* & accrescunt Capitulo. Garc *de ben. p. 3. cap 3 nu. 40.* quos nec in conscientia potest retinere, etiam si minimè fuerit sequuta Iudicis declaratio. Azor *p 2. lib. 7. cap: 2. q. 1:* Zipeus *lib 3. tit de Præb: n. 3.* Verùm est, quod lucratur Distributiones, si Choro inseruierit. Nald. *in sum. V. Professio nu 4.* & censuit Sac: Cong. relatore Campanil: *l. c. rubr. 8. cap. 3. nu. 18.* Quicunque Canonici Cathedralium etiam exempti tenentur, vt supra profiteri non solùm prima vice, sed iterato, quando nouum Canonicatum assequuti fuerint. Ricciul. *de iur. person. lib. 1. cap. 12. n 13. & 19:* Campanil. loc mox cit. Quod si dictam professionem non emiserint intra prædictum spatium adhuc ad ipsam coram Episcopo, & Capitulo peragendam sunt obnoxij. Tamb. *de iur. Abb. tom. 1. disp. 8. q. 3. nu. 15.* Cand. *l. c. de ben. p. 1. disq. 8. q. 3. nu. 15.* Ratio est, quia obligatus aliquid facere intra certum terminum tenetur ad duo; Nempè ad agendum intra tempus à iure determinatum, & eodem tempore transacto quanto citius potest Abb. *in cap Dilecto de dol. & contum.* Nau. *in Man. cap: 21. nu. 45.*

122 Huiusmodi Fidei professio potest fieri per Procuratorem habẽtem, ad id speciale mandatum. Sperell *dec 106 nu. 39. tom. 2.* Buratt. *dec. 103. nu. 16.* quicquid alij scribant; fatentur verò omnes ad insinuatam professionem nullatenus teneri Canonicos, & Dignitates

123 Collegiatarum vel insignium & ita declarauit *S. C. C. apud Valente l. c. p. 1. q. 4.* Intellige nisi eorum Præbendis esset annexa cura Animarum. ita DD: supra citati. Quamuis Canonicus in institutione Canonicatus coram Episcopo iuramento se obstrinxerit ad seruãda

da statuta, & consuetudines; adhuc dum in illius possessionem immittitur, tenetur idem coram Capitulo iurare iuxta Ecclesiæ statuta. Imol *in cap. Ex parte nu. 2 de concess. Præb.* Rot: *p. 7. diu. dec. 27. nu. vlt.* Quod secundùm iuramētum adijcit vinculum primo Abb. *in cap. Cum in Ecclesijs nu. vlt. de maior.* Semperq; tenetur iurare ad mentem Capituli, quando habet legitimum ius iuramentum petendi. Sot. *de iust. & iur. lib. 8. q: 2. art. 7.* Ratio est, quia Deus accipit iuramentum ad mentem illud iuridicè præstantis. Sylu. *V. iuramentum 4. q. 7.* Marchan, *l. c. tit. 3. q. 4. con: 1.* Canonici, qui medio eorum iuramēto polliciti sunt statutorum obseruationem, non
124 propterea remanent obligati ad seruanda statuta, quæ non sunt in more posita, vel in desuetudinem abierunt. Negusant. *q. 240. nu. 13.* Purpurat. *conf. 453. nu. 4. p. 2* Portel. *V. iuramentum,* Verruell. *QQ. mor. tract. 3. q. 2. nu. 34.* Sperell *p. 1. dec. 15. nu. 16.* & ea non obseruans non dicitur statutorum transgressor, quoniam non reputantur statuta, vt obseruant Sylu *l. c. q. 23.* & Barb. *in Vot. dec. 52. lib. 2.* Si verò iuramentum sit specificè emissum super re singulari; Videlicet, non approbaturum ad Distributiones nisi instructum in cantu Gregoriano, & similibus; remanet obstrictus ad non suffragandum suo voto ei, qui in dicto cantu fuerit ignarus, licet quamplures Canonici id non seruent. ita tenent Bero. *de const. cap. Primus n. 8.* Marchan *l. c. tr. 3. q. 21. con. 1.*

Canonici vigore iuramenti generaliter emissi non tenentur ad seruanda statuta, si quæ adsint illicita: nam iuramentum nō debet
125 esse vinculum iniquitatis, & semper refertur ad licita, & honesta. *cap: 1. de iureiur. in 6.* Bellemer *in cap. Cum olim n. 3 de arbitr* Oldrad. *conf. 259. nu. 9.* Qui sic iurarunt nescientes esse illicita non peccant, secus si sciebant aliqua non esse honesta *gloss: in cap: Sicut de iureiur.* Sylu *l. c. 4. q. 23.* nisi in sua mente habeat non seruaturum nisi licita; vt notat Amede. de Synod. *tit. de iuram. n. 67.* Et aduertendum, Canonicos, in quorū Capitulo emittitur aliquod iuramentū aper-
126 tè illicitum, in pœnam interdicti incurrere, nisi contradicant, aut reclament; ut post alios tradit Bonac. *de cens. Bull. cen. d. 2. q. 3. pun. 11. nu. 5.* Dixi apertè illicitum, quia non tenetur nouus Canonicus subtiliter inuestigare statuti iniustitiam, sed cum antiquioribus obseruare; ut docet Carol. Macign. *de hor. can. cap 64. nu. 6.*

Statuta licet, vt diximus, per inobseruantiam euanescant, semper tamen præsumuntur vsu recepta, eo quod reperiuntur inserta in libris capitularibus, qui conseruantur in capsa capitulari. Penia *dec. 18. nu. 14 p. 1.* Farinac. *p. 2 dec: 301.* Rot. *p. 2. diuer. dec. 301. n: 2.*
127 Et neganti competit probare, quia statutum prout lex semper loquitur

quitur. Caputaq. *dec.220.nu.3.par.1.* & Sperell.*l:c. dec.15.nu.18.* Ac pręsumuntur esse in viridi obseruantia. Guttier.*can: QQ.lib.1. cap.8. nu.4.* Mantic.*decis.115. nu.2.* Valente *l:c. cap.6.nu.3.* & in euentu, quod constaret, aliquod statutum partim seruari, partim non, vt euenire solet, ex glos. *in cap. Inter cætera 22. q.4.* obligat solùm quo ad illam partem, quæ est vsu recepta. Card. Tusch. *lit. L. conc.257. nu 1.* & Say. *in Clau.reg. lib.3. cap.5.nu.15.* Iuramentū, vt supra præstitum de seruandis statutis, explicatur de iam editis tempore iuramenti, non autem de in posterum à Capitulo edendis. *cap.penult.de iureiur.* Mancin. *de iuram. par.4. eff.177. nu.2.* Amed. *de Synd. eod: tit. nu.67.* Pariformiter iuramentum emissum à Canonico nuper recepto de seruandis consuetudinibus non extenditur ad consuetudines introducendas, sed tantum ad introductas, si fuerint congruæ, & rationabiles. vt aduertunt Bero. *in d.cap. Prima*
128 *de const. nu.80.* & Daoyz *in s..o repert. V. iurans nu.4.* & dixit Compostell. *super d.cap. Omnes.* Ex vi iuramenti, vt supra generaliter præstiti, Canonici non tenentur sub mortali ad seruanda statuta, & consuetudines de rebus minimis, & colligitur ex Bonac. *de leg.d.4. q.1. p 16. nu.2.* Less. *de iust & iur. lib:2. cap.42. d.4. num.22.* Sot:
129 *eod. tit. lib.8. q.1. art.7.* Marchan. vbi supra *q.2: con.3.* Diān. *in sum V. iuramentum nu 13.* Ratio est, quia non se intendunt obligare ad minima. Insuper contrauenientes statutis, sub certa pęna indicta, si alias materia ex sui natura non sit prohibita, nullo peccato se commaculant; quia solummodo adstringuntur ea seruare sub illa pœna. Bonac. vbi supra *pun.16. nu.2.* Trullen. *l.c. dub.17.* Borell. *dec.10.tit.de periur.* Castr. Pal. *p:3. d.2. p.7. S.5. n.6.* Coadiutor Canonici, post obitum sui coadiuti, tenetur statutorum obseruantiā iurare, prout alij Canonici, de quibus præloquuti sumus Barb.
130 *vot.46. nu.7 lib.2.* Farinac. *p.1. deci .594. nu.5. in posth.* & sumere possessionem Canonicatus, & fidei professionem emittere, ut post alios notat Squillan. *de priu.Cleric. cap.4. nu.79.* Canonicus, qui Canonicatum renunciauit, & postea fuerit denuo in Canonicum receptus statutorum obseruantiam nouo iuramento polliceri debet: *cap Venerabilem de elect.* Nald. *in sum. V. renunciare num.29.* Marchesan. *p.3. S.2. nu 39. tit:de com: relax.* Statim atque quiuis immissus fuerit in veram, & actualem sui Canonicatus possessionem, si sit in Sacris, acquirit vocem, & potestatem in Capitulo parem alijs Canonicis antiquioribus, circa res capitulares, in quibus expediendis Capitulum aliquando pluraris, aliquando singu-
131 laris numeri ponitur. vt post alios docet Ant.de Præt.in clip. Past. *cap.3. nu.13:* Quod fit recte, etiam quo ad regulas grammaticales,

N iuxta

iuxta illud Virg: Æneid.

Pars in frustu secant ; & alibi

Pars inimica mihi Tyrrenum nauigat æquor.

At verò ad proprium, & exactum modum exponendi sensus in Capitulo, quando hoc nomen iniungitur verbo sonanti exercitium ipsius actus, vtendum est verbo plurari ; Explica Capitulum appellauerunt, in fratrem receperunt, in realem possessionem immiserunt, & eiusmodi ; Singularique numero adscribitur, dum agitur de auctoritate eiusdem Capituli, vt ; Capitulum retinet ius eligendi, Beneficia conferendi statuta condendi, & similia, vt docent Innoc. Abb. Fely. Ant. de Butr. *super cap. Capitulum nu. 13. de rescript.* Et quando dicitur Capitulum id fecit, vel facere potest, idem est ac si dicatur, Canonici capitulariter id fecerunt, vel facere possunt Petr. de Anch. *in cap. Quanto nu: 5. de h. q. f. à p. s. conf. cap.* Oldrad. *cons.* 100. Put. *dec* 296. *nu.* 1; *p.* 3. Similiter, dum agitur de potestate, vel aliqua dispositione circa res capitulares, verbum Canonici
132 indifinitè prolatum, idem significat, quod Capitulum, vel omnes de Capitulo. Genuen. *QQ: Eccles. q. 403. nu. 2. & q. 643.* vt si dicatur; Canonici statutum condiderunt; Possunt, vel nequeunt statuere, vel aliud eundem sensum retinens. Ripa *in cap. cum M. de const.* Bero. *in cap. cum omnes nu. 2. de const.* & *fauet Rot. p. 1. diuer. dec. 270. nu. 1:* & comprehendit etiam Dignitates. *cap 2. de off. ord. in 6.*

Capitulum, siue Collegium non debet esse ex lex idest, sine lege, & propterea Canonicis capitulariter congregatis, vnum corpus mysticum constituentibus, à iure communi, statim facta erectione, confertur facultas per se liberè condendi quædam statuta de
133 rebus minoribus ad bonum ordinem, & regimen Capituli pertinentibus, nullo facto verbo cum Episcopo. ita colligitur *ex d. cap. cum omnes, cap. cum accessissent de const. cap. Dilectus de Cler. non res. cap. Consuetudinis tit. de consuet. cap statutum de haret. in 6.* & docent glos. *in cap. cum aliquibus de rescript. in 6. & in cap. 1. in V. statutum de verb. signif. lib. 6.* Bero. *in cap. prima nu. 52. de const.* Bellamer. *in d. cap. cum accessissent nu. 1.* Innoc. ibid. *& in cap. nouit de his q. f. à m. p. c.* Ant. de B. *in d. cum omnes nu: 2. & in cap. constitutum num. 25. de rescript.* Gemin. *in cap: 2. nu. 1. de verb: signif.* Gama *in cap: Licet de rer: permut. in 6. nu. 109.* Compost. Imol. Dec; Abb. antiq. Abb: Panorm. & Fely: *in d. cap. cum omnes*, & sequuntur Crauett. *cons.* 182. *nu.* 15. Ferrett, *l. c. cons:* 286. Purpurat. *cons.* 540. *num.* 1. *p.* 2. Sylu. *in sum. V. lex q.* 4. Vulp. *l. c: cap. 44. nu. 16.* Besse *in sum. V. cap. nu. 2.* Suarez *de leg. d: 4. cap. 6. nu. 1.* Rub. *singul. V. Capitulum*, Marches. *p. 1. S: 1. de commiss. appell. n. 158:* Valente *in concor. iur. par: 2.*

not

not.1 nu.1. Penia *dec.1129. nu.10. par:2.* Ludouis: *dec.66. nu.11.* Farinac *dec.606. nu.1. p.2. in posth.*

Ad huiusmodi iurisdictionem reducitur, Canonicos posse per se statuere circa administrationem bonorum Capituli, & mensam grossam, ac modum benè distribuendi distributiones, & quomodo sit conueniendum, & faciendum Capitulum, & quod certis temporibus, & horis Canonici, vel non vocati accedant ad locum capitularem, & similia. glos: *in cap:2. de consuet. & in cap. constitutionem de verb. signif:* Fusc. *de visit. lib.1. cap.15. nu.28.* Sanctarell. *var: q.13. nu.8.* Monet. *de distr. p.2. q:13. nu.25.* Buratt. *dec.758. nu.11. in addit.* Befseu: *V. Canonicus nu.4.* Guazzin. *de def. anim. & lib.2. nu 62.* Trullen. *in Dec. cap.8. d.14. n.1.* Azor *par.1. mor. lib.5 cap.18. & par.2. lib.7. cap.7. q.17.* Possuntque Canonici, absque alia facultate statuere super diuisione oblationum, circa ordinationem Chori, & modum distribuendi officia inter capitulares, quando, quo loco, & quomodo debeant congregari, quo pacto ibi suffragiũ ferant, quo ordine sedere, & quas vestes chorales deferre debeant in capitulo. Marc. *dec.801. nu.1. par.1.* Viuian. *in cap: cum consuetudinis eod tit.* Rota *in vna Illerden. statuti 3. Decembris 1593.* Atque ijsdem Canonicis liberum est huiusmodi statuta, & ordinationes iuramento vallare, ac pœnas contra transgressores adijcere, dummodo omnes, & singuli capitulares consentiãt. ita Petr. de Ancharr. *in cap cum immò nu.21. de rescript in 6.* Boich. *in cap. Quanto nu.2. de homicid.* Castr. Pal. *de leg to.3. disp.1. pun.13. nu.25.*

Nec vrget, si dicatur nullum corpus, siuè Collegium posse aliquid decernere, sine suo capite principali, vt desumitur *ex cap. cum esses de const* Sylu. *in sum. V: lex. quæst.4.* Nam hoc intelligitur in rebus grauioribus, non in minoribus insinuatis, & similibus, quibus Capitulum est corpus distinctum ab Episcopo. *glos. in clem. 2. de stat & qual.* Suarez *de leg: lib.4. cap:6. nu.11.* Seraph. *de priuil. iuram priuil 52 nu. vlt.* Atq; prædicta Capituli, & Canonicorum auctoritas huiusmodi statuta, & Decreta condendi procedit, tàm de Canonicis Collegiatæ, quàm Cathedralis Ecclesiæ. Abb. & Pely. *in d cap. cum omnes, & cum accessissent de const.* Sylu: *ver. lex q.18* Salas *l.c. d.8. sect.17. nu.89.* Bonac. *de hor can. d.2. q.5. nu.2.* Antonell. *l.c. lib.4. cap. vlt. nu.2.* Immò Capitulum Collegiatæ magis potest circa præfata leuiora disponere, quam Canonici Cathedralis stante absentia Episcopi ab Ecclesia Collegiata foranea; ut benè obseruant Calder: *cons.21. de renunc.* Suarez *l.c. cap.6. nu.18.* Huiusmodi tamen decreta non inducunt perpetuum statutum, in successores, sed obligant tantummodo statuentes, nisi illi in eo-

rum receptione iurauerint obseruare Oldrad. *cons.* 259. *nu.* 4. Imol. *l.c. nu.* 13. Suarez vbi supra *nu.* 11. Bonac. *de leg. d.* 1. *q.* 1. *num.* 30. Penia *dec:* 686. *nu.* 14. *par.* 1. Et sciendum, quod Capitulum non potest ab Episcopo priuari ante dicta facultate statuendi circa minora, nec iam ædita statuta similia auferre, nisi fuerint Ecclesiasticis institutis contraria. Alex *cons.* 19. *nu.* 9. *par.* 1. & satis probat Vulpes in Prax. indic. *cap.* 39. *nu:* 12. De his tamen decretis, & ordinationibus bonum erit, ad maiorem obligationis nexum, petere ab Episcopo ipsorum confirmationem, licet non sit de necessitate. Ita Suarez loc. prox. cit. Possunt etiam Canonici absque scitu Episcopi de per se statutum ferre circa eá, quæ de iure communi repeniuntur disposita, innouando canonis, siuè Pontificiæ Constitutionis ordinationem. ita docent Zabarell. *in cap. vlt. num.* 18. *de consuet:* Io. And. *in cap. fin. de off. Archipresb:* Ant. de B. *in cap. cum dilectus de consuet.* Abb. *in cap. vlt. nu.* 3. *de eo qui furt. ord. recip.* Bott. de Synod. *p.* 4. *nu.* 4. *q.* 5. Et licet quibusdam videatur tale, statutum ad nihilum valere, & frusta occupare membranam, quia hoc idem erat de iure communi decretum; nilseciùs arbitror, non esse dicẽdum super vacaneum, nec superfluum; nanquè operatur, primo; Quod multi nescientes ius commune, audientes statutum sic disponens, illud addiscunt.

Secundò plus solet compescere statutum, quám ius commune, siquidem magis timetur, quod specialiter iussum repetitur. glos. *in cap. ex parte de rescript.* Imol. *in cap.* 1. *eod. tit:* Couarr, *pract. qq. cap.* 27. *nu.* 4.

Tertiò, producit saltem effectum paternæ monitionis, vt inquit Mart. *de iurisdict. par.* 4. *cas.* 62. *nu.* 15.

Quartò si fuerit iurata eius obseruantia addit vinculum iuramenti. Bott. de Synod. *p:* 1. *con.* 10. *n.* 9. & maiorem habebit obligationem, si insuper eius transgressoribus adijciatur aliqua pœna pecuniaria, *vt ex cap. à nobis* 1. *de sent. excom. in d. cap. cum accessissent.* Bellam. ibi *nu.* 19. Suarez vbi supra.

Quintò, & vltimo, quia sublato iure communi, non remanet abrogatum statutum. Imol. *in repet. l. omnes Populi.*

134 Iuxta hęc summopere adnotandum, Capitulum, & Canonicos non posse circa ardua, & grauiora, quæ non concernunt debitum suæ Ecclesię seruitium, noua statuta edere, nisi accedente consensu Episcopi, tàm in vestibulo Collegiatæ, quam deindè Præpos. *su. per cap. Catholica dist.* 11. Ant. de B. *in cap: cum M. de consti.* Innoc & Host: *in cap cum accessissent eod. tit.* Abb *in cap. causam nu.* 7. *de elect.* *in cap. edocere n.* 4. *de rescr.* & *in cap. requisiti de test.* Marc. *dec:* 301. *num.* 1.

nu. 1. *p.* 1. Monet. *de opt cap.* 8. *q.* 3. Valence *in concord.iur: l.c. nu.* 11 *vbi supra V. Capitulum num.* 2. Ratio est, quia hæc decernenda sunt saniori iudicio Episcopi, in quo non præsumitur ignorantia iuris; *cap. lator dist* 55. *cap. nisi.* §. *pro defectu tit. de renunc.* sed habere omnimodam scientiam ad gubernationem temporalium, & spiritualium omnium Ecclesiarum sibi subiectarum, in quibus est caput *cap requisisti de test.* Compostell: *super d. cap. cum omnes.*

Quapropter quando in rebus iudicatis non parui ponderis inquimus, Capitulum potest, vel Canonici possunt; subaudi, de consensu Episcopi; quemadmodum, dum dicitur Capitulum nō potest; istud verbum negatiuè prolatum priuat omni potentia *glos. in cap. non potest de reg. iur. in* 6. Card. Tusc. *lit. P. con.* 464. etiam de licentia Episcopi vt infra, licet in alijs dispositionibus quandoque accipiatur pro verbis non decet. Surd. *cons.* 203. *nu.* 44. Quod si Capitulum, & Canonici huiusmodi statuta, quæ de consensu Episcopi

135 possunt condere absque eius scitu condiderunt, dicuntur imperfecta, & nullum ius producunt; quia in statuentibus deest auctoritas. Dec. *in cap. quæ in Ecclesiarum nu.* 4. *de const.* Bald. *in cap. causam eod. tit. nu* 1. Rodriq. *qq. reg. to.* 1. *q.* 10. *art.* 17.

Iste Episcopi consensus, qui dicitur essentialis, non exigitur necessariò in ipso actu, veluti licentia, quæ dum in alijs actibus requiritur, non sufficit subsequi, ad tradita per Abb. *in cap: Licet de reg. iur in 6 nu.* 3. Archid. *in cap venditionibus* 16. *q* 1. Bero. *in d. cap: cum omnes nu:* 46. Rot: *p.* 3. *diuers. dec.* 123. *num* 3. sed debet esse expressa, & tacita non est sufficiēs. Nald: & Galet. *V. licentia.* Idemq; sequitur de auctoritate, quæ debet interesse ante factum. Monet: *de com. Vlt. Vol. l. c. cap.* 7. *quæst.* 4. *nu.* 383. In statutis verò, quæ fiunt

136 à Canonicis, satis est postea consensum præstari; atq. Episcopo ratificante, conualescunt statuta de rebus grauibus peracta, quæ antea nullius erant roboris. Innoc *in d. cap. cum consuetudinis nu.* 1. Boich. *in cap. Prudentiam de off. & pot. Iud. n.* 14. Zabarell. *in clem.* 1. *de haret. nu vlt* Grass. *de eff. Cler. eff.* 2. *nu.* 150: Cāputaq. *dec* 175. *num.* 2. *par.* 2. Ciarl. *contr. par.* 1. *cap.* 39. *num.* 25. Atque huiusmodi confirmatio operatur, ne vlterius de actus inualiditate quæratur. *cap.* 1. *de conf. vti. Velinut.* Abb. *in cap. Quæ nu.* 3. *de sent. & re. iud.* & addentes ad Dec. *in d: cap. cum accessissent nu.* 3.

Immò Episcopo præsente in Capitulo, in quo cōditum fuit aliquod statutum, si taceat, videtur tacitè consentire. Nec opus est alia approbatione, vel consensu, cum sufficiat tacitus Buratt: *dec.* 758. *nu.* 10. *in addit.* Barb. *de iur: Eccles. Vniu. Vbi supra nu.* 15.

Adhęc, si Vicarius Generalis Episcopi fuerit consentiens huiusmodi

modi ſtatutis, præſumitur Epiſcopus de his notitiam habere, ac
137 approbare. Farinac. *par. 2. dec. 606. nu. 1: in poſth.* Rub. in *Aphor. Epiſc. V. Vicarius nu. 14.* idem ſequitur, ſi Vicarius foraneus notitiam habuerit de quibuſdam ſimilibus ſtatutis latis à Canonicis Collegiatæ Diœceſis, etenim ſtante ſcientia ſui Officialis Epiſcopus præſumitur de his ſatis informatus. Seraph. *dec: 1026. num. 3.* Rot. *par. 1 diuer. dec. 166. nu. 3. & dec: 30. nu. 4 p. 6.* Gutier. *p. 2. lib. 3 q. 32. nu. 9.* Ceual. *l. c. q. 357. nu. 3.* clarius Penia *dec. 103. nu. vlt. par. 1 & dec; 27. nu. 31.* & conſonant tradita per Maſcard. *de prob. con. 625. nu. 1.* Præterea, ſi Capitulum abſque aſsensu Epiſcopi ſtatuta,
138 etiam de rebus grauibus ferre conſueuerit, valent, ſi contineant, quę Epiſcopus comprobare de iure poteſt, & ſciens non impugnet, ac Capitulum id pręſcripſerit quadraginta annorum ſpatio: vt tradunt D. Anton. *in ſum p. 1 tit. 18. § 13. in fin.* Neguſan. *conſ. 354. nu. 13.* Io: And. & Boich *in cap. ea noſcitur, nu 3. de h: q. f. à m. p ſc.* Caſtr. Pal. *de leg. tr 3. d. 1. p. 23. § vlt. nu. 26.* vbi videre eſt, quæ dicantur res grauiores.

Capitulum poteſt, ut indicauimus, ſtatuta etiam de arduis, cōdere irrequiſito Epiſcopo, reſeruato eius beneplacito, & conſenſu, quem, ſi poſtulatus dare in ſtatutis licitis, & honeſtis recuſauerit, adeundus eſt Archiepiſcopus, qui conſentiat, *cap: filijs 16. q. 7.* Gonzal *ſuper reg: 8 Cancell. gloſ 47. nu 37.* & in euentu, quo Epiſcopus, prout noſter, nulli Archiepiſcopo ſit ſubiectus, recurrendū eſt ad Summum Pontificem pro confirmatione; *cap Q æ Eccleſiarum de conſt.* & ibi Dec: *nu: 14.* Vt Canonicorum ſtatuta valida ſint, non ſolū n debent eſse capitulariter peracta, & publicata, ſed debent eſse in ſcriptis redacta; Ripa *in rubr. de conſt. num. 43.* Card: Turrecr. *in cap lex d. 1. nu 2* Archid: ibid. Sot *de iuſt & iur. lib. 3. p. 1. ar. 1.* Et quamuis Ant: de B & Imol *ad rubr. de conſt* Abb *ibid. nu. 3. & in cap 1. nu 19. de poſt Pral* Boich. *in cap. à nobis nu. 17. de ſent. excom.* Suarez *de leg. lib. 3. cap 14. nu. 6.* & Bott. *de Synod. p: 3. nu. 11:* & alij ſentiant ſcripturam non eſse de ſubſtantia legis, & ſtatutorum, & ſic poſse fieri viua voce abſque ſcriptis; Huiuſmodi contrarietas eruditè conciliatur à Fran Valente in *concord. iur. p. 2. q. 4. ſect 4. nu. 13.* vbi dicitur; In ſtatutis, & legibus à ſupremo Principe conditis non exigi ſcripturam de neceſſitate, ſecus verò in ſtatutis, quæ fiunt ab inſinuati Principis inferioribus, pręſertim
139 à Canonicis: nec huic diſtinctioni obſtat *cap. 1. de iureiur. in 6.* quod vt ait Maſcard. *de prob concl. 221.* loquitur de ſtatutis Canonicorum, & tamen dicit, quod Canonici iurant ſtatuta, & conſuetudines ſcripta, & non ſcripta; cui obiectioni plenè ſatisfacit idem

Valente

Valēte *l.c.n.* 13. probans cū auctoritate DD. verbū scrip:a respōdere verbo cōsuetudines; ibiquē soluit cœtera obiecta per Mascar: vbi supra. Verum est, quod si statutum iam scriptum postea deperditum, vel casu combustum, aut scissum, uel deletum fuerit, adhuc conseruatur eius obligatio si possit probari per testes; ut cōsentit Valente loc.cit: sed melius erit, quod huiusmodi statutum ob litteratum, vel amissum redigatur in scriptis, ut successores eorum, qui illud tulerunt, plenam habeant notitiam, ut aiunt Bald. *in rubr. de const num.* 7. Massobr. *de synod cap* 4. *d.*45. *num.*3. Et quia transgressor consuetudinis, vt transgressor legis est puniendus, Viuian. *in d.cap.cum omnes*. Omnes consuetudines Ecclesię bonum etiam erit in libro describere, ne sit in potestate ali-

140 cuius falso allegare consuetudinem. Molses *tr.*9. *cap.* 11. sed hoc non est necessariū, quia obligāt, licet non sint scriptæ, vt cū aliis notat Dec: *in rubr.* 1. *de const.nu.* 3. Ratio rationis est, quia consuetudo longo tempore inducitur, ac vires acquirit eundo; & ideo facilius probari potest, quām statutum, quod momento expeditur, & statim obligat, & adstringit ad obseruantiam non solūm Canonicos statuentes, sed & eorum successores. Bero. *in cap. cognoscentes de const. nu.* 96 Feder. de Sen: *cons.* 95. *p.*2. Card. Tusc. *lit. C. con.* 240. Consuetudines scriptæ non vocantur statuta, sed semper remanent in sua specie, nisi statutum mandaret seruari talem consuetudinem; quia tunc assumit vim statuti *cap.*2. *de prob glos.* ibi. Molses. *l.c. nu.* 17. Ne aliquis ex Canonicis nouiter receptis possit conqueri, se realiter non habuisse statutorum notitiam, solent in Capitulo bis in anno legi. Lex quidem dicitur ā legendo eo, quod edatur, ut sępius legatur, ita Canonistæ in *rubr. de const.* Et propterea in Canonico allegante statutorum ignorantiam præsumitur dolus

141 Negusant: *l.c.q.*465. *nu.* 156. Villagut. *l.c. lib* 2. *cap.* 5. *nu.* 102. Atq. Capitulum potest statuto ratum facere, non licere capitularibus statutorum ignorantiam allegare in casu contrauentionis; ut post alios docet Daoyz *l.c. V. Statutum nu.*4 post insinuatam statutorū lectionem, Ecclesiæ consuetudines enunciantur. Statuta nōn sunt ā Canonicis condenda ad suam propriam vtilitatem, vt ā laboribus Ecclesiasticis eximantur, sed ad diuini honoris augumentum communemquè fidelium vtilitatem; quod didici ā D. Thom: 22. *q.*90. *nu:*4. & ā Bald *in cap. E.S.M. nu.*5 *de const.* Dum ā Capitulo electus huius Collegiatæ capitula compilaui: & hoc est de natura legis, &

142 Statuti, alioquin lex non esset lex, sed fex; ut inquiunt DD. super *cap. cum omnes de const.* Et quia Sum. Pontifex in suis constitutionibus semper intendit salutem Animarum, ut notant Imol. *in cap. Cū M. nu.*

*M. nu:*8.*de const.*& Druard. *de cenfib q.*3·*nu*·59:*tom*:1. Capitulum
143 etiam de expresso Episcopi assensu non valet quicquam statuere, quod cum iure Pontificio pugnet. *cap:in sancta* 2.*q*.2. vbi Præpos. *nu*.1. Abb.*in cap.Venerabilis nu*.4. *de præb*.& Alex.*cons*.59. *lib*.1. Nec ipse Episcopus potest constitutiones facere iuri Canonico, aduersantes Paul.de Castr. *cons*.19.*nu*.8. Fragos. *lib*.1.*d*.1 *nu*.48. *tom* 2. Possunt verò Canonici annuente Episcopo contra Synodicas Sanctiones iuri canonico non contrarias statuere, & huiusmodi statutum esset seruandum Abb.*in cap,cum olim num*.5. *de consuet*. Massobr.*in Prax.prælud*.4. *nu*.4. Gonzal.*l.c,glos*.9.§.1.*nu*.12. Seraph. *dec*.*5*74. *nu*. 11.

Quamuis, vt tetigimus, Capitulum statuere nequeat contra
144 leges Pontificias, potest tamen aduersus eas consuetudinem introducere. Graff *p* 2.*cons*.1.*nu*.12.*de elect*. Less.*de iust.& iur.lib*.2.*cap*: 6.*d*.14 *nu*:46. Bott.*l.c*: *p*.3.*con*.8: *nu*.36. Antonell.*loc.c*. *lib.pr cap*.1: *nu*.26. Sperell.*dec* 66. *nu* 4. *tom*.1. nec resultat, consuetudinem esse maioris auctoritatis, quam lex,& statutum. Crauett.*cons* 178.*n* 6. Gemin.*in rubr de consuet*. Coccin. *dec*.376:*nu*.5. Quia consuetudo non statim, sed paulatim ex bona fide, & causa rationabili introducitur. Nec consequitur vires quoad vsque sit legitimè præscripta, ut ex *cap.fin.de consuet*. notat Fely.*in cap quod super nu*.3. *de maior.& obed*: Suarez *l.c*. *cap*.9. *nu*. *eod*.

Et licet Canones maturo consilio, ac prudentia pro bono publico decernantur; nihilominus cursu,& varietate temporis euenit, ut cesset pristina ratio,& accidat noua causa consuetudinis introducendæ contra illam canonicam constitutionem. Ant.de B.*super cap* 2.*de prob*. Trullen.*in Dec*. *lib*.1.*cap*.8.*d*.15.*nu*.2. Statutum autem à principio vim habet,& directè legi aduersatur,& ideò nõ potest à Canonicis condi contra Castr.Pal.*p*.2.*tr*.13.*d q*.8:11 *n*.5. Rodoan. *l.c*. Simon. *cap*.26 *nu*.10.*p* 3. Dixi posse introduci consuetudinem contra ius canonicum ex rationabili causa, de qua videatur Gonzal.*l.c, glos*:33. *num*.10. & Dian. *par*.6 *tr*: 5.*resol*:*pr*. Si enim absque legitima ratione fuerit à Capitulo introducta, non valet, nec per longum tempus excusat à culpa. *cap. Venerabilis de consuet*. Alagon.*ibid*. Mar Ant *Var.lib*.2.*res* 30.*nu*.15. Alex *cons*.8. *nu*:9.*lib*.6. Ad præscribendam consuetudinem contra ius canoni-
145 cum prætextu rationabilis causæ, exigitur tempus quadraginta annorum, quando lex fuit ab initio recepta. *cap.consuetudo* 12.*dist*. Azor.*p pr. mor. lib* 5.*cap*.18. *q*.4. Laym. *tr*. 4. *cap*. 3.*nu*:4: Farinac. *dec*.611. *nu*:3. *par*:2. Sufficiunt verò decem anni, si lex, statutum aut constitutio non fuerint ab initio recepta: Ceual.*cons*.132.*lib*.1.

Suarez

Suarez *de leg. lib. 5 cap. vlt.* Nunquam tamen euanescit statutum si eo Canonici non fuerint vsi; eo quia casus non euenit. vt aduertunt Abb *in cap. Ioannes de cler. coniug:* Bonac. *de leg. d. 1. p. 4. q: 1. nu. 48.* Sperell. *dec. 15. nu. 22. tom. 1.* vbi de hoc reddunt rationem, & sequitur Quintanad *l. c. tr. 7. singul. 8. nu 9:* Qui conclusionem alijs comprobat rationibus. Capitulum potest cum causa contra suę Ecclesiæ consuetudinem statuere. Bald. *in d: cap cum omnes nu. 17.* Bertach. *V. Capitulum super quibus.* Zipeus *lib. 3. tit. de his quæ f. à m. par. cap Intellige de consensu Episcopi.* Viuian. *in d. cap. cum consuetudines.* Massobr. *de Synod cap. 4. d: 8.* Atque potest per se consuetudinem minus rationabilem consuetudine rationabili abrogare per plures actus collegialiter operatos. Abb. *in cap. Cum illorum de Præb:* Castr Pal *p. 5. tit. de consuet pun 3. S. 2.* Capitulum, & Canonici, qui, vt dictum est, possunt inducere consuetudinem cõtra ius, multò fortius id queunt pręter ius; & hæc decem annorum interuallo inducitur. *glos. in fin. de consuet. in 6.* Turrect: *in cap: mox est d: 1.* Bero *super. cap Primo nu 57 de const.* Ceual. *decis. 91. nu. 2.* & dicitur consuetudo, siue statutum præter ius, quæ contra, aut secũdum ius non sunt. glos. *in cap. 1. de consuet. in 6.* Calder. *cons. 2. nu. 2. eod tit.* Vt ius optandi Præbendas fundatas de bonis Ecclesiæ, non interdicitur Canonicis, neque his de iure communi competit, hoc ius possunt introducere decem annorum spatio. Gonzal. *l. c. glos. 34. nu. 14.* & decisum refert Marta *l. c: tit: optio cap. 6.*

147 Canonici, consentiente Episcopo, possunt capitulariter peragere rationabilia statuta præter ius, vt post alios docet Bonac. *de distr. disp. 2. quæst. 5. p. 1. nu. 6.* Vndè possunt statuere, Canonicos infirmos extra locum residentię non participare de distributionibus. Macin. *l c. cap. 71. nu. 30.* Trullen. *in opusc. du. 4. nu. eod.* Immò infirmos in loco residentiæ, qui Domo egrediuntur. Castr. Pal. *de hor. can. d. 3. pun. 9. S: 13. nu. 20.* Nec aduersatur *cap. vnic. de cler: non resid.* Quia non præcipit, sed permittit dari posse distributiones infirmis, vt supra. ita aduertit Fragos. *l. c. lib. 10. d. 23. S. 2. nu: 16.*

148 At non existente statuto Canonicus absens ex causa ex qua conceduntur ei Distributiones, non remanet obligatus quicquam tribuere Hebdomadam supplenti pro ipso, nec ipse supplere, quando reuertitur: ita relatore Nicol. in Flor. *V. Hebdomadarius* declarauit Sacr. Episc: & Regular. Congreg.

Capitulum potest immò deberet statuere, vt Canonici legitimè non impediti interueniant concionibus, quæ in eorum Ecclesia fiunt in Quadragesima, quibus, adempto etiam statuto, tenentur assistere sub pœna ammissionis Distributionum illius diei ex itera-

to Sac.Cong.Decreto apud Nicol. loc.cit. *V. Canonicus nu.* 33.

Similiter per statutum possunt disponere, quod non recipiatur in Canonicum, nisi prius iuret quandam maiorem residentiã, quam sit à iure statuta Abb.& Dec. *super d.cap. Cum omnes*. Io. Andr. *in cap. ex parte de concess. præb.* Lotther. *de re ben. vbi supra q.* 27. *nu.* 15. Qui tamen sic iurans potest pro vtilitate Ecclesiæ se absentare; ut notat Castr. Pal, *p.* 3. *disp.* 2. *pun.* 7. §. 5. *nu.* 21.

Item Capitulum potest statutum edere, quod Canonici infirmi, vel alij à Choro exempti, teneantur celebrari facere Missas conuẽtuales, ad quas quisque sua hebdomada est obligatus, vt probat Ciarlin *controu. for. tom.* 1. *cap.* 38. *num.* 28, & 35. Atque Canonicos extra numerum non habere vocem in Capitulo. Grat. *discept. for. cap.* 187. *nu.* 10.

Capitulum, & Canonici, interposito etiam iuramento, possunt statuere certum numerum Canonicorum, & Præbendarum in Ec-
149 clesijs, ubi omnia bona erant in communi. *cap. cum in Ecclesia de instit.* & ibi Petr. de Anchar. Imol. *in d.cap. cum omnes num.* 8. Iste autem certus numerus non probatur ex eo, quod fuerit; consuetudo recipiendi in illa Ecclesia v.g. decem Canonicos, sed per statutum iuratum. Abb. *in cap. ex parte nu.* 6 *de Præb.* Laym. *lib.* 4. *tr.* 2. *cap.* 16. Rot. *dec.* 9. *dicto tit. in antiq.*

Nec tollitur numerus, si Canonici aliquem vltra numerum recipiant ad mandatum Papæ dicentis, non obstante certo numero. Rebuff. *conf.* 146. Caputaq *dec.* 277. *par.* 2. Ciarl *p.* 2. *cap.* 32. *nu.* 7. Gimon. *de liti. grat. fol. mihi* 194. Capitulum potest augere dictum numerum, si facultates Ecclesiæ augeantur. Innoc *in d.cap. Ex parte nu.* 4. Ripa *in cap. Ad audientiam nu.* 3. *de rescript.* ac eundem numerum coartare, si præfati redditus considerabilem diminutionem passi fuerint. Abb. *antiq. in d cap. Ex parte n.* 2. Compostell. *in d.cap: Cum accessissent nu.* 5. Mantic. *dec.* 14. *num:* 2. Intellige de consensu Episcopi. Viuian. *in cap: ex parte de constit.* & nisi statutum, quia tunc recurrendum esset ad Sum. Pontificem, tàm pro augumento, quàm diminutione. Boich *in cap ex parte n.* 3. *de const.* Ricc *decis.* 66.
150 *par.* 3. Moscon. vbi supra fol 292. Non obstat autem iuramentum in casu antedicto absque dicta clausula, quia intelligitur conditio generalis, si res in eodem statu permanserint; *glos in cap.* 2. *de rescript.* Seraphin. *de priuil: iuram. priu.* 74. Vrsell: *lit. A. conf.* 89. *n.* 177. Pluries interrogatus fui, an in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia, queat Episcopus absque auctoritate Apostolica de consensu Capituli Dignitatem, seu Dignitates creare? Et respondi affirmatiuè; &
151 ne gratis id asseruisse uidear, sic sentiunt Compostell. Io. And. Host.

Imol.

Imol Bellamer. Ant.de B. Zabarell. Abb: Fely: in sæpius alleg. *cap. Cum accessissent de const.* & sequuntur Boich *super cap. cum olim nu. 3. de consuet:* Innoc. *in cap. ex parte nu. 4. de concess. Præb.* Archid. *in cap. constitutionem n. 1. de verb. signif. & in cap omnes 22. dist.* vbi Præpos. & Card. Turrecr. *nu. 7.* idem tenet Card. Tusc. *lit. D. con. 421. nu. 5.* Corneus *l. c. cons. 193. nu. 19.* Selu. *de benef p. 3. q. 4 nu. 18.* Nouar. *QQ for. p. 1. q. 124 nu: 4.* Azor. *p 2. mor. lib. 6. cap: 30.* Ghilin. *l. c. V. Canonici nu. vlt.* Monet. *de commut. vlt: vol. cap. 11. nu. 328.* Mantic: *dec. 114. nu. 3.* Dian. *p. 3. tr. 6. res. 38.* Homob. *in consult. l. prox: cit.* Seraph *dec. 1495. nu. 1.* Ricc. *p. 3. dec. 244. nu. 2.* & in Prax: *p. pr. resol. 33.* vbi testatur sic practicari. Et licet Barb. cum alijs *in cap. cum olim de consuet. num. 13.* contradicat, tamen reuoluto mantello stat nobiscum *de iur. Eccles: Vniu: lib. 1. cap. 21. nu. 5.* Quinimmò reluctante Capitulo ius est Episcopo Dignitates, de quibus in iure fit mentio, creare, si aliundè quàm ex redditibus illius Ecclesiæ cõstituatur dos, etenim sic nullum fit præiudicium Canonicis in suis redditibus, & augetur diuinus cultus, vt considerant Imol. *in d. cap. cum olim nu. 2* Ant. de B. *ibidem nu. 5.* Corn. *l. c. nu. 19.* Seraph. ubi supra, Sborz *de off. Vic. lib. 2. cap 31. nu: 5.* & Vulpes *in prax. iudic. cap. 30. nu. 17.* Quæ Dos non potest assignari in censibus, sed consistere debet in stabilibus, vel in montibus. ita a Sac. Congregat. refert decisum Nicol. in Flor. *V. Canonicus nu. 4.* Nec attenditur, si ob nouam dignitatem diminuatur honor antiquioris Canonici, vt benè obseruat Genuen. *l. c. quæst. 507. nu. 4.* Verum est, quod si huiuscemodi Dignitatis creatio nullam afferret vtilitatem Ecclesiæ, non potest institui absque consensu capituli; ad tradita per Rocch. de Curte vbi supra *V: Capitulum nu. vlt.* & Garc. *de ben. p: 12. cap. 4. n. 5.* quibus fauet Put: *dec. 6. nu: 6. par: 3.* Non enim semper expedit plures in Ecclesia augere ministros. Viuian. *super cap. cum tibi de ætat. & qualit. ordin.* & Rot. *diu. p. 6. dec. 6 num: 2.* Facit, non esse erigendum in Ecclesia nouum Altare, dum non est vtile: Abb: *in cap: 1. de priuil. & alij.*

In pluribus rebus gerendis Episcopus Capituli consensum, &
aliquando consilium adhibere tenetur; vt *toto tit. de h: q: f. à m. p:* &
notant Vener. *l. c. lib: 4. cap. 29. nu. 24.* Gauan. *in prax. Synod. cap. 1.*
nu. 2. In casibus, quibus consilium debet petere, tenetur expectare
responsum; quod tamen sequi non obligatur, nisi in certis casibus
relatis *in cap. cum olim de arbit.* Bellemer *ibid. nu. 6.* Consensum au-
tẽ in casibus à iure expressis tenetur Episcopus à Capitulo posce-
152 re, & efficere iuxta maioris partis resolutionem. Imol. *in cap. Quan-
to nu. 4. de h. q. f. à m. p.* Monet. *de com. l. c. cap. 7. q. 4. nu. 401.* & Ghi-

lin. *V. consilium n. 1.* Capitulum potest requirere Episcopum in eius
153 primo accessu, vt iuret seruare statuta Ecclesiæ, & ipse tenetur iurare; non quidem indistinctè, sed solùm ea, quæ sunt canonibus, & Sac. Conc. Trid. Decretis conformia, vel alias à Sede Apostolica confirmata. ita enodauit Sac. Conc. Cong. in vna Orlien. 27. Martij 1632. ad 1. Capitulum potest in Iudicio opponere pro iuribus Episcopatus defendendis, & prosequi, vbi Episcopus erit negli-
154 gens. Bald. *in cap. Dilecti nu. F. de maior.* Io. And. *in cap. Dilecta nu. 5. de conf. util.* Ac potest Episcopum non residentem admonere, vt veniat ad suam Ecclesiam; qui sic monitus non comparens, in casibus à iure non permissis, constituitur in contumacia; Ant. de B. *in cap. Qualiter nu 2. de Cler. non resid.* Imol. *ibidem nu. 2.* Non tamen potest eum ad id citare. Rationem assignat Viuian. *in cap. Qualiter de cler. non resid.*

Canonici delinquentes puniuntur ab Episcopo, nisi Capitulum sit exemptum, quo casu ad eum spectat eligere duos Canonicos, de quorum assensu Episcopus procedit contra culpabiles. vt ex Conc. Trid. *sess. 25. cap. 6. de ref.* notat Ricc. *collect.* 1289. *& in praxi ref.* 586. *p. 4.* Mitius tamen Episcopi agere debent in pœnis cum suis Canonicis. Moscon. *l. c. fol. 296.* Capitulum non potest ab Episcopo excommunicari. Imol. *in cap. Capitulum de rescript.* Rodriq. *in sum. cap. 78. nu. 2. p. 1.* Sicut potest pœna interdicti puniri, etiam
155 si omnes Canonici non sint in culpa. Ratio disparitatis est; Quia interdictum pro delicto alterius ferri potest, non autem excommunicatio, *cap. non est tit. de sponsal.* Nau. *cons. 9. de sent excom.* Ghilin. *l. c.* Capitulum non citatur iuridicè, nisi quando Canonici sunt capitulariter congregati. Vulp. *in prax. cap. 29. num. 10.* Farinac. *dec. 36. nu. 4. p. 1.* Post. *dec. 285. nu. 2.* Quod si nollet congregari, citatio ostenditur per Nuncium singulis capitularibus. *glos. in cap. Si*
156 *capitulum de conceß. Præb. in 6.* Abb. *in cap. Bona 1. nu. 18. de elect.* Atque ut notat Villagut. *l. c. cap. 61. num. 44.* In rebus spectantibus ad Capitulum, sufficit citare Syndicum, siue Procuratorem, quem potest, immo debet Capitulum habere pro omnibus suis causis,
157 litibus, & negotijs communibus pluribus, & vniuersis. *cap cum I. de re iud. glos. in cap. penult. de iuram. calumn.* & Guido Papa *super cap. Dilecta nu. 1. de test. cogen.* Ratio est, tum quia actio, vel defensio per plures scissa aduersarium notabili incomodo afficeret, *ex l. ancillarum 17. §. Vlt. ff. de pecul.* Tum quia singuli Canonici non possunt in causa Capituli iuramentum de calumnia præstare; *cap. Imperator de iuram. calumn.*

In mandatis procuræ, quamuis melius sit ponere nomina omnium

nium vocalium, dicendo, N. N. N. *capitulariter congregati, qui totum Capitulum representant, & efficiunt; cæterorum absentia non obstante, vocatis tamen tam dictis præsentibus, quam absentibus, qui vocari potuerunt sponte, &c. fecerunt, & constituerunt eorum, & Capituli Procuratorem, &c. ad &c.* O Quod si omnes Capitulares fuerint præsentes in loco Capituli, scribitur, N. N. N. N. N. N. *integrum, & plenum Capitulum efficientes, & constituentes fecerunt eorum, & Capituli prædicti Procuratorem O. ad &c.* Substinetur tamē procuratorium, si scribatur, *Capitulum fecit N. suum Procuratorem, &c.* Bellem: *in cap. Consulti de procur.* Innoc. *in cap. 1. de const.* Anch. *in cap. Quanto de h. q. f* intellige si constituatur pro rebus cōmunibus, ut vniuersis, nam in communibus, vt singulis opus est exprimere nomina singulorum, Villagut: *l c lib. 1. cap. 94. num. 9.* Nonnulli arbitrātur in alienationibus bonorum stabilium ad Capitulum spectantium, requiri consensum omnium in loco residentiū existentium, sed satis esse duas partes in Capitulo interuenire, docent Put. *dec. 283, lib. 3.* Vrsell *l. c. con. 85 nu. 71.* & Grac. *in disce-p. for. cap. 93 3. nu. 2* & attenditur carta Procuræ ad alienandum, quam facit maior pars Capituli. Monet. *de commut. ult. Vol. cap. 7. q. 4. nu. 401.* Dillagut. vbi supra *p. 1. cap. 3.*

Capitulum potest bona cōmunia, & quiuis Canonicus prædia suę Præbendæ distinctę ad triennium locare; sed non vltra neq cum clausula, quod tot sint locationes, quot triennia. Mar Ant. *var. p. 1. cap. 2. & alij.* Capitulum potest sua bona stabilia per se, vel suum Procuratorem in emphyteusim vsque ad tertiam generationem concedere, cum clausula reseruato assensu Papæ in rebus ma-
159 gni valoris & in bonis parui valoris consensu Episcopi, & non aliter, nec alio modo. Ricc. *p. 1. res 78 nu. 1.* Fulcine. *tit. de alien. q. 1. nu. 16. cum alijs multis.* quorum consensus præsumitur interuenisse elapsis triginta annis; Ricc. *dec. 114. nu. 1 par. 1.* & Rot: *p. 5. diuer. dec. 94.* Quinimò potest deindè emphyteuta rem liuellariam subemphyteuticare, reseruato cōsensu Domini, cū eadem clausula: *Non aliter, nec alio modo.* Quia ista conditionem inducit, &
160 præcise arguit protestātis intentionem nullum ius tribuendi ante illius expeditionem. Clar: *lib. 4. S. emphyteusis q: 3. nu: 5:* Bonac. *de emphit. d. 3. q. 8. p 2. nu. ult.* Rot. *p. 6. diuer. dec: 203. nu. 23.* & in recollectis per Farinac. *post secund vol. conf. dec 43. n. 2.* Gram. *dec: 255. n. 5.* & præfatus Dominus tenetur præstare dictum consensum *iuxta cap. Potuit de loc.* Dummodò subemphyteuticatio non fiat in
161 pauperiorem, vel potentiorem. Arm. *in sum. V. emphiteusis num. 7.* Bona stabilia nō excedentes in proprietate valorem scutorum aureorum

reorum quinquaginta de Camera, reputantur ex igui valoris ad di-ctum effectum. ita sentiunt plures apud Antonell. *l.c. lib.* 1. *cap* 8. *nu.*6. sed in hoc videtur attendenda curiarum Episcopalium cosuetudo; ut benè obseruat Gennen: *in prax. cap:* 50. *nu.*1.

De iure antiquo fiebat in Capitulo exactus tractatus pro cognoscendo, an talis alienatio expediret. Rodoan.*l:c. q.* 24. *nu.* 33.*& q.* 25. *nu* 54.*& alij*. Hodie id non requiritur de necessitate, sed satis est ea nosci per delegatos à Papa, vel Episcopo, vt inquit Coccin. *dec:* 334 *nu.* 3. Atque ab his potest æstimari euidens Ecclesiæ vti-
162 litas, si in contractu Liuellario persoluatur tantummodo illa pensio, quę prius in locatione ad tempus persoluebatur; vt obseruat Theod.Rub.*in singul. tit.de alienat. Eccl.nu.*79. Imò si fiat diminutio sextæ partis, quę soluebatur in eadem locatione. Rationem vide apud Seraph *dec.* 1125. & Antonell,*de reg.Eccl.Episc. lib.*1 *cap:*4 *n.*9. Bona Capituli iam in liuellum, vt supra, concessa, si ob caducitatem reuertantur ad Massam, antequam incorporentur tanquam
163 libera poterit Capitulum, absque alia licentia, in emphyteusim dare augendo Canonem, si res patitur, non verò generationem; ita aduertit Bonac.& alij apud Antonell. *l.c. cap.*6. *nu:*7. & tam in prima, quam secunda concessione, semper adesse debet euidens Ecclesię vtilitas; quam non sufficit fuisse in prima inuestitura, ita Sylu. *in sum. V. emphitensis nu.*1. Prax. Neap. *cap.* 60. *nu.* 7. Seraph: *dec.* 415 Grat. *nu.* 5. Honded. *cons.* 51. *nu.*62. *lib.*1.& Bero,*cons* 86. *nu* 6. *tom.* 1. vbi ait posse in hoc casu renouare iustam pensionem offerenti, licet alius offerret maiorem; idem ius cedendi in liuellū cuilibet competit Canonico de per se in bonis suæ Pręben dæ distinctæ; idque non potest ei à Capitulo impediri. Alex. *cons.* 189. *n:*19.
164 *lib:*2. Massobr:*l:c: prael.* 19. *nu.* 12. In dictis casibus à nouo conductore emphyteutico persoluitur Domino directo laudemium: Rota *par.*7. *diuer. decis.* 40. *num.* 5. videlicet scuta duo pro centum pretij vtilis dominij, vel plus iuxta consuetudinem, vt aduertit Nouar. *l.c. grauam.* 54. *nu.* 13.

Cathedralium, & Collegiatarum bona in duplici existunt differentia; alia dicuntur communia Capitulo, vt Collegio, hoc est, vni-
165 uersis Capitularibus, ut pluribus, prout sunt census, & bona stabilia, quorum fructus in pecuniam redacti reponuntur in arca Capitulari, siue bursa communi, remanente penes Massarium, seu Camerarium à Capitulo electum; & cœtera Capitulo addicta, vel de quibus omnes Capitulares participant: Pasqualig. *dec.* 425. In quacunque huius modi redditium dispositione attenditur, quod fit a maiori parte Capituli; *cap.* 1. *&* 3. *de his q. f. à m. p.* & concinit

lex

lex quod maior *ff. ad munic.* & docent Paul. de Castr. *cons.* 481. Valente *in concord. iur. par. 2. not* 2. Quod procedit, non solùm in his, quę sunt vtilia Capitulo, sed & in expensis voluntarijs, nisi, vt superius indicauimus, minor pars Capituli habeat quod rationabiliter opponat, & reclamet appellando Pasqual. *l. c. num.* 3. Villagut *vbi supra cap. 7. & cap. 9. nu. 7.* & cum pluribus docet Cohell. *l. cit. cap. 31. num.* 137. Capituli minor pars benè se opponit maiori parti volenti debitum capituli remittere, vel inofficiosas donationes facere: & similia voluntaria. Parlador. *quot. diffic. nu.* 11. *diffic.* 8. *cum alijs*; & multò magis si vellet consumere distributiones iam à Canonicis lucratas: Couar. *var. lib 7. cap.* 13. *nu.* 1. Ceuall. *q.* 388 *n:* 16.

166 Potest verò Capituli maior pars ex iusta causa de dictis fructibus communibus, ut vniuersis etiam in actibus voluntarijs aliquid modicum elargiri, vt ostenditur Ragu. *de Voc cap.* 15. *nu.* 1. Maximè, si agatur de opere pio, aut consue o Leoncell. *l. c. prin.* 417 *n* 4. & decisum refert Mart *l. c. p 6. tit. residentia nu* 2. Intellige si vltra necessaria pro victu, aliquid superest Canonicis, nec fortè non sufficiat nobis, & vobis, vt ex Euang Matth. *cap.* 12. obseruant Abb. *p* 1. *cons* 70. *nu.* 3. & Nouar *qq for. p* 1. *q* 38 *nu.* 5. Alia sunt bona, & r dditus communia pluribus vt singulis, prout fructus Præben-

167 darum Ecclesiæ, assignati singulis Canonicis pro suis alimentis; ut tradunt Abb Fely & Bald *in d cap cum omnes nu.* 14. Imol *in cap. ex parte nu.* 3; *tit Vt ben sin di n. conf.* Angel. *in sum V. Capitulum n.* 3. In quorum dispositioni op s est concurrere omnes, & singulos interesse habentes. Petr. de Anchar. *in cap Quicunque de iureiur.* Venet. *l. c. lib:* 4. *cap:* 30. *nu.* 4. Mart. *de iurisd p:* 4. *cas.* 48. *nu.* 6. & vno contradicente, non valet in eius præiudicium, quod factum fuit alijs, & si omnes consentiant. Fragos. *lib.* 8. *d.* 19. *nu.* 26. *to.* 2. Grat: *dec.* 169. & 183.

Verùm est, quod si Capitulum non possideret bona communia, ut Collegium, posset maior pars præiudicare minori, disponendo in casu necessario, aut valdè vtili Capitulo de supradictis redditibus Præbendarum distinctarum, & obligando omnes, & singulos Præbendatos ad contribuendum pro rata fructuum, qui licet singulis Canonicis specialiter fuerint concessi, nilseciùs remanent obligati exigente necessitate, vel magna vtilitate Capituli. Ant. de B. *in cap humilis nu.* 5 *de maior. & obed.* Innoc. & Bero. *in d cap cum omnes nu.* 73. Pasqual. vbi supra Villagut. *l. c. cap.* 98. *num.* 1. Franc. Marc. *dec.* 181. *per tot. par.* 2. Vndê Capituli maior pars, etiam inuita minori, potest facere expensas pro substinendis impensis contra lites motas, vel ab eodem Capitulo contra alios mouendas, pro confer-

conseruãdis iuribus Capituli, super quibus bonum ius fauet. Surd. *conf.65. nu.21.* Farinac. *dec.72. nu.3. p.1. in posth.* Grat. *discept. for. cap.183. nu.23. cap.222. nu.4. & cap.593. nu.5.* At si Capitulum se moueret tantùm ex quadam animositate, non tenentur contradictores contribuere; vt adnotauit Mant. *dec.262. nu.9.* Rot. *p.6. diuers. dec.115. num.10.* Immò si aliqui Canonici opponant aliquam electionem a maiori parte Capitulo factam non esse bonam, & litem super hoc moueant; tenentur, in casu succumbentiæ, contra se se ad expensas, quas fecerit Capitulum, contribuere. Barb. *super d. cap. cum non doceat nu.7.* Rub. *singul. V. Bartolus nu.2. p.3.* Parlador. *l.c.* & remanent experti distributionum, & incertorum pro eo tẽpore, quo fuerunt absentes à Choro occasione litis cum Capitulo, quod habuit victoriam. Seraph. *dec.1098. nu 5. & S.C.C. 6. Aprilis 1633.* Capitulum pro satisfaciendis debitis cõtractis ob seruitium
168 Collegij, si habeat bona communia, vt vniuersis, potest assentiente Episcopo super ijsdem stabilibus annuum censum imponere. Franc.Marc. *dec.1028. nu.7. p.1.* & exindè non solum Canonici viuentes, sed & ipsorum successores erunt obnoxij ad solutionem cẽsus. vt notant Duard. *dec.28. nu.4. to:2.* Cenc. *de Censib. p:2. dec.28. nu:5.* & fuit decisum à Rot. in Romana censuum die 8. Iunij 1599. Debet tamen constare in instrumento de causa dictæ impositionis; Archid. *in cap. hoc ius.* Beliett. *in disq. Cler: debit.§.3. nu.39.* & prædicta fulciuntur, quod & pecunia legata Capitulo, & minime persoluta tempore à Testatore præfixo, sed post annum, in quo subtituuntur noui Canonici loco eorum qui obierunt, tam nouis, quam antiquis Canonicis pro sua parte debetur: Nau: *lib.5. conf.9. nu16. de sent. excom. & conf.10. nu. vlt. de iniur.* Idem sequitur de bonis communibus Massæ, quorum fructus in fine anni per grossas diuiduntur; qui si non fuerint distributi acquiruntur, tàm veteribus, quam nouiter receptis Canonicis, licet fructus sint de annis præcedentibus, quibus non erant Canonici. Calder. *conf.21. de Præb.* Bero. *in cap. cum omnes de const. nu.60.* Gonzal. *l.c. glos 27. n.26.* Duran. *dec.314. nu.3.* Et vice versa Canonici recenter instituti, nempè post vnum annum in quo cadit Quindennium, tenentur illud inte-
169 grum soluere prout antiqui Canonici. Monet. *de distr. p.2. quæst.9. nu.34.* Bonac. *de distr. quæst 2. pun.1.* Quindennium est dimidia pars fructuum Beneficiorum suppressorum, & ad commodum, & vtilitatem Capituli eius mensæ vnitorum; videatur Azor. *p:2. mor. lib.7.* Vrsell. *l.c. con 110. nu.6.* & Castr. Pal. *l.c. de benef. d.6. p 9. §.1. nu.7.* Capituli maior pars nequit statutum condere grauamen inducens minori parti, quæ consistit in Canonicis iunioribus, vel

afferens

afferens dispendium, vel præiudicium duntaxat nouis Canonicis;
170 futuris de cætero · glos. *in cap. cum omnes de const.* Io. Andr. Innoc.
Imol. ibidem Host. *in cap. Procurationes nu. 4. de cens.* Rubeus *in A-*
phor. Episc. V. Canonicus nu. 11. & sequitur Valente *super d. cap. cum*
omnes; etiamsi fuerit ab Episcopo confirmatum; atque qui sentiũt
præiudicium, possunt ad Archiepiscopum, vel Papam appellare.
vt post alios docet Bero *super eod. cap. cum omnes nu. 23.* Statuta ca-
pitularia debent esse communia, & æqualia omnibus, & singulis
Canonicis, *cap. ex parte tit. de priuil.* etenim vbi est vna prorsus fi-
des mentium, una esse debet pietas actionum Mant. *de tac. & amb.*
lib. 25. tit. 14. Fachin. *cons. 54. nu. 7. lib. 7.* Iusta tamen subsistente
causa poterit Capitulum ad commune bonum statutũ ferre, licet
aliquid maioris oneris afferat Canonicis iunioribus, ut benè ob-
seruat Valen *l. c. sect. 1. in fin.* & ante eum dixerunt Bald. *cons. 410.*
vol. 5. & Roland. *lib. 2. cons. 22.* Intellige, etiamsi hi contradicant,
vel vocati ad Capitulum non accesserint. Fely. *in d. cap. cum omnes*
nu. 6. Barb. *in cap. 1. de h. q. f. à m. p. c. nu. 2.* Ricc. *p. 1. dec. 99.* Pas-
qual. *decis. 425. nu. 4.* Ratio est, quia cedunt in bonum commune
Capituli mediate, & remote; Conclusa, & decreta à maiori par-
171 te Collegialiũ in eodẽ Capitulo reuocari, aut mutari non possũt;
ita declarauit S. Episc. Congr. 13. Martij 1635. Hoc tamẽ possunt
Canonici collegiatim facere in sequenti, vel alio Capitulo, necnõ
statuta antiqua tollere, & noua ferre, vt infra, ac multa adijcere,
non obstante aliquorum contradictione. Feder. de Sen. *cons. 100.*
nu. 5. Innoc. *in cap. Bonæ nu. 7. de postul. ex parte.* & Anchar. *in cap.*
cum aliquibus nu. 3. de rescript. in 6. Sanctor. *de pen. par. 2. cap. 22.*
Massobr. *de Synod. cap. 4. d. 50.* Buratt. *p. 2. decis. 539.* intellige ser-
uatis seruandis, ut infra.

Pœnæ sunt aliquando necessariæ non seruantibus statuta. Siqui-
dem gubernatio sine vi coactiua rectè fieri non potest; ut confir-
172 mant Bero. *in d. cum omnes n. 4.* Dian. *p. 11. tr. 3. res. 24.* Pœna tamen
debet esse moderata non excedens lucrum illius diei, quo in choro
commissum fuit erratum. Moner. *l. c. p. 3. q. 7. nu. 76. & q. 10. nu. 90.*
Eadem potestate noua statuta condendi, & vetera mutandi, refor-
173 mandi, & antiquandi gaudent Canonici successores; ut notant glos.
in extrauag. quorundam de verb. signif. Io. 22. *V. assertores,* Ricc. *p.*
1. decis. 157. nu. 3. Intellige eadem solemnitate interueniente, vt de-
clarauit S. Episc. & Reg. Cong. die 13. Martij 1618. Canonici anti-
qui præsumuntur moti pluribus rationibus ad sic decretandum, vt
aduertit Rodolfin. *l. c. cap. 6. nu. 97.* Ideò Canonici moderni potiùs
debent esse boni antiquorum statutorum seruatores, quam noua-

tores; vt ait Alex. *cons.* 125. *nu.* 30. *lib.* 5. Euidentissima esse debet Ecclesiæ siue Capituli vtilitas in nouis ferendis, & antiquis abrogandis, aut reformandis D. Tho. 1. 2. *quæst.* 79. idem sequitur, dū vellent tollere inueteratā in consuetudinem, nam talis mutatio etiā vtilior perturbatione m parit, vt ex D. August. aduertit Quintanad. *lo. sing. ql. nu. vlt.* statuta plurima facile continuantur, vt docet modernus Doctor. Non erubescant autem veteres Canonici, si varietate temporum, & personarum noui Canonici noua statuta magis congrua, & vtilia proponant, vel antiquorum reformationem, vt monet Spec. *par.* 1. *in proœm. nu.* 33. Nanquè omne artificiū per exercitiū recipit incrementum, & Deus multa de veteri testamēto mutauit in nouo. ita Conc. Later. 4. cap. 40. Statutū reformatū dicitur nouum. Farinac. *decis.* 398. *nu.* 4. *par.* 2. Et eiūs additio denuo facta interpretatur iuxta dispositionem prioris statuti, vt cum alijs docet Alex. *cons.* 89. *n.* 22. *lib.* 6. nouū autem non dicitur statutū, quod renouatur. glos. *in cap. Præceptis d.* 12. Statutum recenter confectum non dicitur corrigere alterum, nisi clarè contrarietur. Purpurat. *cons.* 4 5. *nu. vlt. par.* 2. Massobr. *de Synod. cap.* 4. *d.* 60. *nu.* 3. Rot. *p.* 1. *diuer. dec.* 104. *nu.* 4. Dum statuta cantant, prout nostra,
174 esse intelligenda ad litteram, hoc est pure, grammaticaliter, vt exponit Prapos. *in cap. super d.* 16. *nu.* 2. Non est arguimentandum à contrario sensu. Euerald. *loc. à contrar. sensu.* Neque de eis facienda est extensio ad similia. Fely. *in cap. translato de const.* Thes. *decis.* 269. *nu.* 4. Quamobrem statutum ex certa causa eximens Canonicum ab aliquo seruitio Chori non eximere eiūs coadiutorem censuit S. R. C. in Elboren. 15. Aprilis 1608. Veruntamen fit statuti extensio vbi aliter eius dispositio redderetur elusoria, nisi extenderetur. Nau. *cons.* 52. *nu.* 28. *de constit.* Honded. *cons.* 1. *n.* 27. & Card. Tusc. *lit. M. con.* 66. *nu.* 39. Sic, quia vetant nostra statuta Punctatorem constitui hebdomadarium, nō potest hebdomadarius creari Punctator; quod enim prohibetur vna via intelligitur prohibitū
175 & alia Ratio est, quia sic fraus fieret legi, quod semper est illicitum *cap. quod vna de reg. iur. in* 6. glos. *in cap. constitutus de concess. Præb.* Dec. *cons.* 48. *nu.* 5. Menoch. *cons.* 36. *nu.* 7. *vol.* 2. Consuetudo interpretatur statutum, si verba sint dubia: Alias in vanum adducitur, quando verba statuti sunt clara, nisi ea sit prescripta. Purpurat. *l. c.*
176 *cons.* 241. *nu.* 3. Ciarl. *cap.* 211. *nu.* 5. *p.* 2. Statutorum Capitularium dispositionem declarare non ad Capitulum, sed ad Episcopum spectat. Io. And. *in cap. ex parte de verb. signif.* Abb. ibid. *n.* 3. *& in cap. si diligenti de præscript.* nec obstat Canonicos talia edidisse statu-
177 ta, & eius esse interpretari, cuius est legem ferre. *cap. inter alia desunt.*

sent.excom. Nanque Canonici propriè non condunt statuta, quibus necessariò Episcopus suum præstat assensum. vt ex *cap. Apostolicæ de præb. in 6.* obseruant Bero *cons. 7. nu. 2. par. 1.* Valente vbi supra *not. 2.*

Statuta verò ab Episcopo non confirmata, potest Capitulum absque scitu Episcopi reuocare, si fauorem Capituli tantùm concernant. ita Bellem. *in d. cap. cum accessissent.* Abb. *in cap. super audientiam nu. vlt. de Cler. ægrot.* amplia etiamsi sint iureiurando vallata. Paris. *cons. 92. nu. 95. par. 4.* Abb. *cons. 25. nu. vlt. p. 2.* Angel. *V. statutum in fin.* Nam tollendo statutum, consequenter tollunt iuramentum statuto accessorium. Abb. *in d. cap. cum accessissent.* Ant. de
178 Butr. *in cap. 2. in fin. de spons.* Atque videntur illud reuocare per actum contrarium, dum id non præiudicat Ecclesiæ. Gozand. *cons. 29. in fin.* Couar. *super cap. quamuis tit. de pactis §. 2.* Marchan. *l. c. tract. tit. 8. q. 2. con. 2.* Ciarl. *cap. 38. nu. 47. to. 1.* idem multò magis procedit, si publicè interesset illud non seruare ob cessationem materiæ, ac intentionem statuentium; Sanctor. *de pæn. p. 2. cap. 19.* Molfes. *l. c. tr. 11. cap. 9. nu. 2.* Galetr. *V. statutum.* Secùs dicendum; si Canonici iuramentum præstiterint seruandi illud, quod in statutis continetur: vel non reuocandi à se decreta; quia tunc contrauenientes incidunt in periurium, si statutum erat de re bona. Dec. *in d. cap. cum accessissent nu. 22.* Abb. *in cap. Dilecto nu. 19. de præb.* Mancin. *de iureiur. p. 4. eff. 22. nu. 13.* ideo Conc. *Colon. 2. par. 3. cap. 20.* monet Capitulares, quod non sint faciles se obligare per iuramentum.
Canonici possunt cassare, ac modificare statutum iam à Capitulo
179 conditum, & ab Episcopo iure id requirente confirmatum, sed necessarius est ipsius Episcopi expressus consensus. Abb. *cons. 25. n. 5. p. 2.* Decian. *cons. 63. nu. 12. vol. 5.* Alex. *cons. 100. nu. 5. lib. 1.* Vulp. *l. c. cap. 39. nu. 12.* Suarez *de leg. lib. 4. cap. 6. nu. 15.* Sicut enim Capitulum non habet ius condendi similia statuta, ita neque ius reuocandi absque Superiore. Gamar. *de permut. ben. d. c. nu. 126.* Malsobr. *de Syned. cap. 4. d. 43.* atque idem statutum, si fuerit iuratum, non tollitur per posterius ab Episcopo confirmatum, nisi Episcopus mentionem faciat de iuramento, & illud relaxet: ut post alios aduertit Azor. *p. 1. lib. 5. cap. 14.* Cœterum si Episcopus sit informatus de primo statuto iurato, ac cernat, vel certo sciat omnes Canonicos eidem statuto contrauenire, quamuis adhuc statutum non existat contraria consuetudine abrogatum, censetur absoluere canonicos à vinculo iuramenti; ut obseruant Graff. *p. 1. dec. lib. 2. cap. 7. nu. 24.* Bonac. *de leg. disp. 1. q. 6. pun. 6. nu. 17.* Ciarl. *loc. prox. cit.*
180 *nu. 48.* Statutum concernens materiam, super qua Canonici valent

ſtatuere abſque Epiſcopo, ac reſpiciens duntaxat merum fauorem
Capitularium; poteſt Capitulum delere, etiamſi fuerit confirmatũ
à Superiore, dummodo omnes Capitulares conſentiant; quia non
debet præſumi Epiſcopum velle inuito beneficium conferre, & in
hoc caſu Capitulum non eſt minus potens, quàm fuit ab initio; ut
colligitur *ex cap. cum M. de conſt.* & manifeſtè docent Caſtr. Pal. *de
leg. tr. 3. d. 5. pun. 2. nu. 7.* & Bordon. *in Miſcell. dec. 69.* Secùs dicendũ
ſi tali reuocatione minuatur Diuinus cultus, vt infra *num.* 190.

Capitulum poteſt, aſſenſum præſtante Epiſcopo, ex cauſa ali-
quid decernere, quod ſit præter ius, idque vallare cum clauſula ir-
181 ritante; & huiuſmodi decreto inducitur forma, ita DD. apud Dian.
mor. par. 10. tract. 10. reſ. 11. Ita vt facta in contrarium tali ſtatuto
cenſeantur nulla Hoſt. *in ſum. de b. q. f. 4. m. p. c.* Monet. *de comm.
cap. 7. nu. 242.* Bald. *conſ.* 351. *num. 9. lib.* 5. Veruntamen valet actus
quoad vſque fuerit per Superiorem irritatus. Suarez *de leg. lib. 5.
cap. 32. nu. 2.* Barb. *axim.* 100. *nu.* 13. Non poteſt autem Capitulũ
etiam de expreſſo Epiſcopi cõſenſu, inſinuatam clauſulam appo-
nere in ſtatuendo, quæ ſunt contra ius, vel de iure communi per-
mittuntur, ut poſt alios docent Dian. *p. 10. tr. 13. reſol.* 23. & Pey-
182 rin. *tom. 3. in addit. cap. 1. nu.* 11. Quamobrem non ſuſtinetur ſtatu-
tum factum à Capitulo, vt illi, qui *nõ ſunt Sacerdotes careant* vo-
ce in actibus capitularibus, licet ſint Subdiaconi, vel Diaconi.
183 *Clem. vt iij de ætat. & qual. ord.* Nec valet ſtatutum inducens nullita-
tem electionis ob defectum aliquorum Canonicorum de forma
non vocandorum. Abb. *in cap. Quia propter nu. 12. de elect.* Franc.
dec. 2. nu. 30. Oldrad. *conſ.* 159. Capitulum non poteſt ſtatuto caue-
re, quod Canonicus nuper receptus prandium, aut paſtellum, vel
184 aliam largitionem faciat Canonicis iam admiſſis. Soccin. *in cap. Ia-
cobus nu. 6. de ſimon. q. 2. nu.* 7. Nec valet conſuetudo in contrariũ;
vt ex Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 14. de ref.* tradit Rodriq. *in ſum tom. 2.
cap. 58. concl. vlt.* Quę tamen valida eſſet, vt Canonicus modernus
Sacriſtiæ perſoluat cereum, Planetam, vel ſimile. Abb. *ſuper d. cap.
Iacobus.* Viuald. *in cand. aur. tit. de conſuet. nu.* 34. Garc. *de ben. p. 4.
cap. 5. nu.* 78. vbi ſubiungit. Non poſſe cogi coadiutorem ad id, niſi
poſt mortem coadiuti; idem docet Marc. Andr. *dec.* 262. *nu.* 10.
185 Capitulum non poteſt decernere, vt Canonici non venientes ad
Capitula, vel non reſidentes per menſem remaneant ipſo iure pri-
uati eorum Canonicatu, & Præbenda Calder. *in cap. ex tuæ de Cler.
non reſid.* Imol. & alii ibid. nec poteſt ſtatuere, quod Capitulum
iudicet inter Canonicos; *cap. cum contingat de for. compet.* Daoyz
V. Capitulum nu. 6. Poteſt verò ſtatuto diſponere, quod Præpoſitus

Collegiatæ

Collegiatæ Episcopo prorsus subiectæ valeat iurgia inter Canonicos, non per viam iuris, sed amicabiliter, & paternè componere, vt notat Vrsell. *l.c. lit. A. con.* 140. *nu.* 26. & sequitur Rot. *in recoll. à Farinac post secundam par consi, decis.* 129. *nu. vlt.* Atque omnibus viribus curare debet, vt pax inter Canonicos foueatur, & inimicitiæ deponantur: ita Brancat. *in epit sac. can V. Decanus.*

Capitulum, cum sit subordinatum suo Diœcesano nequit sibi
186 eligere Protectorem, ut aduertit Gau *in man. Episc. V. Capitulum nu.* 20 Pariter non potest prorogare tempus ad legenda capitula iurata absque sui Episcopi dispensatione. Sanctor. *de panis cap.* 7. Neque finito tempore a statutis determinato potest contra vnius
187 Canonici voluntatem Officiales confirmare. Cohell. *l c. cap.* 31. *nu.* 157. Nec minuere tempus 20. dierum currentium optare volentibus, nisi omnes consentiant. glos. *in d cap. Quia propter*. Antonell.
188 *l.c. lib.* 3. *cap. vlt.* Nec valet maior pars Capituli renunciare alijs iuribus, priuilegijs, & exemptionibus à iure communi, vel statutario concessis, nisi singuli capitulares consensum præbeant. *cap. accedentibus de priuil:* Abb. *in cap. Veniens de præscript.* Barbos. *vot.* 26. *n.* 357
189 & aduertendum, quod licet Capitulum possit statuta à se facta de consensu Episcopi cassare, tamen non potest etiam consensu omnium, & singulorum Canonicorum abolere statuta antiqua, vel no-
190 ua instituere per quæ Diuinus cultus diminutionem patiatur. *cap. ex parte de rescript.* Io. And. ibidem. Abb *in cap. Dilectus nu.* 7. *de Cler. non res.* Nec taliter disposita conualidantur, & si Episcopus consentiret, quia sunt contra ius, quod vult diuinum cultum semper esse ampliandum. Dec *super d. cap. ex parte nu.* 1. Rot: *p.* 2. *diuer. dec.* 22. *nu.* 3. Et quia distributiones repertæ sunt ad Diuinum Cultum augendum, non potest Capitulum statuere, vt Canonici non assistentes in Choro percipiant Distributiones, etiam illis tribus mensibus, quibus licitum est abesse. Ludouis. *dec.* 183. *n.* 2. Et mul-
191 tò minus possunt Canonici non inseruientibus diuinis officiis Distributiones relinquere, vel donare. Galetr. *in sum. V. distributiones* & constat ex Conc. Trid: *sess* 21. *cap.* 12. Atque Canonici eas sic recipientes sunt obnoxij ad earum restitutionem. Fusch. *de Visit lib.* 1. *cap:* 5. *nu.* 25. Sanchez *cons. mor. p.* 1. *lib.* 2. *d.* 108. Ricc: *in par. pr. resol.* 384. Quod fuit ordinatum in odium non inseruientium, qui nec eas dare possunt Pauperibus, sed tenentur eas restituere Canonicis, qui in Choro inseruiunt. Henriq. *l. c. lib.* 7. *cap.* 36 *nu.* 3. Monet. *de distr. p.* 2. *lib:* 3. *q:* 6. Bonac. ubi supra *q vlt. pun.* 1. *num.* 1. intellige de distributionibus à mensa capitulari detractis, vel à pijs viris de proprio legatis, uel assignatis, vt hic factum fuit Vniuersi-

tatis

tatis liberalitate. Galet. *V. officium in fin.* Si enim fuerint à fructibus Præbendarum ab Episcopo deductæ per absentiam amissæ, non accrescunt Canonicis assistentibus in Choro, sed applicantur Ecclesiæ, vel alio pio loco. Ita Barb. *de iur. Eccles. Univ. lib. 3. cap. 28. nu. 89.* & sic distinguendo reconciliantur loca Conc. Trid. *sess. 21. cap. 3. sess. 24 cap. 12 de ref. & sess. 22. cap. 3* Quæ diuersimode disponunt; & sciendum, quod postquam distributiones, de quibus mox primò diximus, fuerint assignatæ Canonicis, per diuisionē factam, licebit singulis Canonicis, quibus accreuerunt eas elargiri eisdē Canonicis, qui ob nō præstitū seruitiū in Choro perdiderūt. Barb. ubi supra *n. 5.* Pyrr *in Prax. Disp. Apost. lib. 5 cap. 6. nu. 7.*

In aliquibus Ecclesijs quouis anno feria V. sanctioris hebdomadę solent Canonici sibi distributiones remittere, quas malè perceperunt ob non recitatum officium debito modo; ita refert Farinac. *in declar. Conc. Trid. to. 1. dec. 16.* Quæ remissio minimè admittitur à Sac. Congreg. teste Marzill. ubi supra fol: 114. eamque nil prodesse Canonicis probat Vener. *de exam. Episc. lib. 4. cap. 84. nu. Ult.* ubi optimè laudat usum eorum Capitularium, qui prædicta die ad inuicem petunt veniam de omni scandalo dato, ac offensis sibi verbo, vel opere factis.

Capitulum, & Canonici, etiam expressè adstipulante Episcopo,
192 nequeunt corū statuto hæredes Defunctorū adstringere, vt ad funebres Processiones ante alios cōuocent duos Presbyteros, qui in omnibus Missis cātatis eis inseruiāt pro Diacono, & Subdiacono, vel alios Cappellanos seruiētes Ecclesiæ, glos: *in cap. Tua nos de Simon. V. conuentio.* Roman. *singul: 363:* Sylu. *V. Simonia n: 11.* Arm. *eod. V: nu. 42.* Cesped. *de exempt. Reg dec 219. nu. 12:* Sot. *de iust. & iur. lib. 9. quæst. 6. art. 2.* Sed sunt recipiendi ad dicta funera Clerici, & Religiosi ab hæredibus defunctorum destinati. S. Cong. apud Cutill: *l. c. dub. 19.* & Peyrin. ad const. Leon. X. cap. 4. nu. 7. Quod pluribus rationibus comprobat Facundez *de præcept. Eccles lib. 7. nu 9.* Nec valet consuetudo in contrarium introducta, quia est contra ius naturale, ac contra libertatem Ecclesiasticam. Curt. *in cap. cum tanto nu. 21: de consuet.* & in puncto latè docet Fragos. *lib. 8. d. 19. nu. 27. to. 2.* Prout inualidum; & contra libertatem Ecclesiasticam esset statutum à Laicis confectum non posse ab hæredibus defuncti expendi nisi certam pecuniam in candelis, & eleemosynis Cleri. Ro-
193 man. 354. Borell. *in tract. de compromiss §. 1. gl. 3. nu. 235.* Rub. *singul. p. 4. tit de præced. in fun. nu. 7.* Dioyz *V. Laici nu 12.* Grass: de *eff. Cler. eff. 2. nu 467.* & alij aientes huiusmodi statutum esse perfidum, & iniquum, siquidem cæræ, incensum, processio funeris, asso-

afsociatio Sacerdotum tendunt ad Diuinum cultum, vt benè obseruat Mart. Roa *in tract. de purgat. cap* 17. & comprobat Card. Bellar. *eodem tract. cap.* 19. Vbi etiam explicat fructus, quos ex his viui, & defuncti recipiunt. Funera non debēt esse superba ad ostētationem, sed decentia gradui, & qualitati personæ, *l. si quis* §. *sumptus ff. de relig. & sumpt. fun:* Samuell. *l. c. tr.* 1. *controu:* 15. Baunes 22. *q.* 32. *art* 2. Valen. *to.* 3. *quæst:* 9. *pun* 2.

Canonici etiam accedente Episcopo nequeunt statuere per actū negatiuum fieri ab ipsis funebrem Processionem, neque Missam cantari, nisi tantum eleemosynæ Capitulo suppeditetur; quia huiusmodi statutum esset scandalosum & saperet quandam Simoniæ labem; quia sic videtur fieri venalis associatio illa, vel Missa. ita Abb. *in cap. abolendæ nu.* 6. *de sepult.* Tabien. *V. Simonia nu.* 10. Ang. *eod. V:* Castr. *Pal. p.* 3. *d. pun.* 11. *nu* 2. *de Simon:* Fancundez *de præcept: Eccles: lib.* 3. *cap.* 7. *nu.* 8. Secus dicendum, si statutum compone-
194 rent per actum positiuum videlicet, quod Defunctus, pro quo tantum pecuniæ, vel tot libræ cereorum Capitulo persoluta, vel data fuerint, capitulariter associetur à Canonicis, aut pro eo Missa decantetur; aliàs non teneantur accedere ad dictas Processiones funebres, vel Missam canere pro eo. glos. *in cap. consuluisti V. sperantes de Vsur.* Suarez de Simon. *cap.* 46. *nu.* 16. & super D Thom. *to* 3. *disp.* 6. *q.* 16. *p.* 3. *Vers. ex eodem.* Henriq. *in sum. lib* 9. *cap.* 22. *lit. T. in com.* Sanchez *mor. cons. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 13. Couar. *Var. lib.* 1. *cap.* 20. *nu:* 4. Sylu. *in sum: V. Simonia q.* 11. *nu. eod. V. quantum,* & sequitur Bonart. *de sacrif. Miss. lib.* 3. *cap* 7. *nu.* 8. Ratio est, quia positiuus non prohibet fieri minori stipendio: ut benè obseruat Facundez vbi supra. Quinimò non uidetur illicitum statutum disponēs, quòd Canonici ad funus regulariter non accedant, nisi tali stipe porrecta, dum adsunt in loco alij Sacerdotes, qui possint cadauera comitari ad Ecclesiam: Sot. *l. c. q.* 7. *art.* 1. *ad* 2. Rub. *singul. p.* 6. *V. statutur Cord.* Nec huiusmodi statuto occluditur ostium Canonicis illud misericordiæ opus absq. stipendio, & ita in multis Ecclesiis fuisse decretum, inquit Bonar. *l. c.* atque apud nos fuit expresſè declaratum in statuto superius insinuato, Capitulum velle ad exequias pauperum ire quotiescunquè ad id inuitatum fuerit absque vlla portione: & ita seruatur. Vndê non est verum, quod Crauett. *cons.* 10. *nu.* 15. scribit sequenti versu,

Pauperis ad funus Vix vadit Clericus Vnus.

Quando ad Processiones funebres, & Missam cantandam cum Capitulo, & Canonicis conuocantur Cappellani, & alij simplices Præsbyteri, licitum erit Canonicis statuto cauere, stipendium siuè

cæterorum

cæreorum pondus ipsis dandum esse maius ferè duplo, quàm Cap-
195 pellanis,& alijs inferioribus de Clero:ita iam dixi,& post hæc scripta, uidi pragmaticam descriptam in Archiepiscopali Bononien. *par.3.fol.181.* iussu Card. Paleotti editam vbi cuiq. Canonico in funeralibus assignat intortitium librarum trium,& cuicunq Cappellano libræ vnius cum dimidio. Huic disparitati non resistit, sed potius assistit ius: etenim quod præbetur pro labore Diuinorum Officiorum appellatur honorariū Sacerdotis, quia dicitur recipere honorem, dum recipit suam stipem. Archid. *in cap. Iudices 1, q. 1.* Marta *vot 88. num.6.* Et in honoribus publicis deferendis consideranda sunt singulorum merita, vt de mente D. Thom. docet Salon. *l c controu:1.* & fauent Rodriq: *QQ reg. q.53. art.2. to.2.* Ant. de B. *in cap. cum olim nu.6.* Imol, *in cap. cum M de preb: nu 1.* Viuius *decis: 311. nu.1.* & Monet. *de distr. p.2 q.4. nu.2.* Cum autem Canonici in maioris honoris gradu sint positi, quàm Cappellani, maius honorarium in dictis functionibus eis debetur, ex quo arguitur ipsorum præeminentia, vt notant Dan. de Nob. *l.c. disp. 75. num.13.* Rot. *diuers. p.6. dec.222. & 224. nu.6. & p.7. dec.32. n.14.* vbi habetur in legato relicto Canonicis,& Cappellanis, maiorem partē Canonicis esse assignandam. Corroborantur ea, quæ diximus, ex pluribus Sac. Congreg. decretis apud Nicol. *V. Sepultura nu. 12.* quibus declaratur Parrochū posse prætendere duplū eleemosynæ quæ datur simplicibus Sacerdotibus Hoc verò præbetur pro honorario, quod debet esse plus,& minus secundum dignitatem personarum; sed Canonici etiam in his Processionibus sunt, bis memoratis digniores, ut probatur Lib. Pr: Ergo,&c.

Nec releuat, si dicatur; Hæredem Defuncti non esse obstrictum ad exequias inuitare Canonicos, quibus conuocatis dando congruum cæreum, non est prohibendus tribuere simile intortitium Cappellanis ac cæteris simplicibus Præsbyteris, cum in re sua sit moderator,& arbiter; ac posse facere de suo, quod vult; cui respondeo. Quod vel uti quispiam non obstrictus vocaret Petrum suum conciuem ad mensam, tenetur, cum tractare iuxta eius gradum; ac assignare locum, qui eidem conuenit superiorem alijs conuocatis, qui non sunt ipsi pares,& æquales,& aliter agēs peccar, quia non seruat formam iustitiæ distributiuæ; vt docent Less *de iust. & iur. lib 2. cap.32. dub 2 nu.8.* & Em. Card. Lugo *de iust: & iur: p. 2. disp.34 sect. 1. nu.5* In fortioribus in casu proposito, inuitādo Canonicos ad publicam exequiarum functionem, cum maiori pompa est obnoxius erogare stipem honorariam, quę sit condigna eorum gradu Senatorio; quia accipitur pro honore ex parte eius, cui debetur.

debetur. *l. si remunerandi ff. mandat*, & dando cœreos similes, & coequales tám Cappellanis, quàm Canonicis, peccat: Quoniam facit honores illos communes, & sic nõ honorẽ, vt perspectè colligitur ex traditis per Sanchez *cons. mor. lib. 2. cap. 1. dub. 40. nu. 14.* Lugo, & Less. loc: statim cit. *nu. 12. in fin.* Nec facit cuilibet licere de suo agere, prout libet, quia id procedit, dum alteri præiudiciũ non affert. *glos. in V. personaliter cap. 2. q. 4*: nec obloquitur decretum Synodi Prouincialis D. Caroli relatum à Gauan. in Man. Epis. *V. Processio num. 38.* tenoris sequentis cœrei in manibus Cleri sint vniformes: Nam nos loquimur, de candelis, quæ porriguntur cum pompa, & pro honorario stipendio Ecclesiasticis interessentibus memoratis officijs: & D. Carolus fatur de cęreis distributis pro honoranda Sacratissima Hostia, in quo nulla fit differentia inter maiores, & minores de Clero.; idem sequitur in tribuẽda stipe pro applicatione Sacrificij Missæ priuatæ, quæ celebratur tàm à Cappellano, quam à Canonico, vel Dignitate, vt innuit Rot. *p. 7. diuer. dec. 32. nu. 14.* Ratio est, quia sacrum faciens accipit, & induit se personam Christi, & idcircò consecrãdo dicit, *Hoc est corpus meum*, & non ego consecro, vt in alijs Sacramentis, *ego Baptizo, confirmo, absoluo, &c.* ita cum D. Thom: docet Viuald. in *Cand. aur. par. 1. fol. 172.*

196 Præfatum Missæ stipendium licitè percipitur à quocunque Sacerdote, quamuis bonis Ecclesiast icis, aut Patrimonialibus abundet. Ratio assignatur à Philiar: *l. c. lib. 6. cap. 7.* Zacch. *de merced. q. 52. nu. 9.* Coninck *l. c. q. 83. d. 11. n. 196.* & sciendum congruum stipendium cantantis Missam esse maius duplo eo, quod ab Episcopo præscribitur pro lecta. Lezzan. *in sum. to. 4. V. Missa nu. 23.* Capitulum non potest statutum condere, vt Campana magna

197 pulsetur duntaxat pro nobilibus Defunctis. Ita statuit S.R.C. Ratio esse potest, quia omnes Campanæ in Campanili collocantur, vt sint vtilitati fidelibus nobilibus, & ignobilibus, diuitibus, & egenis, quorum Ecclesia est communis Mater, & æqualiter est ei cura de omnibus. Campanæ vtilitates comprehenduntur in sequentibus duobus versibus relatis à Barb. *vot. 102. nu. 91.*

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego Clerum.
Defunctos ploro, Nymbum fugo, festaque honoro.

198 Ex dictis tamen non potest improbari nostrum statutum, non pulsandi Campanam maiorem ad Processiones funebres, nisi conuocato Capitulo. Hoc idem vidi Decretum à Capitulo Piscien: sub die 7. Aprilis 1570. Quod consonat ad exprimendam Canonicorum dignitatem, per ea quæ diximus supra Lib. I. & inseruit ad

 disgno-

dignoſcendum, quando Capitulum eſt inuitatum ad exequias, ex traditis per Soccin: *conſ.7. nu.7.* & Marta *vot.88. nu.10.*

Capitulum non poteſt ſtatuere, vt ſolum Nobiles eligantur ſiuè
199 recipiantur ad Canonicatus. *cap. Venerabilis de præb.* vbi gloſ. & Abb. Roman. *conſ.327.& ſingul.491. in addit.* Daoyz *V. ſtatutum.* In aliquibus tamen Eccleſijs adeſt tale ſtatutum, vt refert Zipeus *l.c. tit. de elect. nu.13:* Quod ſeruatur, aut ex conſuetudine immemorabili, vel quia à Papa fuit confirmatum ex certa ſcientia, ſcilicet expoſito eidem toto negotio. Dec. *ſuper cap. bona num. 44. de conſ. vtil. vel inuti.* Si enim ſtatutum eſset duntaxat confirmatum in forma communi; Hoc eſt, non cognita cauſa, non valeret. Ant. de B. *in d. cap. ex parte nu.3.* Barb. *claus.25.n.4.* Non eſt prætereundum hic adnotare, quod Plebeius redditus Nobilis ex Priuilegio Principis, eſſet capax Canonicatus, qui ex ſtatuto valido non cōceditur niſi nobilibus. Ita docent Cyriac. *lib.1. coutrou.21. nu. 47.* Barb. *vot.23. nu.14.* Cenedo *l.c. collect.143. nu.2.* Epiſcopus verò diſpensare nequit, vt ignobilis, attento ſtatuto, vt ſupra, recipiatur in Canonicum. Sperell. *dec.112. nu.20. par. 1.*

Capitulum etiam de expreſsa Epiſcopi licentia ſtatuere non
200 poteſt, vt Canonicatus conferantur tantummodo Doctoribus. Gavan. *V. canonica collatio nu.7.* Mart. *digeſt. nouiſs. to.6. tit. Canonicus cap.18.* Valet tamen ſtatutum à Capitulo conditum, & ab Epiſcopo confirmatum, vbi diſponitur Præbendas Canonicales, quorum
201 collatio pertinet ad Capitulum, non poſse conferri alienigenis; ſed tantū oriundis, ſi hi ſint ſufficientis litteraturæ; ita docent Io: And. *in cap. conſiderauimus nu.7. de elect.* Azor. *par.2. lib.6. cap.25.*
202 Marc. *dec.1280. nu.1. p.1.* Gonzal. *l.c. gloſ.8. nu.190.*

Capitulum non poteſt repudiare Legatum ſibi vtile; ſecus ſi ſit damnoſum. Villagut. *l.c. lib.1. p.1. cap 126. n.19.* Immò legatum perpetuum cum onere Miſsarum, licet videatur vtile, non poteſt
203 acceptare, niſi cum conſensu omnium Capitularium, vt notat Paſqual. *cent.1. q.78. nu.5.* & habita licentia Epiſcopi, prout in Decreto iuſſu Vrban. VIII. emanato ſub di e 21. Iunij 1625. & ſciendum in his legatis aſſignari maius ſtipendium ordinario, quod fuit ab Epiſcopo præſcriptum pro Miſſis quotidianis; vt aduertit Lezzan. *in ſum. p.8. V. Miſſa nu.57.*

Capitulum non poteſt legata de licentia Epiſcopi acceptata renunciare, etiamſi poſtea effecta ſint exigua. Surd. *de alim. tit 9. quæſt.93.* Buratt. *dec.550. nu.11.* Bord. *deciſ.258.* Qui enim ſemel ſuſcepit officium, cogitur illud exequi. Dec. *conſ.91. nu.2.* ſi tamen bona ſtabilia vt ſupra relicta penitus perirent, Canonicos poſſe

posse cessare à celebrandis Missis, arbitror cum Bord. *resp.* 25. *nu.* 30. *p.* 1. Auers. *l.c. q.* 11. *sect.* 18. & notandum, quod si legatum fuerit factum Capitulo, siue Canonicis spectat ad Capitulum pri-
204 uatiuè quo ad Cappellanos. vt considerant Genuen. *QQ. pract. Eccles. q.* 67. & Rot. *in resid. ad* 5. *part diuers. dec.* 59. *nu.* 39. subaudi: Nisi aliud colligatur ex verbis Testatoris; vt obseruat Merlin. *dec.* 138. *nu.* 7. *& dec.* 685. *per tot. par.* 2. Si legatum fuerit factum certæ Ecclesiæ Collegiatæ, cum onere Missarum, adhuc pertinet ad
205 Capitulum illius Ecclesiæ, quæ eo casu capitur pro Capitulo. glos. *in cap. cum Clerici de verb. signif.* Ricc. *par.* 4. *dec.* 10. *nu.* 6. Secus si relicta fuerit planeta, vel alia paramenta, quia tunc acquiruntur Ecclesiæ, vt post alios docet Nald. *in sum. V. Parochus in fin.*

Capitulum, cui legatum fuit prędium cum obligatione celebrandi Anniuersarium pro anima Testatoris satisfacit cantando vnicam Missam præmisso vno Nocturno Defunctorum. Bordon. *in Miscell. dec.* 331. idem sequitur, si fuerit, relictum officium mortuorum, vt probat idem Bordon. loc. cit. *decis* 238. quæ
206 si fuerint legata cum pœna, quod si non fuerint executa transeant ad alium locum pium; potest Capitulum purgare moram vsquè ad litis contestationem. ita cum pluribus tradit Genuen. *l.c. quæst.* 128. *nu.* 5. Legata pecunia pro dicendis Missis qualibet hebdomada, non currit Capitulo eas celebrandi obligatio à die exbursationis factæ ab hæredibus, sed à die inuestituræ nummorum; ita dixi, & postea reperi nobiscum stantem. Polac. vbi supra fol. 474. & est aduertendum, quod liber Præfecti Sacristiæ Ecclesiæ Collegiatæ probat circa celebrationem Missarum etiam contra eos, qui non
207 sunt de Capitulo: ita Fely. *in d. cap. Ad audientiam,* & sic de consuetudine seruatur teste Genuen. *vbi supra q.* 227. *in fin.*

Capitulum non habet ius decernendi, Canonicos defunctos sepeliendos, esse in communi sepulcro, à se pro Capitularibus con-
208 structo in Ecclesia Collegiata, sed quisque non electa sepultura decedens tumulandus est in sepulcro suorum maiorum; ut colligitur ex Prax. Neap. *cap.* 61. *nu.* 6. Mar. Ant. *var. lib.* 1. *res. vlt. cas.* 59. Bellett. *l.c. tit. de Cler. debit. §.* 3. *nu.* 20. vbi tamen laudabile dicit eligere sepulcrum commune, quia Canonici sunt fratres.
209 Vacante per obitum alicuius Canonici Prębenda de Capituli collatione, potest Capitulum propria auctoritate, omnes fructus tépore vacationis obuenientes percipere, ac inter Canonicos diuidere, vt aduertunt Abb. *in cap. Querelam tit. ne Præl. vic. num.* 1. Ferrett. *cons.* 337. *nu.* 3. *vol.* 1. Penia *dec.* 1479. *nu.* 1. Vnde in his non constituitur Economus. Viuian. *in cap. cum vos de off. ind.* Si

aliud fuerit consuetudine præscriptum. Ratio est, quia vti fructus, qui colliguntur post mortem Præbendati, non veniunt sub nomine spoliorum. Ricc. *collect.* 2930.

211 Vacante prima Dignitate Ecclesiæ Collegiatę, habente tantũmodo iurisdictionem in foro interiori, ob curam animarum eidẽ annexãm, ob eius mortem Ecclesia dicitur viduata quo ad curam animarum, non quo ad Ecclesiam Collegiatam, quæ gubernatur à maiori parte Canonicorum; & Capitulum retinet idem ius vt prius in condendis statutis, & disponendis rebus Capitularibus, & Ecclesiæ, vt tradunt Innoc. *in cap. cum non ignores de præb.* Marc. *dec.* 1367. *nu.* 1. *& vlt.* Lotther. *de re ben. lib.* 1. *q.* 34. *nu.* 86. *& lib.* 3. *q.* 3. *nu.* 28. Non potest tamen aliquid statuere, aut attentare, quod sit in præiudicium iurium Parrochialium eiusdem Dignitatis; vt aduertunt Anchar. *in cap. sicut nu.* 2. *de iureiur.* & Pauin. *loc. quæst.* 5. *nu.* 8. Cæterùm, sicut Sede Episcopali vacua eligendus est in Vicarium vnus de Capitulo. Quaran. *in sum. V. Capitulum nu.* 10. ita in Collegiata, vt supra viduata, saltem ex congruitate in Vicarium, & Æconomum, quo ad iura, & officia Parrochialia, & reddituum ad dictam primam dignitatem spectantium exactionem deputandus est ab Episcopo aliquis idoneus eiusdemmet Capituli Canonicus, quod erit in honorem ipsius Ecclesiæ Collegiatę, ac in recisionem litium, quæ facilius euenire possent inter Vicarium extraneum à Capitulo, & Canonicos Collegiatæ, vt suadetur ex his quæ tradunt Grat. *discept. for. cap.* 298. & Rub. *singul. par.* 1. *ad decis.* 127. Lancell.

Præfato Vicario, & Æconomo assignatur de fructibus pertinẽtibus ad eandẽ Dignitatẽ, & Parochũ congrua portio arbitrio Episcopi, pensata qualitate personæ, loci, redditibus, labore, & similibus. Massobr. *in Prax. hab. concur. d.* 25. Farinac. *dec.* 442. *nu.* 3. *p.* 2. *in post.* Rot. *par.* 6. *diuer. diuer. decis.* 220. *nu.* 11. in qua portione non computantur funeralia, & alia incerta tempore vacationis obuenientia, eidemque Vicario competentia; vt post multos adnotauit Rot. *par.* 1. *recent. dec.* 437. *nu.* 1. Ratio est, quia cõgrua

212 datur pro alimentis, & venter non debet pendere à re incerta, cum non patiatur dilationem, ita Selu. *de ben. p.* 3. *q.* 12. *nu.* 34. Surd. *de alim. tr.* 1. *q.* 12. *nu.* 34. Surd. *de alim. tr.* 1. *q.* 44. *n.* 36. In huius Collegiatæ exordio, ad tollendas lites inter primum Abbatem, & Parochum, ex vna, & Canonicos ipsius Ecclesiæ ex altera, facta fuit transactio in volumen statutorum redacta cæreos, qui à fidelibus dantur Sacristæ pro cantandis Missis, & officijs tam pro viuis, quã pro Defunctis, vel expositione Sanctissimi Sacramenti, necnon offertas,

fertas, quæ fiunt in eadem Ecclesia in adoratione Crucis feria sexta in Parasceue, æquis portionibus diuidendas esse inter Capitulares inseruientes ijsdem functionibus; & arbitrati sunt nonnulli id infirmari posse per dicti Abbatis successorem.

Primò, quia ante Collegiatam prædicta spectabant ad Parochum; ad tradita per Host. *in sum. lib. 3. tit. de paroch.* At in Bulla erectionis Collegiatæ Papa reseruat Abbati fructus, reditus, & prouentus, prout ante Collegiatę erectionem.

Secundò, quia dicta concordia facta fuit nulla adhuc mota lite, id quod esse necessarium docent iuristę in *l. transactio C. de trāsact.* & Canonistæ *in cap. super eo.*

Tertiò, quia transactionis natura est, vt aliquid vtriquè parti remittatur, cum sit contractus, qui dicitur *do, vt des*. Host. *in sum. hoc tit.* Farinac. *par. 1. dec. 447. nu. 3.*

Quartò, quia non fuerunt adhibitæ solēnitates requisitæ, quæ in trāsactione requirūtur, prout in alienatione; ad tradita p Rodoan. *l. c. q. 2. cap. 1.* & elicitur ex extrau. Ambitiosæ *de reb. Eccl. non alien.*

Quibus parùm vrgentibus, sum in voto præfatam concordiam validam existere, & in perpetuum fore, pluribus rationibus quas statim in reijciendis contrarijs demonstrabimus. Ad primum ex aduerso allatum respondeo; Nil officere ei, cui incumbit cura Animarum relinqui redditus Ecclesiæ, vt prius, nam explicari potest de Ecclesiæ fructibus, & emolumentis, quę proueniūt ex cura in ministrandis Sacramentis, benedicendis nuptijs, sepelliendis mortuis; non autem de eleemosynis, & candelis prouenientibus ex Choro, & Festiuitatibus, ac Diuinarum precum decantatione. Quæ licet ante Collegiatā competerent Parocho; id erat, quoniā ipse decātabat Missas, & alias diuinas preces, ad quod opus in eius locū à Papa fuit suffectū Capitulū. vt docet Possen. *de off. cur. cap. 2. nu. 1. & liquet ex Bull.* idē pcedit de intortitijs, quæ in hac Ecclesia ponūtur super Cathaphalcos, vel Sepulcra defunctorū, sup quibus fuit à Parrocho celebratū officiū, tam cōsignatis, quā tradēdis sepulturæ, etenim peracto ab eo officio iuxta Rit. Rom. ipsius cura absoluitur, ut ait Bordon. *2. p. res. 51. n. 24. & seq.* & deinceps mortuorum curę animarum remanent sub cura Dei, ad tradita per Roman. *cons. 356. nu. 4.* & Morbiol. *de Capit. n. 26.* Nec his aduersantur exarata superius Lib. I. Funeralia defuncti, qui tumulatur in Ecclesia Collegiata, deberi Animarum curatori; tum quia no-
313 mine funeralium non comprehenduntur candelę quæ ponuntur super Altaribus etiam in die depositionis Defuncti, sed solùm, quæ deferuntur accensæ vna cum funere, ita glos. *in clem. dudum de sepult.*

pult. Caroc. *in tract. de Quar. cap.* 3. & Bord. *l. c.* Tum quia d. Lib. I. fuit fermo de Collegiata, ubi non refidebat Curatus. Hic verò loquimur de Parrocho, qui eſt de Capitulo, & quamuis folus perferat onera Parrochialia, Canonici cœtera munia exequuntur in canendis Miſſis, & diuinis officijs, & dum ipſe eſt in exercitio curæ, ad hæc abſens à Choro participat, de diſtributionibus, & emolumentis vna cum Canonicis Choro inſeruientibus, vt dictum eſt Lib. II. itidem Candelæ, quæ ſuperſunt, in expoſitione Sanctiſſimi, videntur diuidendæ, vt ſupra, nam quamuis expoſitio ſit munus Parrochi, decet conuocare Canonicos ad fundendas preces iuxta mentem tribuentis cæreos pro expoſitione. ita cenſuit S.R.C. die 18. Iunij 1633. ac multò magis decet Canonicos participare de oblatione in ſupradicta die Veneris Sancti, in qua ſoli portant canendi pondus; & ipſorum officium in Eccleſia, & Choro par eſt cum Canonicis Cathedralis. Moſcon. *l. c. fol.* 301.

Ad ſecundum obiectum dico, non fuiſse neceſſarium litem motam fuiſſe in iudicio ſuper dictis cœreis, ſed ſufficere illa verba ſtatuti ad tollendas lites. Corneue *conſ.* 267. *nu.* 18. *lib.* 4. Canal. *dec.* 445. *nu.* 2.

Ad tertium respondetur, Parrochum conſueuiſſe ab immemorabili ante erectionē Collegiatæ, cuilibet Presbytero huius Parrochiæ tradere *Iuliū* vnū accedenti ad benedictionem Fontis, & aliorum interuenientibus Proceſſioni in Vigilia Aſcenſionis, cui prætenſioni fuit ob dictam concordiam à Canonicis renunciatum. Ad quę ſi fiat reflexus, & ſimul ad tranſactionis tempus, quod de iure venit attendendum, vt ante alios docuit Abb. *par.* 2. *conſ.* 56. Quia tunc incerta, de quibus noſter eſt ſermo, erant ſatis tenuia, dictus Parrochus ob eam, tranſactionem non poſset dici læſus, nec eius reſciſſionem prætendere, etiamſi adeſſet aliqua parua læſio, quia non reſcinditur, niſi ſit vltra dimidium. Abb. *l. c. conſ.* 15. *nu.* 1. Coccin. *deciſ.* 268. *nu.* 8. Canal. *dec.* 47. *nu.* 1.

Denique non releuat in ea non interueniſse beneplacitum Apoſtolicum, etenim ſufficit conſenſus Epiſcopi, eo quòd non agitur de bonis ſtabilibus, quibus in d. extrau. ſed de incertis, in quorū alienatione inter Eccleſiaſticos ſatis eſt, Epiſcopum præbere conſenſum. Anchar. *in cap. vlt. de pact. in* 6. Vrſell. *l. c. V. alienatio nu.* 83. & ſufficit præſtitus etiam poſt facto. Lopez *de contract. lib.* 2. 40. Bonac. *in tr. de Simon. diſp.* 1 *i. nu.* 1. Addo probabilem eſſe ſententiam firmantium prohibitionem d. Extrauag. de alienandis bonis, & ſi immobilibus non procedere, dum ex cauſa transferuntur de vna Eccleſia in aliam. Ita ante, & poſt alios accerrimè defendunt

sendunt Pasqual. *cent.* 1. *q.* 95. *nu.* 3. Ciarlin. *tom.* 1. *contr. for. cap.* 18. *nu.* 32. Ratio est, quia vna est Ecclesia vniuersalis. *cap. loquimur* 24. *q.* 1. Aliæ sunt membra Genuen. *pract. QQ can. q.* 481. *nu.* 1. & multo fortiùs hęc doctrina locum sibi vendicat, ubi nil datur alię Ecclesiæ; & DD. loquentes non posse fieri translationem bonorum cuiuscunq. Ecclesiæ in aliam absque licentia Papæ inter quos residet Sperell & alij, quos sequitur Rot. *p.* 7. *diuer. dec.* 190. *num.* 12. Non contrariantur, posse fieri, dum nil aufertur ab eadem Ecclesia, quod applicatur in casu nostræ Collegiatæ cuius Canonicatus sunt tenues, & Abbatia pinguis, atque publicè interest, vt plures ex pingui beneficio alantur. Bursatt. *cons.* 126. *nu.* 90. & semper iura fauent transactionibus, vt substineantur ad extinguendas lites. Rot. *p.* 7. *diuer. in præfat.*

Capitulum etiam de consensu Episcopi eligere non potest duos
214 Canonicos ad vnam Præbẽdam vacantem, & ad illius collationem pertinentem nisi redditus essent sufficientes pro duobus. Abb. in *in cap. Relatum n.* 5. *de præb.* Imol. *in cap. vacante eod. tit.* Nam iniusta dicitur miseratio Altare vnum operire, & aliud detegere, vt inquit Port. *cons.* 109. *nu.* 7.

Capitulum nequit quascunquè præbendas, vel pingues primò vacaturas alicui polliceri, vt aduertunt Zipeus *lib.* 3. *de cõcess. præb.* & Gonzal. *l. c. in proem.* §. 1. *nu.* 54. Sublatæ sunt expectatiuæ à Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 19. *de ref.* ut notat Piasec. *in prax. p.* 2. *cap.* 5. *nu.* 2. Ob eandem causam S.C.C. 12. Martij 1619. prohibuit expectatiuas ad loca Monialium vacatura. Pariter illicita est promissio Patroni Laici certam personam pręsentandi ad suam Præbendam, vel Beneficium de iurepatronatus, ubi primum vacare contigerit, & talis promissio non tenet. Duran. *p.* 1. *dec.* 56. *num.* 4. Alagon. *super cap. Vlt. de concess. præb.* Guido Papa *in cap. ex tenore eod. tit.* Viuian. *in cap. Nulla de concess. præb.*

Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ Secularis non est potestas condonandi iniuriam alicui Canonico intuitu personę illatam. Zabarell. *in clem.* 1. *de for. compet. nu.* 2. Say. *de censur. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 9. Ratio est, quia iniuria facta Canonico pro eius causa, non redundat in dedecus Capituli, quod differt à singulis de Capitulo, vt docent Rub. *l. c. V. Capitulum n.* 12. & fusè Franc. *dec.* 2. *per tot.* Quod concernit Canonicos sepàratim non pertinet ad Capitulum. & è conuerso. Io. Font. *dec.* 3 5. *nu.* 1. Cancer. *var. de seruit. cap.* 5. *n.* 7.
215 Non possunt singuli Canonici conueniri pro obligatione, siue debito Capituli. Anchar. *in cap. mandatum nu.* 1. *de præb. in* 6. Corneus *cons.* 89. *nu.* 11. *vol.* 2. Quia sicut si quid debetur Capitulo singulis

non

non debetur. Villagut. vbi supra *cap.* 101. *in fin.* ita debitum Capituli non est debitum singulorum. Fely. *in cap. eam te nu.* 14. *de rescript.* Afflict. *decis.* 400. *nu.* 2. & solutio debet fieri de bonis communibus. Vidal. *l. c. inquis.* 14. *nu.* 13. tenetur tamen Capitulum ex delicto officialium, quos elegit, vt docet Abb. *in suis singul. V. Capitulum, & V. Vniuersitas.* In his, quæ spectant ad Canonicos, vt singulos, consensus potest præstari separatim etiam non collegialiter. glos. *in extrauag. cum inter* Io: 22. *de verb. signif. & in cap. Si Archiepiscopus de temp. ordin.* secus in rebus, quæ spectant ad Canonicos, vt Capitulum. rationem assignant Dec. *cons.* 437. *num.* 3. Mart. *de iurisd. p.* 1. *cap.* 11. *nu.* 24. Litteræ communes coram omnibus interesse habentibus, collegialiter congregatis aperiuntur per secretarium Capituli, vel alium ab eo deputatum, qui præfatis omnibus videntibus, & audientibus eas aperire, ac intelligibili
216 voce legere debet. Ita de mente S. C. tradit Gauan. *in man. V. Capitulum nu.* 35. Non obligatur Capitulum Notarium, aut Secretariũ retinere, vt sentit Fariuac. *dec.* 217. *nu.* 2. *par.* 2. & censuit S. C. C. *ad cap.* 6 *sess.* 25. Potest verò si placuerit ipsos assumere ministros tàm Laicos, quam Clericos. Vener. *l c. lib.* 4. *cap.* 29. *nu.* 22. & declarauit S.C. apud Marzill. *l.c. lib.* 4. *fol.* 5. Ante dictæ litteræ Missiuæ aliquod Capituli interesse continentes reponendę sunt in Archiuio, quod tam Cathedralis, quam Collegiatæ Capituli, habere debet in aliquo tuto loco Ecclesiæ, eiquè pręficiuntur duo Canonici cum clauibus diuersis, ibiq. conseruantur sigillum Capituli liber Inuentarij bonorum Capituli; Volumen statutorum, ac Decretorum Capitularium, omnesque scripturæ, & libri spectantes ad Canonicos, tam consideratos, vti vniuersos, quam vti singulos. Brancat. *in epit. V. Archiuium,* & innuit Grat. *discept. for. cap.* 142. *n.* 27. Qui libri si sint rogati per Notarium Capituli fidem faciunt etiam contra tertium. vt notant Vrsell. vbi supra *con.* 137. *nu.* 27. & Buratt. *dec.* 539. *nu. Vlt. in addit.* Si autem sint exarati per Canonicos, probant duntaxat contra ipsos de Capitulo, & fides ex his libris desumpta non potest à Capitularibus impugnari. Caputaq. *dec.* 156. *nu.* 1. Ludouis. *dec.* 159. *nu.* 2. Rot. *p.* 7. *diuer. dec.* 308. *nu.* 19. & ideò circa residentiam, & absentiam standum esse libro Punctatoris. tenent Fely. *in cap. Ad audientiam nu.* 16. *de præscript.* Anchar. *cons.* 44. *nu.* 5. Farinac. *dec.* 629. *nu.* 1. *p.* 2. Duran. *p.* 1. *dec.* 216. *nu.* 1. & *dec.* 222. *nu.* 2. potest tamen quilibet Canonicus Punctatoris librũ cernere, ac si aliquem reperiat defectum in Capitulo referre, vt inquit Vener. *de exam. Episc. l. 2. cap.* 43. *nu.* 9.

Rr Vnus

217 Vnus, vel plures Canonici sunt idonei testes pro probandis, quæ fiunt in Capitulo Archid. *in cap. veniens de test.* Bonet. *in singul. V. testis nu.* 43. Sylu. *eod. V. nu.* 1. Atque possunt testimonium ferre in causa, quę vertit inter Capitulum, & alios circa bona communia pluribus vt Capitulo, quia tali casu testificantur ut singuli. Bald. *in cap. & doceri de rescript.* Mascard. *de prob. con.* 271. *nu.* 9. Viuian. *super cap. testis de probat.* vbi aliam adfert rationem. Et quāuis non sint testes omni exceptione maiores, si eis vt vniuersis, aliqua proueniat vtilitas, ex Natta *cons.* 672. *n.* 58. Honded. *cons.* 17 *nu.* 42. *lib.* 1. tamen non possunt repelli. Brancat. *V. Canonici*, quo ad test. & Put. *dec.* 15. *lib.* 3. & sunt magis integri testes Canonici pro Capitulo, quam Laici pro Vniuersitate, vt satis probat Ant. de B. *super cap. cum nuncius de test.* Non potest Canonicus aduocare

218 in lite ab alijs mota contra Capitulum. Alias tanquam ingrati possunt ab eodem Capitulo priuari voce; mensa Capitulari, & alijs emolumentis. glos. *in cap. veniens de test. V. Canonico.* Abb. *antiq. in cap. Vlt. de procur.* Diaz *in prax. cap.* 65. Salzed. ibid. Veruntamen, si aliquis Canonicus in defectum extraneorum esset, uel à Laico inductus contra Capitulum, debet pro ueritate testificari, quoniam hoc est onus necessarium. Boich. *in cap. Sacerdotes nu.* 1. *de postul.* Daoyz *V. beneficiatus.* & potest adhoc compelli. Mascard. *de prob. con.* 306. *nu.* 5. *tō.* 1. Sperell. *dec.* 71. *nu.* 48. *vol.* 1.

Potest etiam Canonicus agere cōtra Capitulum iudicio finium regundorum aduersus Concanonicum, ac litigare pro augumento

219 suæ Præbendæ pariter fundatæ de bonis Ecclesiæ, cum parui referat Capituli, num magis adiudicetur vni Præbendato, quam alteri. Bald. *in d. cap. edoceri nu.* 14. *& in cap. ex litteris nu.* 8. *de probat.* Atque fas est alium Canonicum in testem adducere contra alium eiusdem Ecclesiæ Canonicum. glos. *in cap. cum R. de off. deleg.* vbi Fely. Barb. *in cap. Prudentia* 4. *q.* 2. *nu.* 6. Quamuis singula officia singulis sint committenda personis. *cap. cum ad singula de præb. in* 6. Dignitatem tamen, & Canonicalem præbendam potest quis retinere vbi talis viget consuetudo. Azor. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *q.* 18. intellige, dumodo non habeant onera repugnantia, hoc est eodem tem-

220 pore incumbentia, ut aduertunt Paris. *cons.* 39. *num.* 15. *p.* 4. Nau. *cons.* 21. *de præb.* Less. *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 34. *nu.* 144. Put. *dec.* 189. *lib.* 3. Atque seposita consuetudine, potest Canonicus obtinere dignitatem honorariam, de qua superius Lib. I. præfati sumus, cum enim non habeat nisi purum nomen, cessat ratio impotentiæ seruitij in vtroq. Hoied. *de incompat. p.* 1. *cap.* 13. *nu.* 1. Sylu. *V. Beneficium*

neficium nu.vlt. Lara *de Cappell. lib. 2. cap. 3. nu.* 15. Sanchez *l.c. lib. 2. cap. 2. dub.* 17. *nu.* 23. Et Episcopus conferens videtur tacitè dispensare DD. apud Bonac. *de censur. disp.* 3. *q.* 1. *pun.* 4. §. 2. *num.* 11.

221 Canonicalis præbenda, & Beneficium simplex tàm liberç collationis, quàm de iurepatronatus licitè habetur cum dispensatione Episcopi, etiamsi sint intra idem tectum; quando vnum non est sufficiens pro victu Canonici. Gomes. *de litt. grat. l.c. fol.* 29. Gonzal. vbi supra *glos.* 10. *nu.* 41. Garc. *de ben. p.* 11. *cap.* 5. *nu.* 373. Facundez *l.c. lib.* 3. *cap.* 9. *nu.* 4. Leoncill. *de priuil. pau p. l. c. priu.* 46. *nu.* 5. Castr. Pal. *p.* 2. *tr.* 13. *d.* 4. *p.* 3. *nu.* 1. Et Episcopus debet esse facilis ad impertiendam talem dispensationem, vt Canonicus valeat, honorabilius substentare Canonicatus gradum. Gomes. *l. c. in fin.* Immò poterit conferre nullà habita ratione; An alterum ex his beneficijs sit sufficiens ad substentationem, & idde consuetudine. Moscon. *l.c. tit. de ben. fol.* 453. In eadem verò Ecclesia absque indultu Papç, quis non potest esse triplex, nempè fruendo Cappellania Canonicatu, & Dignitate; ita docent Monet. *de opt. cap* 6. *q.* 6. *nu. eod.* Zambell. *l.c. V. beneficiatus*, & Grat. *discept. for. cap.* 133. *nu.* 18.

Nec potest Canonicus Pœnitentiarius in eadem Ecclesia possidere Beneficium simplex, cum iam gaudeat officio Pœnitentiariæ, & Canonicatu; prout aduertit Antonell. *l.c. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 19.

222 Canonicus obtinens Beneficium curatum, Canonicatus ipso iure vacat Campanil. *l.c. rubr.* 12. *cap.* 7. *num.* 20. sed non obligatur primum renunciare, nisi per duos Menses à die adeptæ pacificç possessionis secundi. Ricc. *in prax. par.* 3. *ref.* 302. Garc. *l. c. num.* 55. Ratio assignatur a glos. *in cap. Si tibi de præb. in* 6. Canonicus non

223 potest propria authoritate renunciare, siue resignare suum Canonicatũ, & Præbendã absq; licẽtia legitimi Superioris, *cap. olim de rer. permut.* vbi Innoc. & Abb. Angel. *V. permutatio nu.* 3. Renunciatio est duplex, conditionalis, & simplex; Primò modo scilicet ad fauorem certç personæ non potest fieri, nisi coram Summo Põtifice. glos. *in cap. ex parte de off. deleg.* Marta *Digest. nou. tit. resignatio cap.* 44. Secundò modo effici potest in manibus Episcopi, vel Capituli, cuius est collatio, neminem tamen disignando cui sit ab eis conferenda. *cap. significasti de elect.* Farinac. *dec.* 124 *nu.* 4. *p.* 1. Atque tenetur exponere, se ad illius titulum fuisse sacris initiatũ, vt notant Valer. *V. subreptio diff.* 1. *& alij.*

Ad permutandum Canonicatum de iurepatronatus requiritur penes Episcopũ expressa voluntas Patroni. Vasq. *l.c. cap.* 2. §. 4.

d.4. Azor. *l.c. lib.7. cap.29.* & recusante Patrono non poterit Episcopus permutationem probare, nisi id poscat necessitas illius Ecclesiæ; vt benè obseruat Barb. *in vot. decis. par. 1. vot. 56. num.59.* Alias permutatio non valet Moscon. *loc. cit. tit. de benef. cap.2.* Possidens Canonicatum de iure patronatus Laicorum non potest eum renunciare in manibus Laici, *cap. quod in dubijs de renunt.* vbi glos. sed in manibus Episcopi coram quo actus fieri potest etiam non conuocato Patrono. Zabarell. *in clem. 1. nu. 18. de renunc.* Abb. *in cap. vlt. eod. tit. nu. 18.* Tenetur tamen procurare, vt id ad eius notitiam perueniat, vt valeat alium præsentare; vt notat Calder. *cons. 6. de renunc.*

Canonici tam Cathedralis, quàm Collegiatę tenentur obedire Episcopo, & adiuuare in onere Ecclesiæ Moscon. *l.c. cap.15. in fin.* & propterea recusare non possunt delegationem causarum, ac

225 alia officia necessaria pro Tribunali Episcopi, *vt ex cap. pastoralis de off. deleg.* notat Genuen. *l. c. q. 241. nu. 3.* Episcopus enim est Ecclesiarum, & Canonicorum Dominus, & talem negantes ab eo multantur ad tradita *in cap. grauem de excess. Prælat.*

Canonicus non potest, vt suspectus allegari in causa sibi delegata circa bona Præbendæ distinctæ sui Concanonici, de qua nullum sibi prouenit commodum: ita probabiliter tenet Farinac. *in pract. crim. p.3. cap.60. nu.461.* secus in causa sui Capituli. Grass *except. 24. nu.23.* Ricc. *decis. 179. nu.1. par. 1.*

226 Canonicus non potest sine mandato in Iudicio agere pro Concanonico. Ripa *in cap. cum M. num.67. de const.* Roman. *singul. 656.* Admittitur verò ad agendum pro defensione iurium sui Capituli absque mandato data cautione de rato. glos. *in d. cap. cum M. V. socij.* Card. Turrecr. *in cap. Nicena dist. 31.* Caputaq. *dec. 91. n. 4. p. 1. cum alijs.* sed debet probare se esse Canonicum ipsius Ecclesiæ. Mascard. *l.c. conf. 58. nu. 1.*

Canonicus promouens negotia sui Capituli absque eius com-

227 missione, si gessit vtiliter, & res habuit effectum poterit repetere expensas, quas Capitulum tenetur reficere. Bald. *in cap. cum pro causa nu. 1. de procur.* Oldrad. *conf. 38. nu. 2.* Duard. vbi supra *decis. 287.* Aliter dicendum si res optatum effectum sortita non fuerit. Alagon *superd. cap. cum pro causa.* Camerarius post suum officium terminatum coram Capitulo, vel deputatis rationem reddere tenetur de his, quæ administrauit Bero *conf. 191. num. 13. Vol. 1.* & protrahente exactionem, quam est obnoxius intra annum perficere de proprio obligatur persoluere quicquid exigendum superest.

rest. vt probat Genuen. *l.c. q.443. nu.2.* Atque tàm Camerarius,
228 quàm alius officialis ad aliud Capituli officium reeligi non potest, nisi prius rationem reddat anteactæ administrationis; ut tradunt Fragos. *l.c. lib.7. d 20. nu.5. to 1.* & Barb. *in vot. decis. can. Vot.39. nu.68. lib.2.* Possuntque Canonici per viam iuris ipsum Camerarium constringere ad distribuendum fructus, & prouentus quos exegit, etiamsi non omnes fuerint exacti. Genuen. *u bi supra quæst. 629. nu. vlt.* Quiuis Canonicus non potest absq. commissione maioris
229 ioris partis Capituli litteras nomine Capituli alicui scribere, alias grauiter delinquit, & tanquam falsarius debet ab Episcopo puniri instante Capitulo. ita docet Daoyz *in suo repert. V. Capitulum,* & fauet glos. *in cap. ex litteris de test.* Atq huiusmodi litteræ, absque dicto mandato exaratæ nullum afferũt præiudicium Capitulo, & si essent sigillatæ capitulari sigillo. ad tradita per Rot. *p 3. diuer. dec. 57. nu.3.* Ratio est, quia debet constare de auctoritate sigillantis Bald. *in cap Tertio nu.8. de probat.* De ijs, quæ dicta, vel facta fuerunt à Canonicis in Capitulo, nemini licet extra cum extraneis discurrere; vt aduertit Homob. *in com. par.1. tr.1. q.35. cap.3.* vbi inter ea, de quibus ab Episcopo examinandus est ad nouum Canonicatum recipiendus, vel instituendus hoc quæsitum ponit, quo peccati genere delinquat, qui insinuata reuelat. circa quod videatur idem Homob. *de stat. hum. Vit. p.7. cap 22.* & Menoch. *de arbit. Iud. cas.319.*
230 Capitulum valdè rationabile condit statutum iuratum de non propalando, quæ in Capitulo tractantur; interest enim ne eius colloquia pandantur forensibus, vt notat Villag. *l c. p.1. cap.36. n.11.* Canonici, qui iuxta fœminarum modum, quæ teste D. Hyeron *to.2 epist. fol.148.* nihil retinere norunt, extra Capitulares limites secreta Capituli prodiderint, plectendi sunt pœnis à statuto, & à iure communi impositis, de quibus Host *in cap. Clericos de vit. & hon. cleric.* & Lopez *in addit. ad Diaz. cap.106.* Et sicut Consules reuelantes secreta communitatis officio priuantur; ad tradita per Clar. *in prax. lib.5. q.73. nu.6.* sic Canonicus hoc vitio maculatus faciendus est extra Capitulum, vt inquit Raguc. *de voc. quæst. 25. nu.3. & q 18. nu.4.* Iam effati sumus de potestate, quam retinent Canonici Episcopo subiecti, tàm Cathedralis, quàm Collegiatarum Ecclesiarum suæ Ciuitatis, & Diœcesis, & non ignorandum, vt notat Bero *in rubr. de const. nu.4.* eadem facultate in condendis statutis, & alijs gaudere Canonicos ab Episcopo exemptæ Collegiatæ cum consensu Præpositi eiusdem Ecclesiæ habentis omnimodam

modam iurisdictionem,& territorium distinctum. Insuper si contigetit ipsum ex hac vita decedere, Capitulum succedit in eius auctoritate, iudiciali,& iurisdictione, prout Capitulum Cathedralis Sede Episcopali vacua, verè, scilicet mortem naturalem Episcopi, aut fictè, hoc est, quia Episcopus fuerit ingressus in aliquam Religionem, vel translatus ad aliam Ecclesiam, succedit in Episcopi
231 iurisdictione ordinaria. Sborz *de off. Vic. lib. 3. cap. 42.* Dian. *p. 11. tr. 3. ref. 24* Sperell. *dec. 31. nu. 2. p. 1.* Quapropter vtrunque Capitulum respectiuè eligit Vicarium Capitularem. Quaran. *in sum. V. Capitulum.* potest condere leges,& statuta etiam cum pęnis circa statum Ecclesię obligantia totam Diœcesim, vt post alios notat Dian. *p. 11. tract. 3. ref. 24.* amplia etiamsi essent contra Constitutiones Synodales prædefuncti Episcopi. Dummodo Capituli Decreta non existant contra ius commune. Bott. *de Synod. p. 3. nu. 124* Besseus *l. c. V. capitulum nu. 6.* & Franc. Pauin. *in tract. de off. & pot. cap. sed. vac. q. 5. nu. 7.* potest condonare pœnas ab Episcopo inflictas, vel alio modo gratiare. Nouar. *QQ. for. p. 1. q. 102. num. 5.* Ac Vicarios foraneos ab Episcopo iam creatos remouere, atque nouos constituere. Pauin. loc. mox cit. *p. 2. q. 10.*

Circa potestatem Capituli sede Episcopali, uel quasi Episcopali vacante, hæc pauca tetigimus, quia in facti contingentia hic recenter euenerunt; Cætera, quæ sunt per plura, consulto prætermittimus; Tum quia non sunt nostri instituti, tum quia nimium crescerent paginę huius libri; si quis id scire cupiat, adeat Castr. Pal, *p. 2. tract. 13. d. 2. pun 29.* Garc. Zerol. Antonell. Pauin. Besseu. Sbroz loc. cit.& signanter Quaran. *in sum Bullar. V. Capitulum per tot. vbi nu. 1.* recenset multa iura ad hanc materiam spectantia.

Vt autem huic operi finem imponam, extrema iungendo primis, dixero; Sit cordi omnibus,& singulis Canonicis in Choro honestas, in Altari summa reuerentia, in Capitulo vtilitas agendorum; primario in Diuini Cultus manutentione, ac propagatione sint intenti. Secundario in rerum temporalium Ecclesiæ,& Capituli defensione, atque ampliatione sine quibus Capitulum Canonicorū
232 ſęcularium nequit consistere. ut notabiliter inquit Gennen. *pract. QQ. Eccle. q. 546.* & consonat *cap. cum secundum de præb.* Quod commune, est, communiter negligi solet. Mantiss. *de iur. Burg. cap. 1. nu 705. glos in cap. Ne sed vac. & in extrauag. quia quorundam* Io: XXII. quod prouenit; quia Cōmunitas regulariter est ingrata his, qui ei benefaciunt. teste D. Aug. *de Ciuit. Dei lib. 3. verit 9.*& Oleaster super exod cap. ait: *Nemini seruit, qui Communi-*

munitati feruit. At tamen Canonici his humanis curis postpositis sint omninò intenti ad exequenda, quæ debent, iuxta munus suum ob mercedem, quam à Deo consequentur æternam, & sciant noui Canonici, eos, qui in prima erectione fuerunt instituti multos labores, & molestias passos fuisse, pro benè constituenda hac Collegiata, & grati sint, quæ sumus, pro nobis Preces offerre ad Altare DEI; cui sit omnis laus, honor, & gloria.

LAVS DEO, B. VIRG. MARIÆ, & SS. PETRO, & PAVLO APOST.



Errorum Correctio.

Pag.	lin.	Errata		Emendata
3	29	locudari		sedem dari
4	24	iura		iurium
7	9	precia		precii
7	25	Nos		Non
18	19	plurimo		plurimis
20	17	pecunia		penuria
36	7	non obligant	adde	Nicol.V.Vicar, nu. 8.
58	18	fiat locum		fit locorum
64	35	anConicum		Canonicum
70	27	proprius		propius
79	2	quæ si		quasi
89	26	fundamenta	adde	recitare
89	31	Strophiæ	adde	finem
95	36	induente		inducente
101	26	commououe:i		commoueri
108	12	Barb.		deleatur.
123	31	adde in fin,		Bard. reg. 14. & 41.
112	18	professis		professis
121	6	consueuerunt,		consueuerat
126	26	disferere		deserere
127	35	Vicariis		Vicarij
140	15	summo		summa
149	31	sed potest		sed non potest
154	27	tamen est tantum		non est tantum
173	8	cessionem		cessationem
174	12	iurare		iure
177	27	concinutur		concinuntur
186	7	præscripti		præscriptis
199	26	maximè		proximè
199	26	Regularis		regularis
229	9	punitur		ponitur
217	10	Subsacrista		Sacrista
226	41	post		pro
218	40	persistit	adde	Diana
222	26	remanetque		debetquè
234	7	Vices		Vicario
235	28	tenuentes		renuentes
238	11	mentium		mensium
249	30	multu		multam
271	12	consensu		concursu
275	35	prius		peius
305	32	decehens		decedens
309	8	Cepitulum		Capitulum
309	38	Canoeicos		Canonicos



Hæc grauiora inter impressionem errata emendanda duxi, leuiora Benignus corriget Lector,

fendunt Pasqual. *cent. 1. q. 95. nu. 3.* Ciarlin. *tom. 1. contr. for. cap. 18. nu. 32.* Ratio est, quia vna est Ecclesia vniuersalis. *cap. loquimur 24. q. 1.* Aliæ sunt membra Genuen. *pract. QQ. can. q. 481. nu. 1.* & multo fortiùs hęc doctrina locum sibi vendicat, ubi nil datur aliæ Ecclesiæ; & DD. loquentes non posse fieri translationem bonorum cuiuscunq. Ecclesiæ in aliam absque licentia Papæ inter quos resident Sperell & alij, quos sequitur Rot. *p. 7. diuer. dec. 190. num. 12.* Non contrariantur, posse fieri, dum nil aufertur ab eadem Ecclesia, quod applicatur in casu nostræ Collegiatæ cuius Canonicatus sunt tenues, & Abbatia pinguis, atque publicè interest, vt plures ex pingui beneficio alantur. Bursatt. *conf. 126. nu. 90.* & semper iura fauent transactionibus, vt substineantur ad extinguendas lites. Rot. *p. 7. diuer. in præfat.*

Capitulum etiam de consensu Episcopi eligere non potest duos
214 Canonicos ad vnam Præbēdam vacantem, & ad illius collationem pertinentem nisi redditus essent sufficientes pro duobus. Abb. in *in cap. Relatum n. 5. de præb.* Imol. *in cap. Vacante eod. tit.* Nam iniusta dicitur miseratio Altare vnum operire, & aliud detegere, vt inquit Port. *conf. 109. nu. 7.*

Capitulum nequit quascunquè præbendas, vel pingues primò vacaturas alicui polliceri, vt aduertunt Zipeus *lib. 3. de cōceff. præb.* & Gonzal. *l. c. in proœm. §. 1. nu. 54.* Sublatæ sunt expectatiuæ a Conc. Trid. *sess. 24. cap. 19. de ref.* ut notat Piasec. *in prax. p. 2. cap. 5. nu. 2.* Ob eandem causam S.C.C. 12. Martij 1619. prohibuit expectatiuas ad loca Monialium vacatura. Pariter illicita est promissio Patroni Laici certam personam presentandi ad suam Præbendam, vel Beneficium de iurepatronatus, ubi primum vacare contigerit, & talis promissio non tenet. Duran. *p. 1. dec. 56. num. 4.* Alagon. *super cap Vlt. de concess. præb.* Guido Papa *in cap. ex tenore eod. tit.* Viuian. *in cap. Nulla de conceff. præb.*

Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ Secularis non est potestas condonandi iniuriam alicui Canonico intuitu persone illatam. Zabarell. *in clem. 1. de for. compet. nu. 2.* Say. *de censur. lib. 2. cap. 18. nu. 9.* Ratio est, quia iniuria facta Canonico pro eius causa, non redundat in dedecus Capituli; quod differt à singulis de Capitulo, vt docent Rub. *l. c. V. Capitulum n. 12.* & fusè Franc. *dec. 2. per tot.* Quod concernit Canonicos separatim non pertinet ad Capitulum. & è conuerso. Io. Font. *dec. 15. nu. 1.* Cancer. *var. de seruit. cap. 5. n. 7.*
215 Non possunt singuli Canonici conueniri pro obligatione, siue debito Capituli. Anchar. *in cap. mandatum nu. 1. de præb. in 6.* Corneus *conf. 89. nu. 11. Vol. 2.* Quia sicut si quid debetur Capitulo singulis

non

non debetur. Villagut. vbi supra *cap.* 101. *in fin.* ita debitum Capituli non est debitum singulorum. Fely. *in cap. eam te nu.* 14. *de rescript.* Afflict. *decis.* 400, *nu.* 2. & solutio debet fieri de bonis communibus. Vidal. *l.c. inquis.* 14. *nu.* 13. tenetur tamen Capitulum ex delicto officialium, quos elegit, vt docet Abb. *in suis singul. V. Capitulum, & V. Vniuersitas.* In his, quæ spectant ad Canonicos, vt singulos, consensus potest præstari separatim etiam non collegialiter. glos. *in extrauag. cum inter* Io: 22. *de verb. signif. & in cap. Si Archiepiscopus de temp. ordin.* secus in rebus, quæ spectant ad Canonicos, vt Capitulum. rationem assignant Dec. *cons.* 437. *num.* 3. Mart. *de iurisd. p* 1. *cap.* 11. *nu.* 24. Litteræ communes coram omnibus interesse habentibus, collegialiter congregatis aperiuntur per secretarium Capituli, vel alium ab eo deputatum, qui præfatis omnibus videntibus, & audientibus eas aperire, ac intelligibili
216 voce legere debet. Ita de mente S. C. tradit Gauan. *in man. V. Capitulum nu.* 35. Non obligatur Capitulum Notarium, aut Secretariũ retinere, vt sentit Fariuac. *dec.* 217. *nu.* 2. *par.* 2. & censuit S. C. C. *ad cap.* 6 *sess.* 25. Potest verò si placuerit ipsos assumere ministros tàm Laicos, quam Clericos. Vener. *l c. lib.* 4. *cap.* 29. *nu.* 22. & declarauit S.C. apud Marzill. *l.c. lib.* 4. *fol.* 5. Ante dictæ litteræ Missiuæ aliquod Capituli interesse continentes reponendæ sunt in Archiuio, quod tam Cathedralis, quam Collegiatæ Capituli, habere debet in aliquo tuto loco Ecclesiæ, eique præficiuntur duo Canonici cum clauibus diuersis, ibiq. conseruantur sigillum Capituli liber Inuentarij bonorum Capituli; Volumen statutorum, ac Decretorum Capitularium, omnesque scripturæ, & libri spectantes ad Canonicos, tam consideratos, vti vniuersos, quam vti singulos. Brancat. *in epit. V. Archiuium*, & innuit Grat. *discept. for. cap.* 142. *n.* 27. Qui libri si sint rogati per Notarium Capituli fidem faciunt etiam contra tertium. vt notant Vrsell. vbi supra *con.* 137. *nu.* 27. & Buratt. *dec.* 539. *nu. vlt. in addit.* Si autem sint exarati per Canonicos, probant duntaxat contra ipsos de Capitulo, & fides ex his libris desumpta non potest à Capitularibus impugnari. Caputaq. *dec.* 156. *nu.* 1. Ludouis. *dec.* 159. *nu.* 2. Rot. *p.* 7. *diuer. dec.* 308. *nu.* 19. & ideò circa residentiam, & absentiam standum esse libro Punctatoris. tenent Fely. *in cap. Ad audientiam nu.* 16. *de praescript.* Anchar. *cons.* 44. *nu.* 5. Farinac. *dec.* 629. *nu.* 1. *p.* 2. Duran. *p.* 1. *dec.* 216. *nu.* 1. & *dec.* 222. *nu.* 2. potest tamen quilibet Canonicus Punctatoris librũ cernere, ac si aliquem reperiat defectum in Capitulo referre, vt inquit Vener. *de exam. Episc. l.c. cap.* 43. *nu.* 9.

Vnus, vel plures Canonici sunt idonei testes pro probandis, quæ
217 fiunt in Capitulo Archid. *in cap. veniens de test.* Bouer. *in singul. V. testis nu.* 45. Sylu. *eod. V. nu.* 1. Atque possunt testimonium ferre in causa, quæ vertit inter Capitulum, & alios circa bona communia pluribus vt Capitulo: quia tali casu testificantur ut singuli. Bald. *in cap. edoceri de rescript.* Mascard. *de prob. con.* 271. *nu.* 9. Viuian. *super cap. testis de probat.* vbi aliam affert rationem. Et quāuis non sint testes omni exceptione maiores, si eis vt vniuersis, aliqua proueniat vtilitas, ex Natta *cons.* 672. *n.* 58. Honded. *cons.* 17 *nu.* 42. *lib.* 1. tamen non possunt repelli. Brancat. *V. Canonici*, quo ad test. & Put. *dec.* 15. *lib.* 3. & sunt magis integri testes Canonici pro Capitulo, quam Laici pro Vniuersitate, vt satis probat Ant. de B. *super cap. cum nuncius de test.* Non potest Canonicus aduocare
218 in lite ab alijs mota contra Capitulum. Alias tanquam ingrati possunt ab eodem Capitulo priuari voce; mensa Capitulari, & alijs emolumentis. glos. *in cap. veniens de test. V. Canonico.* Abb. *antiq. in cap. ult. de procur.* Diaz *in prax. cap.* 65. Salzed. ibid. Veruntamen, si aliquis Canonicus in defectum extraneorum esset, uel à Laico inductus contra Capitulum, debet pro ueritate testificari, quoniam hoc est onus necessarium. Boich. *in cap. Sacerdotes nu.* 3. *de postul.* Daoyz *V. beneficiatus* & potest adhoc compelli. Mascard. *de prob. con.* 306. *nu.* 5. *to.* 1. Sperell. *dec.* 71. *nu.* 48. *vol.* 1.

Potest etiam Canonicus agere cōtra Capitulum iudicio finium regundorum aduersus Concanonicum, ac litigare pro augumento
219 suæ Præbendæ pariter fundatæ de bonis Ecclesiæ, cum parui referat Capituli, num magis adiudicetur vni Præbendato, quam alteri. Bald. *in d. cap. edoceri nu.* 14. & *in cap. ex litteris nu.* 8. *de probat.* Atque fas est alium Canonicum in testem adducere contra alium eiusdem Ecclesiæ Canonicum. glos. *in cap. cum R. de off. deleg.* vbi Fely. Barb. *in cap. Prudentia* 4. *q.* 2. *nu.* 6. Quamuis singula officia singulis sint committenda personis. *cap. cum ad singula de præb. in* 6. Dignitatem tamen, & Canonicalem præbendam potest quis retinere vbi talis viget consuetudo. Azor. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *q.* 18. intellige, dummodo non habeant onera repugnantia, hoc est eodem tem-
220 pore incumbentia, ut aduertunt Paris. *cons.* 39. *num.* 15. *p.* 4. Nau. *cons.* 21. *de præb.* Less. *de iust.* & *iur. lib.* 2. *cap.* 34. *nu.* 144. Put. *dec.* 189. *lib.* 3. Atque seposita consuetudine, potest Canonicus obtinere dignitatem honorariam, de qua superius Lib. I. præfati sumus, cum enim non habeat nisi purum nomen, cessat ratio impotentiæ seruitij in vtroq. Hoied. *de incompat. p.* 1. *cap.* 13. *nu.* 1. Sylu. *V. Beneficium*

neficium nu. vlt. Lara *de Cappell. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 15. Sanchez *l.c. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 17. *nu.* 25. Et Episcopus conferens videtur tacitè dispensare DD. apud Bonac. *de censur. disp.* 3. *q.* 1. *pun.* 4. *§.* 2. *num.* 1.

Canonicalis præbenda, & Beneficium simplex tam liberę col-
221 lationis, quàm de iurepatronatus licitè habetur cum dispensatione Episcopi, etiamsi sint intra idem tectum; quando vnum non est sufficiens pro victu Canonici. Gomes. *de litt. grat. l.c. fol.* 29. Gonzal. vbi supra *glos.* 10. *nu.* 41. Garc. *de ben. p.* 11. *cap.* 5. *nu.* 373. Facundez *l.c. lib.* 3. *cap.* 9. *nu.* 4. Leoncill. *de priuil. pa. p. l. c. priu.* 40. *nu.* 5. Castr. Pal. *p.* 2. *tr.* 13. *d.* 4. *p.* 3. *nu.* 1. Et Episcopus debet esse facilis ad impertiendam talem dispensationem, vt Canonicus valeat, honorabilius substentare Canonicatus gradum. Gomes. *l. c. in fin.* Immò poterit conferre nullā habita ratione; An alterum ex his beneficijs sit sufficiens ad substentationem, & idem consuetudine. Moscon. *l.c. tit. de ben. fol.* 453. In eadem verò Ecclesia absque indultu Papę, quis non potest esse triplex, nempè fruendo Cappellania Canonicatu, & Dignitate: ita docent Monet. *de opt. cap* 6. *q.* 6. *nu. eod.* Zambell. *l.c. V. beneficiatus*, & Grat. *discept. for. cap.* 133. *nu.* 18.

Nec potest Canonicus Pœnitentiarius in eadem Ecclesia possidere Beneficium simplex, cum iam gaudeat officio Pœnitentiariæ, & Canonicatu; prout aduertit Antonell. *l.c. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 19.
222 Canonicus obtinens Beneficium curatum, Canonicatus ipso iure vacat Campanil. *l.c. rubr.* 12. *cap.* 7. *num.* 20. sed non obligatur primum renunciare, nisi per duos Menses à die adeptæ pacificę possessionis secundi. Ricc. *in prax. par.* 3. *res.* 302. Garc. *l. c. num.* 55. Ratio assignatur à glos. *in cap. Si tibi de præb. in* 6. Canonicus non
223 potest propria auctoritate renunciare, siue resignare suum Canonicatū, & Præbendā absq; licētia legitimi Superioris, *cap. olim de rer. permut.* vbi Innoc. & Abb. Angel. *V. permutatio nu.* 3. Renunciatio est duplex, conditionalis, & simplex; Primò modo scilicet ad fauorem certę personæ non potest fieri, nisi coram Summo Pōtifice. glos. *in cap. ex parte de off. deleg.* Marta *Digest. nou. tit. resignatio cap.* 44. Secundò modo effici potest in manibus Episcopi, vel Capituli, cuius est collatio, neminem tamen disignando cui sit ab eis conferenda. *cap. significasti de elect.* Farinac. *dec.* 124 *nu.* 4. *p.* 1. Atque tenetur exponere, se ad illius titulum fuisse sacris initiatū, vt notant Valer. *V. subreptio diff.* 1. & *alij*.

Ad permutandum Canonicatum de iurepatronatus requiritur penes Episcopū expressa voluntas Patroni. Vasq. *l.c. cap.* 2. *§.* 4.

d.4. Azor. *l.c. lib.7. cap.29.* & recusante Patrono non poterit Episcopus permutationem probare, nisi id poscat necessitas illius Ecclesiæ; vt benè obseruat Barb. *in vot. decis. par. 1. vot. 56. num.59.* Alias permutatio non valet Moscon. *loc. cit. tit. de benef. cap.2.* Possidens Canonicatum de iure patronatus Laicorum non potest eum renunciare in manibus Laici, *cap. quod in dubijs de renunt.* vbi glos. sed in manibus Episcopi coram quo actus fieri potest, etiam non conuocato Patrono. Zabarell. *in clem. 1. nu.18. de renunc.* Abb. *in cap. vlt. eod. tit. nu.18.* Tenetur tamen procurare, vt id ad eius notitiam perueniat, vt valeat alium præsentare; vt notat Calder. *conf. 6. de renunc.*

Canonici tam Cathedralis, quàm Collegiatę tenentur obedire Episcopo, & adiuuare in onere Ecclesiæ Moscon. *l.c. cap.15. in fin.* & propterea recusare non possunt delegationem causarum, ac
225 alia officia necessaria pro Tribunali Episcopi, *vt ex cap. pastoralis de off. deleg.* notat Genuen. *l. c. q.241. nu.3.* Episcopus enim est Ecclesiarum, & Canonicorum Dominus, & talem negantes ab eo multantur ad tradita *in cap. grauem de excess. Prælat.*

Canonicus non potest, vt suspectus allegari in causa sibi delegata circa bona Præbendæ distinctæ sui Concanonici, de qua nullum sibi prouenit commodum; ita probabiliter tenet Farinac. *in pract. crim. p.3. cap.60. nu.461.* secus in causa sui Capituli. Grass *except. 24. nu.23.* Ricc. *decis.179. nu.1. par. 1.*

226 Canonicus non potest sine mandato in Iudicio agere pro Concanonico. Ripa *in cap. cum M. num.67. de const.* Roman. *singul. 656.* Admittitur verò ad agendum pro defensione iurium sui Capituli absque mandato data cautione de rato. glos. *in d. cap. cum M. V. soeij.* Card. Turrecr. *in cap. Nicena dist. 31.* Caputaq. *dec.91. n.4. p.1. cum alijs.* sed debet probare se esse Canonicum ipsius Ecclesiæ. Mascard. *l.c. conf.58. nu.1.*

Canonicus promouens negotia sui Capituli absque eius com-
227 missione, si gessit vtiliter, & res habuit effectum poterit repetere expensas, quas Capitulum tenetur reficere. Bald. *in cap. cum pro causa nu.1. de procur.* Oldrad. *conf.38. nu.2* Duard. vbi supra *decis. 287.* Aliter dicendum si res optatum effectum sortita non fuerit. Alagon *super d. cap. cum pro causa.* Camerarius post suum officium terminatum coram Capitulo, vel deputatis rationem reddere tenetur de his, quæ administrauit Bero *conf.191. num.13. vol.1.* & protrahente exactionem, quam est obnoxius intra annum perficere de proprio obligatur persoluere quicquid exigendum superit.

rest. vt probat Genuen. *l.c. q.443. nu.2.* Atque tam Camerarius,
228 quàm alius officialis ad aliud Capituli officium reeligi non potest, nisi prius rationem reddat anteactæ administrationis; ut tradunt Fragos. *l.c. lib.7. d. 20. nu.5. to 1.* & Barb. *in vot. decis. can. vot. 39. nu.68. lib.2.* Possuntque Canonici per viam iuris ipsum Camerarium constringere ad distribuendum fructus, & prouentus quos exegit, etiamsi non omnes fuerint exacti. Genuen. *ubi supra quæst. 629. nu. vlt.* Quiuis Canonicus non potest absq. commissione ma-
229 ioris partis Capituli litteras nomine Capituli alicui scribere, alias grauiter delinquit, & tanquam falsarius debet ab Episcopo puniri instante Capitulo. ita docet Daoyz *in suo repert. V. Capitulum,* & fauet glos. *in cap. ex litteris de test.* Atq. huiusmodi litteræ, absque dicto mandato exaratæ nullum afferunt præiudicium Capitulo, & si essent sigillatæ capitulari sigillo. ad tradita per Rot. *p 3. diuer. dec. 57. nu.3.* Ratio est, quia debet constare de auctoritate sigillantis Bald. *in cap Tertio nu.8. de probat.* De iis, quæ dicta, vel facta fuerunt à Canonicis in Capitulo, nemini licet extra cum extraneis discurrere; vt aduertit Homob. *in tom. par.1. tr.1. q.35. cap.3.* vbi inter ea, de quibus ab Episcopo examinandus est ad nouum Canonicatum recipiendus, vel instituendus hoc quæsitum ponit, quo peccati genere delinquat, qui insinuata reuelat. circa quod videatur idem Homob. *de stat. hum. Vit. p.7. cap 22.* & Menoch. *de arbit. Iud. cas.319.*
230 Capitulum valdè rationabile condit statutum iuratum de non propalando, quæ in Capitulo tractantur; interest enim ne eius colloquia pandantur forensibus, vt notat Villag. *l c. p.1. cap.36. n.11.* Canonici, qui iuxta fœminarum modum, quæ teste D. Hyeron *to.2 epist. fol.148.* nihil retinere norunt, extra Capitulares limites secreta Capituli prodiderint, plectendi sunt pœnis à statuto, & à iure communi impositis, de quibus Host *in cap. Clericos de vit. & hon. cleric.* & Lopez *in addit. ad Diaz. cap.106.* Et sicut Consules reuelantes secreta communitatis officio priuantur; ad tradita per Clar. *in prax. lib.5. q.73. nu.6.* sic Canonicus hoc vitio maculatus faciendus est extra Capitulum, vt inquit Raguc. *de voc. quæst. 25. nu.3. & q 18. nu.4.* Iam effati sumus de potestate, quam retinent Canonici Episcopo subiecti, tàm Cathedralis, quàm Collegiatarum Ecclesiarum suæ Ciuitatis, & Diœcesis, & non ignorandum, vt notat Bero *in rubr. de const. nu.4.* eadem facultate in condendis statutis, & aliis gaudere Canonicos ab Episcopo exemptæ Collegiatæ cum consensu Præpositi eiusdem Ecclesiæ habentis omnimodam

modam iurisdictionem,& territorium distinctum. Insuper si contigerit ipsum ex hac vita decedere, Capitulum succedit in eius auctoritate, iudiciali,& iurisdictione, prout Capitulum Cathedralis Sede Episcopali vacua, verè, scilicet mortem naturalem Episcopi, aut fictè, hoc est, quia Episcopus fuerit ingressus in aliquam Religionem, vel translatus ad aliam Ecclesiam, succedit in Episcopi
231 iurisdictione ordinaria. Sborz *de off. Vic. lib. 3. cap.* 42. Dian. *p.* 11. *tr.* 3. *ref.* 24 Sperell. *dec.* 31. *nu.* 2. *p.* 1. Quapropter vtrunque Capitulum respectiuè eligit Vicarium Capitularem. Quaran. *in sum. V. Capitulum.* potest condere leges,& statuta etiam cum pęnis circa statum Ecclesię obligantia totam Diœcesim, vt post alios notat Dian. *p.* 11. *tract.* 3. *ref.* 24. amplia etiamsi essent contra Constitutiones Synodales prædefuncti Episcopi. Dummodo Capituli Decreta non existant contra ius commune. Bott. *de Synod. p.* 3. *nu.* 124 Bellus *l.c. V. capitulum nu.* 6.& Franc. Pauin. *in tract. de off. & pot. cap. sed. vac. q.* 5. *nu.* 7. potest condonare pœnas ab Episcopo inflictas, vel alio modo gratiare. Nouar. *QQ. for. p.* 1. *q.* 102. *num.* 5. Ac Vicarios foraneos ab Episcopo iam creatos remouere, atque nouos constituere. Pauin. loc. mox cit. *p.* 2. *q.* 10.

Circa potestatem Capituli sede Episcopali, uel quasi Episcopali vacante, hæc pauca tetigimus, quia in facti contingentia hic recenter euenerunt; Cætera, quæ sunt per plura, consulto prætermittimus; Tum quia non sunt nostri instituti, tum quia nimium crescerent paginę huius libri; si quis id scire cupiat, adeat Castr. Pal. *p.* 2. *tract.* 13. *d.* 2. *pun* 29. Garc. Zerol. Antonell. Pauin. Besseu. Sbroz loc. cit.& signanter Quaran. *in sum Bullar. V. Capitulum per tot. vbi nu.* 1. recenset multa iura ad hanc materiam spectantia.

Vt autem huic operi finem imponam, extrema iungendo primis, dixero; Sit cordi omnibus,& singulis Canonicis in Choro honestas, in Altari summa reuerentia, in Capitulo vtilitas agendorum; primario in Diuini Cultus manutentione, ac propagatione sint intenti. Secundario in rerum temporalium Ecclesiæ,& Capituli defensione, atque ampliatione sine quibus Capitulum Canonicorū
232 sęcularium nequit consistere. ut notabiliter inquit Gennen. *pract. QQ. Eccle. q.* 546. & consonat *cap. cum secundum de preb.* Quod commune, est, communiter negligi solet. Mantiss. *de iur. Burg. cap.* 1. *nu* 705. *glos in cap. Ne sed vac. & in extrauag. quia quorundam* Io: XXII. quod prouenit; quia Cômunitas regulariter est ingrata his, qui ei benefaciunt. teste D. Aug. *de Ciuit. Dei lib.* 3. *verit.* 9.& Oleaster super exod cap. • ait: *Nemini seruit, qui Communi-*

munitati feruit. Attamen Canonici his humanis curis postpositis fint omninò intenti ad exequenda, quæ debent, iuxta munus fuum ob mercedem, quàm à Deo confequentur æternam, & fciant noui Canonici, eos, qui in prima erectione fuerunt inftituti multos labores, & moleftias paffos fuiffe, pro benè conftituenda hac Collegiata, & grati fint, quæ fumus, pro nobis Preces offerre ad Altare DEI; cui fit omnis laus, honor, & gloria.

LAVS DEO, B. VIRG. MARIÆ, & SS. PETRO, & PAVLO APOST.



Errorum Correctio.

Pag.	lin.	Errata		Emendata
3	29	locudari		sedem dari
4	24	iura		iurium
7	9	precia		precii
7	25	Nos		Non
18	19	plurimo		plurimis
20	17	pecunia		penuria
36	7	non obligant	adde	Nicol.V.Vicar, nu. 8.
58	18	fiat locum		fit locorum
64	35	anConicum		Canonicum
70	27	proprius		propius
79	2	quæ si		quasi
89	26	fundamenta	adde	recitare
89	31	Strophiæ	adde	finem
95	36	induente		inducente
101	26	commououe.i		commoueri
108	12	Barb.		deleatur.
123	31	adde in fin.		Bard. reg. 14. & 41.
112	18	professis		professis
121	6	consueuerunt,		consueuerat
126	26	diserere		deferere
127	35	Vicariis		Vicarij
140	15	sunmo		summa
149	31	sed potest		sed non potest
154	27	tamen est tantum		non est tantum
173	8	cessionem		cessationem
174	12	iurare		iure
177	27	concinutur		concinuntur
186	7	præscripti		præscriptis
199	26	maxime		proxime
199	26	Regularis		regularis
229	9	punitur		ponitur
217	10	Subsacrista		Sacrista
226	41	post		pro
218	40	persistit	adde	Diana
222	26	remanetque		debetquè
234	7	Vices		Vicario
235	28	tenuentes		renuentes
238	11	mentium		mensium
249	30	multu		multam
271	12	consensu		concursu
275	35	prius		peius
305	32	decehens		decedens
309	8	Cepitulum		Capitulum
309	38	Canoeicos		Canonicos



Hæc grauiora inter impressionem errata emendanda duxi, leuiora Benignus corriget Lector,






Digitized by Goo